Λέγομεν γὰρ ὅτι ἐλογίσθη τῷ Ἀβραὰμ ἡ πίστις εἰς δικαιοσύνην. (ι'.) *Πῶς οὖν ἐλογίσθη; ἐν περιτομῇ ὄντι, ἢ ἐν ἀκροβυστίᾳ; Οὐκ ἐν περιτομῇ, ἀλλ' ἐν ἀκροβυστίᾳ.* Ἔδειξεν οὐ μόνον τοῦ νόμου, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς περιτομῆς πρεσβυτέραν τὴν πίστιν, καὶ ὅτι πρὸ τῆς περιτομῆς ὁ πατριάρχης τῆς κατὰ τὴν πίστιν δικαιοσύνης τὴν μαρτυρίαν ἐδέξατο. Ποῦ τοίνυν ἐδεῖτο τῆς περιτομῆς, τὴν ἐκ πίστεως δικαιοσύνην κτησάμενος; Διδάσκει τοῦτο σαφῶς.

ια'. *Καὶ σημεῖον ἔλαβε περιτομῆς, σφραγῖδα τῆς δικαιοσύνης τῆς πίστεως τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ.* Οὐ δικαιοσύνη, φησὶν, ἐστὶν ἡ περιτομὴ, ἀλλὰ μαρτυρία δικαιοσύνης, καὶ σφραγὶς, καὶ σημεῖον τῆς πίστεως, ἣν πρὸ τῆς περιτομῆς ἐπεδείξατο.

Εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πατέρα πάντων τῶν πιστευόντων δι' ἀκροβυστίας, εἰς τὸ λογισθῆναι καὶ αὐτοῖς τὴν δικαιοσύνην. (ιβ'.) *Καὶ πατέρα περιτομῆς.* Ὧδε χρὴ στίξαι. Δείκνυσι γὰρ τὸν πατριάρχην, πρῶτον μὲν τῶν ἐν ἀκροβυστίᾳ πεπιστευκότων πατέρα· ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς ἀκρόβυστος ὢν ἔτι, τὸ τῆς πίστεως δῶρον προσενήνοχε τῷ Θεῷ· ἔπειτα μέντοι καὶ Ἰουδαίων, ὡς τῆς περιτομῆς αὐτῷ κοινωνησάντων. Καὶ τὸ αὐτὸ πάλιν σαφέστερον διὰ τῶν ἐπιφερομένων διδάσκει· *Οὐ τοῖς ἐκ περιτομῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς στοιχοῦσι τοῖς ἴχνεσι τῆς πίστεως τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ.* Εἰ γάρ τις ἐξ ἐθνῶν ὁρμώμενος, καὶ περιτομὴν οὐ δεδεγμένος, ἰχνηλατήσει τὴν πίστιν ἐκείνην τοῦ πατριάρχου, ἣν πρὸ τῆς περιτομῆς ἐπεδείξατο, τῆς ἐκείνου συγγενείας οὐκ

A Et rursus : « Ponam in mari manum ipsius, et in fluviis dextram ejus [g]. » Et rursus : « Et adorabunt eum omnes reges terræ : omnes gentes servient ei [h], » et cætera ejusmodi. Et quoniam ostendit beatum Abrahamum per fidem justitiam acquisivisse, antequam autem data lex esset, Abraham fuerat, apposite ostendit Davidem, qui sub lege vixit, fidei testimonium dedisse, et dicit :

νόμῳ πολιτευσάμενον, δείκνυσι μαρτυροῦντα τῇ

Vers. 6-8. *Sicut et David dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert justitiam sine operibus : Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputaverit Dominus* 48 *peccatum.* Lex, inquit, iis qui peccant B supplicium intulit : prapheta autem eos beatos existimat, qui peccatorum remissionem acceperunt. Manifestum est ergo, quod nos beatos prædicet, et gratiæ dona laudet. Ostendit autem hanc omnibus esse propositam, et dicit per interrogationem :

Vers. 9. *Beatitudo ergo hæc in circumcisione, an etiam in præputio?* Deinde rursus ex patriarcha Abrahamo confirmat id quod est propositum.

Dicimus enim quod reputata est Abrahæ fides ad justitiam. (Vers. 10.) *Quomodo ergo reputata est? Ei qui erat in circumcisione, an ei qui in præputio? Non in circumcisione, sed in præputio.* Ostendit non solum lege, sed ipsa etiam circumcisione C fidem esse antiquiorem, ej quod ante circumcisionem patriarcha justitiæ secundum fidem testimonium accepit. Ubinam ergo circumcisione opus habebat qui ex fide justitiam acquisierat? Hoc aperte docet.

Vers. 11. *Et accepit signum circumcisionis, signaculum justitiæ fidei quæ est in præputio.* Non est, inquit, circumcisio justitia, sed testimonium justitiæ, et signaculum, et signum fidei quam ante circumcisionem exhibuerat.

Ut sit pater omnium credentium per præputium, ut imputetur eis justitia. (Vers. 12.) *Et sit pater circumcisionis.* Hic oportet distinguere. Ostendit D enim patriarcham (Abrahamum) primum quidem patrem eorum qui ex præputio crediderunt, quoniam et ipse, cum adhuc haberet præputium, Deo fidei donum obtulit : deinde autem et Judæorum, ut qui fuerint cum illo circumcisionis participes. Et hoc ipsum per subsequentia docet apertius : *Non iis tantum qui sunt ex circumcisione, sed et iis qui* 49 *sectantur vestigia fidei, quæ est in præputio patris nostri Abrahami.* Si quis enim ex gentibus ortus, circumcisione non accepta, illam patriarchæ fidem secutus fuerit, quam ante circumcisionem ostenderat, illius cognatione non frustrabitur. Universorum enim Deus, cum prævidisset, tanquam Deus,

[g] Psal. LXXXVIII, 26. [h] Psal. LXXI, 11.

Digitized by Google

se unum populum ex Judæis et gentibus congregaturum, et eis per fidem salutem præbiturum, utrumque in patriarcha Abrahamo prius designavit. Cum enim ostendisset ipsum etiam ante circumcisionem justitiam ex fide acquisivisse, et post circumcisionem non ex lege Mosaica vitam instituisse, sed in fidei vestigiis hæsisse, eum patrem gentium appellavit : ut ad illum et Judæi et Græci respicientes, neque hi circumcisionem, neque illi præputium, sed utrique ejus fidem imitentur. Neque enim circumcisionem, nec præputium, sed fidem *justitiam* appellavit divina Scriptura. Hoc modo cum docuisset fidem esse lege et antiquiorem et præstabiliorem, ostendit rursus legem esse promissione Abrahæ facta recentiorem, demonstrans gratiam esse lege antiquiorem. De hac enim factæ sunt promissiones Abrahæ. Pollicitus est autem se in semine ejus esse omnibus gentibus benedicturum : per Dominum vero Christum promissio finem accepit.

A ἀποτεύξεται. Ὁ γὰρ τῶν ὅλων Θεὸς, προειδὼς ὡς Θεὸς, καὶ ὡς ἕνα λαὸν ἐξ ἐθνῶν καὶ Ἰουδαίων ἀθροίσει, καὶ διὰ πίστεως αὐτοῖς τὴν σωτηρίαν παρέξει, ἐν τῷ πατριάρχῃ Ἀβραὰμ ἀμφότερα προδιέγραψε[60]. Δείξας γὰρ αὐτὸν καὶ πρὸ τῆς περιτομῆς τὴν ἐκ πίστεως δικαιοσύνην κτησάμενον, καὶ μετὰ τὴν περιτομὴν, οὐ κατὰ τὸν Μωσαϊκὸν πολιτευσάμενον νόμον, ἀλλ' ἐπιμείναντα τῇ τῆς πίστεως ποδηγίᾳ, πατέρα τῶν ἐθνῶν αὐτὸν προσηγόρευσεν· ἵνα εἰς ἐκεῖνον καὶ Ἰουδαῖοι καὶ Ἕλληνες ἀποβλέποντες, μήτε οὗτοι τὴν περιτομὴν, μήτε μὴν ἐκεῖνοι τὴν ἀκροβυστίαν, ἀλλ' ἀμφότεροι αὐτοῦ τὴν πίστιν ζηλώσωσιν. Οὔτε γὰρ τὴν περιτομὴν, οὔτε μὴν τὴν ἀκροβυστίαν, ἀλλὰ τὴν πίστιν *δικαιοσύνην* προσηγόρευσεν ἡ θεία Γραφή. Οὕτω δείξας τὴν πίστιν τοῦ νόμου καὶ πρεσβυτέραν καὶ τιμιωτέραν, δείκνυσι πάλιν τὸν νόμον τῆς πρὸς τὸν Ἀβραὰμ γεγενημένης ἐπαγγελίας μεταγενέστερον, ἀποφήνας τὴν χάριν πρεσβυτέραν τοῦ νόμου. Περὶ ταύτης γὰρ πρὸς τὸν Ἀβραὰμ αἱ ὑποσχέσεις γεγένηνται. Ὑπέσχετο δὲ ἐν τῷ σπέρματι αὐτοῦ εὐλογήσειν πάντα τὰ ἔθνη· διὰ δὲ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ ἡ ἐπαγγελία τὸ πέρας ἐδέξατο.

B

Vers. 13. *Non enim per legem promissio Abrahamo, aut semini ejus, ut hæres esset mundi, sed per justitiam fidei.* Cum enim Deo **50** credidisset, non autem quod ex lege Mosaica vitam instituisset, accepit promissionem benedictionis gentium.

ιγ'. *Οὐ γὰρ διὰ νόμου ἡ ἐπαγγελία τῷ Ἀβραὰμ ἢ τῷ σπέρματι αὐτοῦ, τὸ κληρονόμον αὐτὸν εἶναι τοῦ κόσμου, ἀλλὰ διὰ δικαιοσύνης πίστεως.* Πιστεύσας γὰρ τῷ Θεῷ, καὶ οὐ κατὰ τὸν Μωσαϊκὸν πολιτευσάμενος νόμον, ἔλαβε τὴν ἐπαγγελίαν τῆς τῶν ἐθνῶν εὐλογίας.

Vers. 14. *Si enim ex lege hæredes sunt, exinanita est fides, et abolita est promissio.* Si enim qui ex lege vitam instituerunt, bona promissa assequuntur, Abraham frustra Deo credidit : falsæque sunt, et non veræ, quæ illi a Deo promissiones factæ sunt.

C

ιδ'. *Εἰ γὰρ ἐκ νόμου οἱ κληρονόμοι, κενέρωται ἡ πίστις, καὶ κατήργηται ἡ ἐπαγγελία.* Εἰ γὰρ οἱ κατὰ νόμον πολιτευσάμενοι, τῶν ἐπηγγελμένων τυγχάνουσιν ἀγαθῶν, μάτην μὲν ἐπίστευσεν Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ· ψευδεῖς δὲ, καὶ οὐκ ἀληθεῖς, αἱ πρὸς αὐτὸν ὑποσχέσεις παρὰ τοῦ Θεοῦ γεγενημέναι.

Vers. 15. *Lex enim iram operatur.* Lex enim consuevit eos punire, qui eam transgrediuntur. Iram enim supplicium appellavit. *Ubi autem non est lex, nec prævaricatio.* Lex enim punit eos qui transgrediuntur ; legi enim conjuncta est et observatio et transgressio : cum hi quidem propter virtutis studium eam libenter servant, illi vero propter socordiam eam licenter transgredi non dubitant.

ιε'. *Ὁ γὰρ νόμος ὀργὴν κατεργάζεται.* Ἔθος γὰρ τῷ νόμῳ[61] κολάζειν τοὺς παραβαίνοντας· ὀργὴν γὰρ τὴν τιμωρίαν ἐκάλεσεν. *Οὗ δὲ οὐκ ἔστι νόμος, οὐδὲ παράβασις.* Τιμωρεῖται γὰρ ὁ νόμος τοὺς παραβαίνοντας· συνέζευκται γὰρ τῷ νόμῳ καὶ φυλακὴ καὶ παράβασις· τῶν μὲν δι' ἀρετῆς ἐπιμέλειαν φυλάττειν αὐτὸν προαιρουμένων, τῶν δὲ διὰ ῥαστώνην ἀδεῶς τοῦτον παραβαίνειν ἀνεχομένων.

Vers. 16. *Ideo ex fide, ut secundum gratiam, ut firma sit promissio omni semini, non ei solum qui est ex lege, sed et ei qui est ex fide Abrahæ, qui est pater omnium nostrum.* Judæorum supercilium contraxit, *semen Abrahæ* vocans eos qui fidem Abrahæ sunt imitati, etiamsi genere sint alienigenæ. Quod si lex punit eos qui transgrediuntur, gratia autem dat peccatorum remissionem, confirmat ista Dei promissionem, donans gentibus benedictionem. Quia autem et gentium et Judæorum patrem vocavit Abrahamum, confirmat id quod dicit Scripturæ testimonio.

ις'. *Διά τοι τοῦτο ἐκ πίστεως, ἵνα κατὰ χάριν, εἰς τὸ εἶναι βεβαίαν τὴν ἐπαγγελίαν παντὶ τῷ σπέρματι, οὐ τῷ ἐκ τοῦ νόμου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ ἐκ πίστεως Ἀβραὰμ, ὅς ἐστι πατὴρ πάντων ἡμῶν.* Κατέστειλε τὴν Ἰουδαίων ὀφρὺν, *σπέρμα* τοῦ Ἀβραὰμ καλέσας τοὺς τοῦ Ἀβραὰμ τὴν πίστιν μεμιμημένους, εἰ καὶ κατὰ τὸ γένος εἶεν ἀλλόφυλοι. Εἰ δὲ ὁ νόμος κολάζει τοὺς παραβαίνοντας, ἡ δὲ χάρις δωρεῖται τῶν ἁμαρτημάτων τὴν ἄφεσιν, αὕτη βεβαιοῖ τοῦ Θεοῦ τὴν ὑπόσχεσιν, δωρουμένη τὴν εὐλογίαν τοῖς ἔθνεσιν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τῶν ἐθνῶν, καὶ τῶν Ἰουδαίων πατέρα τὸν Ἀβραὰμ προσηγόρευσε, βεβαιοῖ τῇ Γραφικῇ μαρτυρίᾳ τὸν λόγον.

D

VARIÆ LECTIONES.

[60] B προέγραψε. [61] B τῶν νόμων.

Digitized by Google

ις'. *Καθὼς γέγραπται, Ὅτι πατέρα πολλῶν* A *ἐθνῶν τέθεικά σε.* Εἶτα κρατύνει τὴν μαρτυρίαν ἀπὸ τοῦ παραδείγματος. *Κατέναντι οὗ ἐπίστευσε Θεοῦ, τοῦ ζωοποιοῦντος τοὺς νεκροὺς, καὶ καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα.* Ὥσπερ γὰρ, φησὶ, πάντων ἐστὶ ποιητὴς ὁ Θεὸς, καὶ πάντων Θεός τε καὶ κηδεμών· οὕτω καὶ τὸν Ἀβραὰμ πατέρα πάντων κεχειροτόνηκεν, οὐχὶ Ἰουδαίων μόνον, ἀλλὰ πάντων τῶν πιστευόντων. Διδάσκει δὲ καὶ τῆς πίστεως τοῦ Ἀβραὰμ τὴν ὑπερβολήν.

ιη', ιθ'. *Ὃς παρ' ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι ἐπίστευσεν, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸν πατέρα πολλῶν ἐθνῶν, κατὰ τὸ εἰρημένον· Οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου. Καὶ μὴ ἀσθενήσας τῇ πίστει, ὡς κατενόησε τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ἤδη νενεκρωμένον, ἑκατονταετής* B *που ὑπάρχων, καὶ τὴν νέκρωσιν μήτρας Σάρρας.* Ὁρῶν γὰρ στερίφην μὲν τὴν ὁμόζυγα, τὴν δὲ τοῦ γήρως ἀσθένειαν ἀμφοτέροις ἐπικειμένην, ἐλπίδα δὲ παιδογονίας οὐδὲ σμικρὰν ὑποφαινομένην κατά γε ἀνθρώπινον λογισμὸν, οὔτε μὴν ὑπόδειγμα ἀρχαιότερον ψυχαγωγῆσαι δυνάμενον, πιστῶς ἐδέξατο τὴν θείαν ὑπόσχεσιν. *Παρ' ἐλπίδα* γὰρ, τὴν κατὰ φύσιν λέγει· *ἐπ' ἐλπίδι* δὲ, τῆς τοῦ Θεοῦ ὑποσχέσεως.

κ', κα'. *Εἰς δὲ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Θεοῦ οὐ διεκρίθη τῇ ἀπιστίᾳ, ἀλλ' ἐνεδυναμώθη τῇ πίστει, δοὺς δόξαν τῷ Θεῷ, καὶ πληροφορηθεὶς, ὅτι ὃ ἐπήγγελται, δυνατός ἐστι καὶ ποιῆσαι.* Οὐ γὰρ ἀπεῖδεν εἰς τὴν ἀσθένειαν τῆς φύσεως, ἀλλὰ τῷ ταύτης ἀναμφιβόλως ἐπίστευσε Ποιητῇ.

κβ'. *Διὸ καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην.* C Ἀντὶ τοῦ, ἡ πίστις. Οὕτω καὶ ἐν τοῖς ὑπὸ τὸν νόμον, καὶ ἐν τοῖς πρὸ τοῦ νόμου, δείξας τὴν πίστιν ἀνθήσασαν, ἐπὶ τὸ προκείμενον μεταφέρει τὸν λόγον.

κγ', κδ'. *Οὐκ ἐγράφη δὲ δι' αὐτὸν μόνον, ὅτι ἐλογίσθη αὐτῷ ἡ πίστις εἰς δικαιοσύνην· ἀλλὰ καὶ δι' ἡμᾶς, οἷς μέλλει λογίζεσθαι τοῖς πιστεύουσιν ἐπὶ τὸν ἐγείραντα τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν.* Καὶ ὁ πατριάρχης, νεκρὰν ὁρῶν τὴν τῆς ὁμοζύγου μήτραν, ἐπίστευσεν ὡς εὐπετὲς τῷ Θεῷ τὴν ἐπαγγελίαν πληρῶσαι· καὶ Ἰουδαίων ἡμεῖς ἀκούοντες, νεκρὸν ἀποκαλούντων τὸν ἡμέτερον Δεσπότην, πιστεύομεν ὡς ἐγήγερται. Τρυγήσωμεν τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς τῆς πίστεως τοὺς καρποὺς, καὶ τὴν ἐκ ταύτης φυομένην δικαιοσύνην δρεψώμεθα. Οὐ γὰρ μάτην ἀνάγραπτα, ἃ κατὰ τὸν πατριάρχην D Ἀβραὰμ πεποίηκεν ὁ Δεσπότης Θεός· ἀλλ' ἵνα ἐκεῖνα ὁρῶντες, τὴν ἴσην ἐπιδειξώμεθα πίστιν. Τὸ μέντοι, *Ὁ ἐγείρας τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν*, κατὰ τὸ ἀνθρώπειον εἴρηκεν· ᾗ γὰρ ἔπαθε, ταύτῃ καὶ ἐγήγερται· τῆς δὲ σαρκὸς τὸ πάθος, οὐ τῆς ἀπαθοῦς θεότητος.

κε'. *Ὃς παρεδόθη διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν, καὶ ἠγέρθη διὰ τὴν δικαίωσιν ἡμῶν.* Ὑπὲρ γὰρ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων τὸ πάθος ὑπέμεινεν, ὅπως ἐκτίσῃ τὸ ἡμέτερον χρέος, καὶ ἵνα ἡ ἀνάστασις αὐτοῦ τὴν κοινὴν πάντων ἀνάστασιν πραγματεύσηται. Δι' ἐκείνης γὰρ καὶ τῆς δικαιώσεως τὰς ἀφορμὰς κομιζόμεθα, καὶ ἐν τῷ βαπτίσματι συνθαπτόμενοι δεχόμεθα τῶν ἁμαρτημάτων τὴν ἄφεσιν. Οὕτω δείξας

VERS. 17. *Sicut scriptum est : Quia patrem multarum gentium posui te.* Deinde exemplo confirmat testimonium. **51** *Ante Deum cui credidit, qui vivificat mortuos, et vocat ea quæ non sunt tanquam ea quæ sint.* Sicut enim, inquit, Deus est creator omnium, et omnium Deus et curator, ita etiam Abrahamum omnium patrem constituit, non solum Judæorum, sed omnium qui credunt. Docet autem insuper quam insignis fuerit fides Abrahæ.

VERS. 18, 19. *Qui præter spem in spem credidit, ut fieret pater multarum gentium secundum quod dictum est : Sic erit semen tuum. Et non infirmatus est fide, ita ut considerasset corpus suum emortuum, cum jam fere centum esset annorum, et emortuam vulvam Sarræ.* Videns enim tum sterilem conjugem, tum utrumque præ senectute imbecillum, nullamque suscipiendorum liberorum, juxta rationem humanam, apparere spem, nec ullum esse antiquius exemplum, quod eum posset consolari, divinum promissum fideliter suscepit. *Præter spem* enim dicit, eam quæ est secundum naturam : *in spe* autem, promissionis Dei.

VERS. 20, 21. *In repromissione etiam Dei non hæsitavit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo, et plenissime sciens, quia quæcunque promisit potens est et facere.* Non enim respexit ad naturæ imbecillitatem, sed absque ulla hæsitatione ejus Creatori credidit.

VERS. 22. *Ideo et reputata est illi ad justitiam.* Nempe fides. Ita postquam et in iis qui sub lege, et in iis qui ante legem fuerunt, fidem viguisse ostendit, ad propositum orationem convertit.

VERS. 23, 24. *Non est autem scriptum tantum propter ipsum, quod reputata sit ei fides ad justitiam : sed et propter nos, quibus reputabitur* **52** *credentibus in eum, qui suscitavit Dominum nostrum Jesum ex mortuis.* Et patriarcha, qui videbat mortuam suæ conjugis vulvam, credidit quod facile esset Deo promissum implere : et nos audientes Judæos Dominum nostrum mortuum vocantes, eum resurrexisse credimus. Colligamus igitur et nos fructus fidei, et justitiam quæ ex ea nascitur, decerpamus. Non enim frustra scripta sunt quæ Dominus Deus fecit patriarchæ Abrahamo : sed ut nos illa videntes fidem similem ostendamus. Illud porro, *Qui suscitavit Dominum nostrum Jesum*, dixit secundum humanitatem. Qua enim passus est, ea et resurrexit. Carnis autem est passio, non divinitatis, quæ pati nihil potest.

VERS. 25. *Qui traditus est propter delicta nostra, et resurrexit propter justificationem nostram.* Pro nostris enim peccatis passionem subiit, ut nostrum debitum exsolveret, et ut ejus resurrectio communem omnium resurrectionem præstaret. Per illam enim et justificationis commoda accipimus, et in baptismo consepulti peccatorum remissionem consequimur. Ostensis ad hunc modum fidei viri-

Digitized by Google

bus, et donis gratiæ patefactis, transfert oratio- A nem ad exhortandum, ut etiam activæ virtutis cura agatur adhortans. Quia enim exorta fide legem dixit esse vanam, et ostendit patriarcham justitiam ex fide acquisiisse : ne ii, qui se ignaviæ dedunt, occasionem acciperent activæ virtutis negligendæ, eo quod sufficeret fides ad justificandum, moralem sermonem necessario admiscet, et dicit :

53 CAPUT V.

VERS. 1, 2. *Justificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum. Per quem nunc accessum habuimus per fidem in hanc gratiam, in qua stamus, et gloriamur in spe gloriæ Dei.* Fides quidem remissionem B peccatorum vobis tribuit, vosque immaculatos et justos per lavacri regenerationem effecit. Convenit autem vos eam servare pacem, quam cum Deo iniistis. Cum enim ei hostes essetis, reconciliavit vos carne suscepta unigenitus Dei Filius. Simultatem autem illam peccatum peperit. Initam ergo pacem justitia conservabit. Ad hanc autem persequendam non parum incitari nos convenit, spes quæ nobis datæ sunt reputantes, et gloriam quam daturum se nobis Deus est pollicitus. Susceptorum enim laborum remunerationem, non mercedem, sed *gloriam* appellavit, ostendens quanta futura sit remuneratio. Quia autem multas eo tempore molestias sustinebant, injuriis, ac tormentis, et innumerabilibus mortis generibus vexati, jure C de his quoque affert consolationem.

VERS. 3. *Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus.* Aperte suam ipsius insuperabilem animi magnitudinem ostendit. Non enim dixit, afflictionem sustinemus, sed, *Gloriamur etiam in afflictionibus.* Gloriamur, inquit, et de nobis magnifice sentimus, ut qui simus Domini passionum [a] participes. Et hoc quidem non dixit aperte. Ita enim sentire, est eorum, qui non aliter ac ipse perfecti sunt. Alios autem ex futuris consolatur.

VERS. 4, 5. *Scientes, quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem; spes autem non confundit.* **54** Quando D aliqua molesta quempiam circumsederint, si fortiter ferat eorum impetus, probatus efficitur, et futurorum spe nititur. Illa autem non est falsa, sed verum habet. Hoc enim est quod ait, *Non confundit :* nempe quia qui sperant, et spe falluntur, erubescunt et pudore afficiuntur : *Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Sanctissimi enim Spiritus gratia, quam per baptismum accepimus, nostrum in Deum desiderium accendit. Deinde etiam docet causas amoris.

VERS. 6, 7. *Christus enim, cum adhuc essemus*

τῆς πίστεως τὴν ἰσχύν, καὶ τῆς χάριτος τὰ δῶρα γυμνώσας, ἐπὶ παραίνεσιν μεταφέρει τὸν λόγον, καὶ τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς φροντίζειν [a] παρακαλῶν. Ἐπειδὴ γὰρ ἀργεῖν ἔφη τὸν νόμον ἀναφανείσης τῆς πίστεως, καὶ τὸν πατριάρχην ἔδειξε τὴν ἐκ πίστεως δικαιοσύνην κτησάμενον· ἵνα μὴ πρόφασιν λάβωσιν οἱ ῥᾳστώνῃ συζῶντες ἀμελεῖν τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς, ὡς τῆς πίστεως δικαιοῦν ἀποχρώσης, ἀναγκαίως τοὺς ἠθικοὺς ἀναμίγνυσι λόγους, καὶ φησι·

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

α', β'. *Δικαιωθέντες οὖν ἐκ πίστεως, εἰρήνην ἔχωμεν πρὸς τὸν Θεὸν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν τῇ πίστει εἰς τὴν χάριν ταύτην, ἐν ᾗ ἑστήκαμεν, καὶ καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ* B *Θεοῦ.* Ἡ πίστις μὲν ἡμῖν ἐδωρήσατο τῶν ἁμαρτημάτων τὴν ἄφεσιν, καὶ ἀμώμους καὶ δικαίους διὰ τῆς τοῦ λουτροῦ παλιγγενεσίας ἀπέφηνε· προσήκει δὲ ὑμᾶς τὴν πρὸς τὸν Θεὸν γεγενημένην φυλάττειν εἰρήνην. Ἐκπεπολεμωμένους γὰρ αὐτῷ κατήλλαξεν ὑμᾶς ὁ Μονογενὴς ἐνανθρωπήσας, τὴν δὲ δυσμένειαν ἐκείνην ἡ ἁμαρτία προὐξένησεν. Οὐκοῦν τὴν γεγενημένην εἰρήνην δικαιοσύνη φυλάξει. Οὐχ ἥκιστα δὲ ταύτην μετιέναι προσήκει, τὰς δεδομένας ἡμῖν λογιζομένους ἐλπίδας, καὶ τὴν ἐπηγγελμένην ἡμῖν παρὰ τοῦ Θεοῦ δοθήσεσθαι δόξαν· τὴν γὰρ τῶν πόνων ἀντίδοσιν, οὐ μισθόν, ἀλλὰ *δόξαν* ἐκάλεσε, δεικνὺς τῶν ἀμοιβῶν τὴν ὑπερβολήν. Ἐπειδὴ δὲ πολλοὺς κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν θορύβους ὑπέμενον, αἰκιζόμενοι, C καὶ στρεβλούμενοι, καὶ μυρία θανάτων εἴδη ὑπομένοντες, εἰκότως καὶ τὴν περὶ τούτων ψυχαγωγίαν προσφέρει.

γ'. *Οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσι.* Σαφῶς ἑαυτοῦ τὴν ἀνυπέρβλητον μεγαλοψυχίαν ἐπέδειξεν. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ὑπομένομεν τὰς θλίψεις, ἀλλὰ, *Καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσι.* Σεμνυνόμεθα, φησὶ, καὶ μέγα φρονοῦμεν, ὡς κοινωνοῦντες τῷ Δεσπότῃ τῶν παθημάτων. Καὶ τοῦτο μὲν οὐκ εἶπε σαφῶς· τῶν γὰρ κατ' αὐτὸν τελείων τὸ οὕτω φρονεῖν· τοὺς δὲ ἄλλους ἀπὸ τῶν μελλόντων ψυχαγωγεῖ.

δ', ε'. *Εἰδότες ὅτι ἡ θλῖψις ὑπομονὴν κατεργάζεται, ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμήν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα· ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει.* Ὅταν τινὰ περιστοιχήσῃ τὰ σκυθρωπὰ, εἶτα γενναίως ἐνέγκῃ τούτων τὴν προσβολὴν, δόκιμος ἀποδείκνυται, καὶ τῇ ἐλπίδι τῶν μελλόντων ἐρείδεται. Ἀψευδὴς δὲ ἐκείνη, καὶ τὸ ἀληθὲς ἔχουσα. Τοῦτο γὰρ εἶπε· *Οὐ καταισχύνει*· ὡς τῶν ἐλπιζόντων μὲν, διαμαρτανόντων δὲ, αἰσχυνομένων καὶ ἐρυθριώντων. *Ὅτι ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ ἐκκέχυται ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν διὰ Πνεύματος ἁγίου τοῦ δοθέντος ἡμῖν.* Ἡ γὰρ τοῦ παναγίου Πνεύματος χάρις, ἣν διὰ τοῦ βαπτίσματος ἐδεξάμεθα, τὸν περὶ Θεὸν ἐν ἡμῖν ἐπύρσευσε πόθον. Εἶτα διδάσκει καὶ τοῦ φίλτρου τὰς ἀφορμάς.

ς', ζ'. *Ἔτι γὰρ Χριστὸς, ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν,*

VARIÆ LECTIONES.

[a] B φροντίζει.

Digitized by Google

κατὰ καιρὸν ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανε. Μόλις γὰρ A *ὑπὲρ δικαίου τις ἀποθανεῖται· ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ τάχα τις καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν.* Λογιζόμεθα γὰρ, ὅτι παρανομούντων ἡμῶν ἔτι, καὶ τῆς ἀσεβείας περικειμένων τὴν νόσον, ὁ Δεσπότης Χριστὸς τὸν ὑπὲρ ἡμῶν κατεδέξατο θάνατον· καὶ μανθάνομεν ἐντεῦθεν τῆς φιλανθρωπίας τὴν ἄβυσσον. Ὑπὲρ γὰρ δικαίου ἴσως ἄν τις κατεδέξατο θάνατον· αὐτὸς δὲ δι' ἀγάπης ὑπερβολὴν τῆς ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν ἠνσχετο τελευτῆς. Τοῦτο γὰρ ἐπάγει·

infirmi, secundum tempus pro impiis mortuus est. Vix enim pro justo quis moritur: nam pro bono forsitan quis audeat mori. Cogitamus enim, quod cum adhuc delinqueremus, morboque impietatis adhuc essemus implicati, Dominus Christus mortem pro nobis suscepit: et hinc benignitatis abyssum intelligimus. Pro justo enim fortasse quispiam mortem subierit: ipse vero, propter immensam charitatem, pro peccatoribus mortem subiit. Hoc enim subjungit:

η', θ'. *Συνίστησι δὲ τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην ὁ Θεὸς εἰς ἡμᾶς, ὅτι ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν, Χριστὸς*[43] *ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανεν.* Ὁ μέντοι Θεὸς τοῦ περὶ ἡμᾶς φίλτρου δηλοῖ τὴν ὑπερβολὴν, τοῦ Χριστοῦ τὸν θάνατον, οὐχ ὑπὲρ δικαίων, ἀλλ' ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν γεγενῆσθαι. Ἡμεῖς γὰρ νῦν διὰ τῆς εἰς B αὐτὸν ἐδικαιώθημεν πίστεως· ὅτε δὲ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν κατεδέξατο θάνατον, ἔτι ταῖς παντοδαπαῖς ὑπεκείμεθα πλημμελείαις. Τὸ δὲ, *κατὰ καιρὸν*, ἀντὶ τοῦ, εἰς καιρὸν, κατὰ τὸν προσήκοντα καιρόν. Τοῦτο καὶ ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας λέγει· « Ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, γενόμενον ἐκ γυναικὸς, γενόμενον ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ, ἵνα τὴν υἱοθεσίαν ἀπολάβωμεν. »

VERS. 8, 9. *Commendat autem charitatem suam Deus nobis, quod cum nos adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.* Deus summam suam in nos charitatem ostendit, quod Christi mors non pro justis obita fuerit, sed pro peccatoribus. Nunc enim per fidem in ipsum justificati sumus: quando autem pro nobis mortem subiit, omni adhuc peccatorum genere eramus obstricti. **55** Illud autem *secundum tempus*, idem est ac, in tempore convenienti. Idem autem dicit etiam in Epistola ad Galatas: « Quando autem venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, natum ex muliere, subjectum legi, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus [1]. »

Πολλῷ οὖν μᾶλλον δικαιωθέντες νῦν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ, σωθησόμεθα δι' αὐτοῦ, ἀπὸ τῆς ὀργῆς. Ὑπὲρ δυσσεβῶν καὶ παρανόμων τὸν ἐπάρατον ἐκεῖνον καταδεξάμενος θάνατον, εὔδηλον ὅτι καὶ τῆς μελλούσης τοὺς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότας C ἐλευθερώσει κολάσεως. Ὀργὴν γὰρ καλεῖ τὴν μέλλουσαν κόλασιν.

Multo igitur magis nunc justificati in sanguine ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum. Qui enim pro impiis et iniquis exsecrabilem illam mortem subiit, clarum est quod eos etiam, qui in illum crediderunt, a supplicio futuro liberaturus sit. *Iram* enim futurum supplicium appellat.

ι'. *Εἰ γὰρ ἐχθροὶ ὄντες κατηλλάγημεν τῷ Θεῷ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, πολλῷ μᾶλλον καταλλαγέντες, σωθησόμεθα ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ.* Εἰ δυσμενεῖς ὄντας καὶ πολεμίους τοσαύτης κηδεμονίας ἠξίωσεν, ὡς τὸν Υἱὸν ὑπὲρ ἡμῶν παραδοῦναι θανάτῳ, πῶς οἷόν τε τῶν καταλλαγῶν γεγενημένων μὴ μεταλαχεῖν ἡμᾶς τῆς αἰωνίου ζωῆς; Πάλιν μέντοι Υἱὸν καλεῖ τὸν Δεσπότην Χριστὸν, ὃς Θεός ἐστί τε καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός. Δῆλον δὲ, ὡς οἶμαι, καὶ τοῖς ἄγαν αἱρετικοῖς, περὶ ποίαν φύσιν τὸ πάθος γεγένηται.

VERS. 10. *Si enim, cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ipsius, multo magis reconciliati, salvi erimus per vitam ipsius.* Si cum inimici infestique essemus, tanta nos cura dignatus est, ut Filium suum pro nobis morti traderet: quomodo fieri potest, ut facta reconciliatione, nos æternæ vitæ non simus participes? Iterum ergo Filium vocat Dominum Christum, qui est idem Deus et homo. Clarum est autem, ut existimo, vel maximis hæreticis, in quanam natura passio facta sit.

ια'. *Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμενοι ἐν τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ νῦν τὴν καταλλαγὴν ἐλάβομεν.* Οὐ γὰρ μόνον τὴν ἀθάνατον ζωὴν ἀναμένομεν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν παρόντα βίον ὡς προσοικειωθέντες τῷ Θεῷ σεμνυνόμεθα, τὰ κατὰ τὸν Δεσπότην Χριστὸν λογιζόμενοι, ὃς μεσίτης ἡμῶν γενόμενος τὴν εἰρήνην ἐπραγματεύσατο. Ἐντεῦθεν λοιπὸν τὸ τῆς οἰκονομίας ἀποκαλύπτει μυστήριον, καὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τὴν αἰτίαν διδάσκει.

VERS. 11. *Non solum autem hoc, sed etiam gloriamur in Deo per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus.* Non solum enim vitam immortalem exspectamus, sed etiam in vita præsenti ut Deo familiares effecti gloriamur, de Christo Domino cogitantes, qui mediator noster factus pacem conciliavit. Ab hoc deinceps loco divinæ dispensationis revelat mysterium, et incarnationis causam docet.

ιβ'. *Διὰ τοῦτο ὥσπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρ-*

VERS. 12. *Propterea sicut per unum* **56** *hominem*

[1] Galat. IV, 4, 5.

VARIÆ LECTIONES.

[43] Forte ante Χριστὸς aut post ὑπὲρ ἡμῶν additum legit Theodoretus: κατὰ καιρόν, quod hic habet Vulgatus interpres et Herveti versio. Certe id explicat Theod. in Commentario.

Digitized by Google

peccatum in mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt. Cum Dominus Deus Adamum condidisset, et ratione ornasset, unum dedit præceptum ad rationem exercendam. Neque enim fieri poterat, ut qui esset rationis particeps, et bona ac mala discernendi facultatem haberet, absque ulla lege viveret. Is deceptus mandatum transgressus est. Supplicii autem comminationem legislator mandato conjunxit ab initio. Is itaque, cum mortis decreto factus fuisset obnoxius, ita Cainum et Sethum et alios genuit. Omnes ergo, ut ex tali progeniti, mortalem habebant naturam: hujusmodi autem natura multis indiget, et cibo, et potu, et indumentis, et habitatione, et diversis artibus. Horum autem usus sæpe ad mediocritatis excessum affectus incitat: mediocritatis autem excessus peccatum generat. Dicit itaque divinus Apostolus, quod cum Adam peccasset, mortalisque propter peccatum factus esset, utrumque ad genus permanavit. Ad omnes enim homines mors pervasit, quatenus omnes peccaverunt. Non enim propter primi parentis peccatum, sed propter suum unusquisque mortis decretum suscipit.

A τία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος, καὶ οὕτως εἰς[aa] πάντας ἀνθρώπους διῆλθεν ὁ θάνατος, ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον. Τὸν Ἀδὰμ ὁ Δεσπότης δημιουργήσας Θεὸς, καὶ λόγῳ τιμήσας, μίαν δέδωκεν ἐντολὴν εἰς γυμνασίαν τοῦ λογικοῦ. Οὐδὲ γὰρ οἷόν τε ἦν τὸν λόγον μετειληφότα, καὶ τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν ἐναντίων τὴν διάγνωσιν ἔχοντα, νόμου τινὸς χωρὶς πολιτεύεσθαι. Οὗτος ἐξαπατηθεὶς παρέβη τὴν ἐντολήν· τῆς δὲ τιμωρίας τὴν ἀπειλὴν ὁ νομοθέτης τῇ ἐντολῇ συνέζευξεν ἐξ ἀρχῆς. Ὑπὸ τὸν ὅρον τοίνυν οὗτος τοῦ θανάτου γενόμενος, οὕτω τὸν Κάϊν, καὶ τὸν Σὴθ, καὶ τοὺς ἄλλους ἐγέννησεν. Ἅπαντες οὖν, ὡς ἐκ τοιούτου φύντες, θνητὴν εἶχον τὴν φύσιν· ἡ δὲ τοιαύτη φύσις πολλῶν ἐστιν ἐνδεὴς, καὶ βρωτῶν, καὶ ποτῶν, καὶ B περιβολαίων, καὶ οἰκημάτων, καὶ τεχνῶν διαφόρων. Ἡ δὲ τούτων χρεία ἐρεθίζει πολλάκις εἰς ἀμετρίαν τὰ πάθη· ἡ δὲ ἀμετρία τὴν ἁμαρτίαν γεννᾷ. Λέγει τοίνυν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, ὅτι τοῦ Ἀδὰμ ἡμαρτηκότος, καὶ θνητοῦ διὰ τὴν ἁμαρτίαν γεγενημένου, ἐχώρησεν εἰς τὸ γένος ἀμφότερα. Εἰς πάντας γὰρ ἀνθρώπους διῆλθεν ὁ θάνατος, ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον. Οὐ γὰρ διὰ τὴν τοῦ προπάτορος ἁμαρτίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν οἰκείαν ἕκαστος δέχεται τοῦ θανάτου τὸν ὅρον.

Vers. 13. *Usque ad legem enim peccatum erat in mundo: peccatum autem non imputatur cum lex non est.* Non, ut nonnulli existimant, eos accusat qui legem præcesserunt, sed omnes simul. Illud enim, *usque ad legem*, non dicit usque ad legis principium, sed usque ad finem legis, pro eo quod est, Donec lex dominata est, habuit peccatum vires suas. Si enim non sit lex, non potest esse transgressio.

ιγ'. Ἄχρι γὰρ νόμου ἁμαρτία ἦν ἐν τῷ κόσμῳ· ἁμαρτία δὲ οὐκ ἐλλογεῖται μὴ ὄντος νόμου. Οὐχ ὥς τινες ὑπέλαβον, τῶν πρὸ τοῦ νόμου κατηγορεῖ, ἀλλὰ πάντων ὁμοῦ. Τὸ γὰρ, *ἄχρι νόμου*, οὐχ C ἕως τῆς ἀρχῆς τοῦ νόμου λέγει, ἀλλ' ἕως τοῦ τέλους τοῦ νόμου, ἀντὶ τοῦ, Ἕως ὁ νόμος ἐκράτει, εἶχεν ἡ ἁμαρτία τὸ κράτος. Νόμου γὰρ οὐκ ὄντος οὐκ οἷόν τε γενέσθαι παράβασιν.

Vers. 14. *Sed* **57** *regnavit mors ab Adamo usque ad Mosen, etiam in eos, qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adami, qui est imago futuri.* Mosen legem appellat. Hoc autem etiam invenimus in Evangeliis: « Habent Mosen et prophetas i. » Ita etiam divinus Apostolus in secunda ad Corinthios dicit: « Sed usque in hodiernum diem, cum legitur Moses, velamen positum est super cor eorum, » pro eo quod est, Lex k. Regnavit itaque, inquit, mors ab Adamo usque ad apparitionem Servatoris: tunc enim finem lex accepit. D « Lex enim, inquit, et prophetæ usque ad Joannem prophetaverunt. A tempore autem Joannis regnum cœlorum vim patitur, et violenti rapiunt illud l. » *Regnavit autem mors* etiam *in eos qui non peccaverunt in similitudine transgressionis Adami.* Etsi enim illud mandatum non trangressi sunt, alia tamen delicta commiserunt. Adamum autem appellavit typum Christi. Hunc enim vocat *futurum*, hac de causa, quod sicut ille qui primus peccavit mortis decreto subjectus est, et totum

ιδ'. Ἀλλ' ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωσέως[bb], καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐν τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδὰμ, ὅς ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος. Μωσέα τὸν νόμον καλεῖ. Τοῦτο δὲ καὶ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις εὑρίσκομεν· « Ἔχουσι Μωσέα καὶ τοὺς προφήτας. » Οὕτω καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους δευτέρᾳ φησί· « Ἀλλ' ἕως σήμερον, ἡνίκα ἂν ἀναγινώσκηται Μωσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται, » ἀντὶ τοῦ, ὁ νόμος. Ἐβασίλευσε τοίνυν, φησὶν, ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐπιφανείας· τότε γὰρ τέλος ὁ νόμος ἐδέξατο. « Ὁ νόμος γὰρ, φησὶ, καὶ οἱ προφῆται, ἕως Ἰωάννου προεφήτευσαν. Ἀπὸ δὲ τῶν ἡμερῶν Ἰωάννου ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν. » *Ἐβασίλευσε δὲ ὁ θάνατος καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐν τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδάμ.* Εἰ γὰρ καὶ ἐκείνην οὐ παρέβησαν τὴν ἐντολὴν, ἀλλ' οὖν ἑτέρας παρανομίας ἐτόλμησαν. Τὸν δέ γε Ἀδὰμ τύπον ἐκάλεσε τοῦ Χριστοῦ· αὐτὸν γὰρ καλεῖ *τὸν μέλλοντα*, κατὰ τοῦτον τὸν λόγον, ὅτι καθάπερ

i Luc. xvi, 29. k II Cor. iii, 15. l Matth. xi, 12, 13.

VARIÆ LECTIONES.

[aa] εἰς omissum in B. [bb] B Μωϋσέως.

Digitized by Google

ἐκεῖνος πρῶτος ἡμαρτηκὼς ὑπὸ τὸν ὅρον ἐγένετο τοῦ θανάτου, καὶ τὸ γένος ἅπαν ἠκολούθησε τῷ προπάτορι· οὕτως ὁ Δεσπότης Χριστὸς, τὴν ἄκραν δικαιοσύνην πεπληρωκὼς, κατέλυσε τοῦ θανάτου τὴν δυναστείαν, καὶ πρῶτος ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς, πᾶσαν εἰς ζωὴν ἐπανάξει τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν. Καὶ ἐπειδὴ τύπον ἐκάλεσε τὸν Ἀδὰμ τοῦ Χριστοῦ, δείκνυσι τὴν ὑπεροχήν.

A genus primum parentem secutum est: ita etiam Dominus Christus, cum summam justitiam adimplesset, mortis potentiam dissolvit, et qui primus ex mortuis resurrexit, omnem naturam hominum ad vitam reducet. Et quia Adamum typum Christi vocavit, ostendit hujus excellentiam.

ιε'. *Ἀλλ' οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα, οὕτω καὶ τὸ χάρισμα.* Ἀλλὰ πῶς; *Εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι οἱ πολλοὶ ἀπέθανον, πολλῷ μᾶλλον ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ δωρεὰ, ἐν χάριτι τῇ τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τοὺς πολλοὺς ἐπερίσσευσεν.* Ἐπὶ τῆς τιμωρίας, φησὶν, ὁ Δεσπότης Θεὸς τοῦ δικαίου τὸν ὅρον ἐφύλαξε, καὶ τοῦ Ἀδὰμ ἡμαρτηκότος, καὶ τῷ θανάτῳ παραδοθέντος, ἅπαν ἠκολούθησε τὸ γένος· πολλῷ δήπουθεν δικαιότερον ἐπὶ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας φυλαχθῆναι τὸ δίκαιον, καὶ τῆς τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ πάντας ἀνθρώπους μεταλαχεῖν ἀναστάσεως. *Ἄνθρωπον* δὲ ἐνταῦθα τὸν Δεσπότην Χριστὸν προσηγόρευσεν, ἵνα τοῦ Ἀδὰμ ἀκριβῶς ἐπιδείξῃ τὸν τύπον· ὅτι καθάπερ ἐκεῖ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ὁ θάνατος, οὕτω δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἐνταῦθα ἡ τοῦ θανάτου κατάλυσις.

B

Vers. 15. *Sed non sicut delictum, ita et donum.* Sed quomodo? *Si enim unius delicto multi* 58 *mortui sunt, multo magis gratia Dei, et donum, in gratia unius hominis Jesu Christi in plures abundavit.* Pœna, inquit, irroganda Dominus Deus justitiæ legem servavit, et Adamum peccantem, mortique traditum, universum genus (humanum) est consecutum; multo profecto justius Dei benignitate justitiam servari, et Domini Christi resurrectionis omnes homines esse participes. *Hominem* autem Christum Dominum hic appellavit, ut Adami typum perfecte ostenderet: quia sicut illic per unum hominem mors, ita per unum hominem hic est mortis dissolutio.

ις'. *Καὶ οὐχ ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήματος, τὸ δώρημα· τὸ μὲν γὰρ κρῖμα ἐξ ἑνὸς εἰς κατάκριμα· τὸ δὲ χάρισμα ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων εἰς δικαίωμα.* Ὑπερβαίνει, φησὶν, ἡ τῆς χάριτος φιλοτιμία τοῦ δικαίου τὸν ὅρον. Τότε γὰρ ἑνὸς ἡμαρτηκότος ὅλον τὸ γένος τὴν τιμωρίαν ἐδέξατο· νῦν δὲ, πάντων ἀνθρώπων ἀσεβούντων τε καὶ παρανομούντων, οὐ τιμωρίαν ἐπήγαγεν, ἀλλὰ ζωὴν ἐδωρήσατο.

C

Vers. 16. *Et non sicut per unum peccatum, donum: nam judicium ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in justificationem.* Superat, inquit, gratiæ munificentia justitiæ legem. Tunc enim, cum unus peccasset, totum genus pœnas luit: nunc autem, cum omnes homines se impie et inique gererent, non supplicium irrogavit, sed vitam donavit.

ιζ'. *Εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι ὁ θάνατος ἐβασίλευσε διὰ τοῦ ἑνὸς, πολλῷ μᾶλλον οἱ τὴν περισσείαν τῆς χάριτος, καὶ τῆς δωρεᾶς, καὶ τῆς δικαιοσύνης λαμβάνοντες, ἐν ζωῇ βασιλεύσουσι διὰ τοῦ ἑνὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Εἰ δὲ ἑνὸς ἀνθρώπου παράβασις ἐκράτυνε τοῦ θανάτου τὴν δυναστείαν, οἱ τὰς ἀφθόνους τοῦ Θεοῦ τρυγήσαντες δωρεὰς, δῆλον ὅτι κρείττους μὲν ἔσονται τοῦ θανάτου, κοινωνήσουσι δὲ τῷ Χριστῷ τῆς ἀνωλέθρου βασιλείας καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς.

Vers. 17. *Si enim unius delicto mors regnavit per unum, multo magis gratiæ abundantiam et donationis et justitiæ accipientes, in vita regnabunt per unum Jesum Christum.* Si per unum hominem transgressio mortis potentiam confirmavit, clarum est, quod qui copiosa Dei dona acceperunt, futuri sint morte potentiores, et cum Christo regni ab interitu alieni, et vitæ æternæ participes.

ιη'. *Ἄρα οὖν ὡς δι' ἑνὸς παραπτώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς κατάκριμα, οὕτω καὶ δι' ἑνὸς δικαιώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς δικαίωσιν ζωῆς.* Μὴ ἀμφιβάλλετε, φησὶ, περὶ τῶν παρ' ἐμοῦ λεγομένων εἰς τὸν Ἀδὰμ ἀποβλέποντες. Εἰ γὰρ ἐκεῖνα ἀληθῆ, ὥσπερ οὖν ἀληθῆ, καὶ ἐκείνου παραβεβηκότος ὅλον τὸ γένος ἐδέξατο τοῦ θανάτου τὸν ὅρον, εὔδηλον ὡς ἡ τοῦ Σωτῆρος δικαιοσύνη πᾶσιν ἀνθρώποις πραγματεύεται τὴν ζωήν. Καὶ πάλιν ἑτέρως τὸ αὐτὸ λέγει, καταποικίλλων τὸν λόγον, καὶ συνεχῶς ἀνελίττων, ἵνα σαφέστερον ἡμᾶς διδάξῃ τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον.

D

Vers. 18. *Igitur sicut per unius* 59 *delictum in omnes homines in condemnationem, ita et per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitæ.* Ne dubitate, inquit, de iis quæ a me dicuntur, ad Adamum respicientes. Si enim illa vera sunt, ut plane sunt, et illo transgresso universum genus mortis legem suscepit, clarum est quod Servatoris justitia vitam omnibus hominibus procuret. Et rursus hoc ipsum aliter dicit, orationem varians et continue revolvens, ut dispensationis mysterium nos apertius doceat.

ιθ'. *Ὥσπερ γὰρ διὰ παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου, ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοὶ· οὕτω καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς, δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοί.* Ἀκριβῶς ἐνταῦθα καὶ ἐπὶ

Vers. 19. *Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita et per unius obedientiam justi constituentur multi.* Exacte hic, et in Adamo, et in gratia, *multi* vocem posuit. Nam

Digitized by Google

et in illis invenimus aliquos qui a majoribus peccatis alieni fuerunt, ut Abelem, et Enochum, et Noachum, et Melchisedechum, et patriarchas, et eos etiam qui in lege clari insignesque fuere : et post gratiam, multi vitam injustam et sceleratam amplectuntur. Ita cum per Adami fatum divinæ incarnationis causas nos docuisset, incurrentem dubitationem opponit, et ejus solutionem inducit. Incurrit autem ex iis quæ ad legem pertinent, quæ inter Adamum et Servatoris nostri adventum data est. Et ideo dixit divinus Apostolus :

A τοῦ Ἀδὰμ, καὶ ἐπὶ τῆς χάριτος, τὸ *πολλοὶ* τέθεικε. Καὶ γὰρ ἐν ἐκείνοις εὑρίσκομέν τινας κρείττους τῶν μειζόνων ἁμαρτημάτων γεγενημένους, ὡς τὸν Ἄβελ, καὶ τὸν Ἐνὼχ, καὶ τὸν Νῶε, καὶ τὸν Μελχισεδὲκ, καὶ τοὺς πατριάρχας, καὶ μέντοι καὶ τοὺς ἐν νόμῳ διαλάμψαντας· καὶ μετὰ τὴν χάριν, εἰσὶ πολλοὶ τὸν παράνομον ἀσπαζόμενοι βίον. Οὕτως ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν Ἀδὰμ τὰς αἰτίας ἡμᾶς διδάξας τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως, τὸ ὑφορμοῦν ἀντιτίθησι, καὶ τὴν λύσιν ἐπάγει· ὑφορμεῖ δὲ τὰ κατὰ τὸν νόμον, ὃς μεταξὺ τοῦ τε Ἀδὰμ καὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐπιφανείας ἐδόθη. Διὸ καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἔφη·

VERS. 20. *Lex autem subintravit, ut abundaret delictum. Ut* non pro causa posuit, sed ex suo proprio modo loquendi. Vult autem dicere, quod nec priori quidem tempore reliquerit Deus homines sua providentia destitutos. **60** Sed Judæis quidem legem dedit, per illorum autem studium ac diligentiam pietatis quoque lumen aliis gentibus ostendit. Proprie autem posuit *subintravit*, quoniam promissi, quod datum erat patriarchæ, Christus erat finis : « In semine enim tuo, inquit, benedicentur omnes gentes terræ [m]. » Inter Abrahamum autem et Christum lex media ingressa est. Hæc autem exactius quidem docuit peccatum malum esse : ipsum autem compescere non potuit, sed etiam magis auxit. Quo enim plura præcepta data sunt, eo plures transgressiones fuerunt. Sed divinus Apostolus brevem solutionem intulit : *Ubi autem abundavit peccatum, superabundavit gratia :* Dei, inquit, beneficentiæ detrimentum non attulit ; sed insignem ejus bonitatem magis ostendit.

B

C

κ'. *Νόμος δὲ παρεισῆλθεν, ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα.* Τὸ δὲ *ἵνα* οὐκ ἐπὶ αἰτίας τέθεικεν, ἀλλὰ κατὰ τὸ οἰκεῖον ἰδίωμα· βούλεται δὲ εἰπεῖν, ὡς οὐδὲ κατὰ τὸν ἔμπροσθεν χρόνον ἀτημελήτους εἴασεν ὁ Θεὸς τοὺς ἀνθρώπους· ἀλλὰ δέδωκε μὲν Ἰουδαίοις τὸν νόμον, διὰ δὲ τῆς ἐκείνων ἐπιμελείας, καὶ τοῖς ἄλλοις ἔθνεσιν ὑπεδείκνυ τῆς εὐσεβείας τὸ φῶς. Κυρίως δὲ τὸ *παρεισῆλθε* τέθεικεν, ἐπειδὴ τῆς τῷ πατριάρχῃ δοθείσης ὑποσχέσεως ὁ Χριστὸς ἦν τὸ τέλος. « Ἐν γὰρ τῷ σπέρματί σου, φησὶν, εὐλογηθήσεται πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς. » Τοῦ δὲ Ἀβραὰμ καὶ τοῦ Χριστοῦ μέσος παρεισῆλθεν ὁ νόμος. Οὗτος δὲ ἐδίδαξε μὲν ἀκριβέστερον, ὅτι κακὸν ἡ ἁμαρτία· παῦσαι δὲ ταύτην οὐκ ἴσχυσεν, ἀλλὰ καὶ λίαν ἐπηύξησεν. Ὅσῳ γὰρ πλείους ἐδόθησαν ἐντολαὶ, τοσούτῳ πλείους αἱ παραβάσεις ἐγίνοντο, ἀλλὰ τὴν λύσιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἐπήγαγε σύντομον· *Οὗ δὲ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις·* Οὐκ ἐλυμήνατο, φησὶ, τῇ τοῦ Θεοῦ φιλοτιμίᾳ· ἔδειξε δὲ μᾶλλον τῆς ἀγαθότητος τὴν ὑπερβολήν.

VERS. 21. *Ut, sicut regnavit peccatum per mortem, ita et gratia regnet per justitiam, in vitam æternam per Jesum Christum Dominum nostrum.* Hic complevit caput. Docet autem, quod sicut peccatum, quod mortem peperit, regnavit in mortalibus corporibus, animi motus ad immoderantiam incitans : ita gratia justitiam, * quæ per fidem est, credentibus largita, non habet regnum tempore peccato æquale, sed æternum, et sine fine. Peccatum enim corporibus imperabat, eorum autem morte a regno cessabat. « Qui enim mortuus est, ut ait divinus Apostolus, a peccato justificatus est [n]. » Sed post resurrectionem, cum a corruptione aliena et immortalia corpora nostra fuerint, regnabit in eis gratia, peccato nullum deinceps locum **61** habente. Ubi enim perturbationes animi cessaverint, non erit locus peccato. Deinde rursus aliam emergentem dubitationem proponit, et nullo negotio dissolvit.

κα'. *Ἵνα ὥσπερ ἐβασίλευσεν ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θανάτῳ· οὕτω καὶ ἡ χάρις βασιλεύσῃ διὰ δικαιοσύνης, εἰς ζωὴν αἰώνιον διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν.* Ἐνταῦθα συνεπλήρωσε τὸ κεφάλαιον. Διδάσκει δὲ, ὅτι, καθάπερ ἡ ἁμαρτία, τεκοῦσα τὸν θάνατον, ἐν τοῖς θνητοῖς ἐβασίλευσε σώμασιν, εἰς ἀμετρίαν ἐκκαλουμένη τὰ πάθη· οὕτως ἡ χάρις, τὴν διὰ πίστεως δικαιοσύνην τοῖς πεπιστευκόσι δωρησαμένη, οὐχ ὁμόχρονον ἔχει τῇ ἁμαρτίᾳ τὴν βασιλείαν, ἀλλ' αἰώνιόν τε καὶ ἀτελεύτητον. Ἡ μὲν γὰρ ἐκράτει σωμάτων, τῷ δὲ τούτων θανάτῳ τῆς βασιλείας ἐπαύετο. « Ὁ γὰρ ἀποθανὼν, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. » Μετὰ δέ γε τὴν ἀνάστασιν, ἀφθάρτων τε καὶ ἀθανάτων τῶν ἡμετέρων γινομένων σωμάτων, ἡ χάρις ἐν αὐτοῖς βασιλεύσει, οὐδεμίαν λοιπὸν χώραν τῆς ἁμαρτίας ἐχούσης. Τῶν γὰρ παθῶν πεπαυμένων, οὐχ ἕξει χώραν ἡ ἁμαρτία. Εἶτα πάλιν ἑτέραν ἀντίθεσιν ἀνακύπτουσαν καὶ τίθησι, καὶ διαλύει ῥᾳδίως.

D

CAPUT VI.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

VERS. 1. *Quid ergo dicemus? manebimus in peccato, ut gratia abundet? Absit!* Negatione quam id sit absurdum ostendit. Hoc autem posuit propter id quod jam ante dictum est, « Ubi abundavit peccatum, superabundavit gratia. » Non illi autem

α'. *Τί οὖν ἐροῦμεν; ἐπιμενοῦμεν τῇ ἁμαρτίᾳ, ἵνα ἡ χάρις πλεονάσῃ; Μὴ γένοιτο!* Τῇ ἀπαγορεύσει τὸ ἄτοπον ἔδειξε. Τέθεικε δὲ τοῦτο διὰ τὸ ἤδη προειρημένον· « Ὅπου ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις. » Οὐκ ἠρκέσθη μέντοι τῇ

[m] Gen. xxvi, 4. [n] Rom. vi, 7.

Digitized by Google

ἀποφατικῇ ἀπαγορεύσει· ἀλλὰ καὶ ἑτέρως μεθοδεύει τὸν λόγον.

A suffecit enuntiativa negatio : sed alia etiam ratione disputationem instituit.

β'. *Οἵτινες ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ, πῶς ἔτι ζήσομεν ἐν αὐτῇ ;* Καὶ πῶς ἀπεθάνομεν ;

VERS. 2. *Qui mortui sumus peccato, quomodo adhuc vivemus in illo?* Et quomodo mortui sumus?

γ'. *Ἢ ἀγνοεῖτε, ἀδελφοί, ὅτι ὅσοι εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν ἐβαπτίσθημεν, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν;* Ἠρνήθης, φησί, τὴν ἁμαρτίαν, καὶ νεκρὸς αὐτῇ γέγονας, καὶ τῷ Χριστῷ συνετάφης· πῶς τοίνυν οἷόν τέ σε τὴν ἐκείνην ἁμαρτίαν δέξασθαι ;

VERS. 3. *An ignoratis, quod quicunque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus?* Negasti, inquit, peccatum, et mortuus illi factus es, et Christo consepultus es : quomodo ergo fieri potest, ut tu illud peccatum suscipias?

δ'. *Συνετάφημεν οὖν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον, ἵνα ὥσπερ ἠγέρθη Χριστὸς ἐκ νεκρῶν διὰ τῆς δόξης τοῦ Πατρὸς, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν.* Αὐτὸ τοῦ βαπτίσματος τὸ μυστήριον ἐδίδαξέ σε φεύγειν τὴν ἁμαρτίαν. Τοῦ γὰρ Δεσποτικοῦ θανάτου τύπον B ἔχει τὸ βάπτισμα· ἐν ἐκείνῳ δὲ σὺ καὶ τοῦ θανάτου, καὶ τῆς ἀναστάσεως κεκοινώνηκας τῷ Χριστῷ. Προσήκει σε τοίνυν καινήν τινα βιοτεῦσαι ζωὴν, καὶ συμβαίνουσαν ἐκείνῳ, ᾧ τῆς ἀναστάσεως κεκοινώνηκας. *Δόξαν* δὲ *τοῦ Πατρὸς* τὴν θεότητα καλεῖ τοῦ Χριστοῦ [46]· καὶ γὰρ ἐν ἑτέρᾳ φησὶν Ἐπιστολῇ· « Ἵνα ὁ Θεὸς τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ Πατὴρ τῆς δόξης [47]. » Καὶ ὁ Κύριος ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις· « Λύσατε τοίνυν [48] τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. » Εἰ δὲ ταύτην οἱ αἱρετικοὶ τὴν ἑρμηνείαν μὴ δέξαιντο, οὐδὲ οὕτω λυμανοῦνται τῇ τοῦ Μονογενοῦς δόξῃ. Εἰ γὰρ καὶ ὁ Πατὴρ αὐτὸν ἤγειρεν, ὡς ἄνθρωπον ἤγειρεν· ὡς ἄνθρωπος γὰρ καὶ τὸ πάθος ἐδέξατο.

VERS. 4. *Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quemadmodum Christus ex mortuis suscitatus est per gloriam Patris, ita et nos in vitæ novitate ambulemus.* Ipsum baptismatis sacramentum docuit te peccatum fugere. Baptismus enim typum habet mortis Dominicæ. In illo autem tu, et mortis, et resurrectionis fuisti una cum Christo particeps. Oportet ergo te novam quamdam vitam vivere, et ei convenientem, cujus tu resurrectionis fuisti particeps. *Gloriam* autem *Patris* vocat divinitatem Christi. Etenim in alia dicit Epistola : « Ut Deus Domini Jesu Christi, Pater **62** gloriæ [p]. » Et Dominus in Evangeliis : « Solvite vero templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud [r]. » Quod si hæretici hanc interpretationem non admiserint, ne sic quidem Unigeniti gloriæ quidquam detrahent. Nam si Pater eum suscitavit, suscitavit ut hominem, ut homo enim etiam passionem suscepit.

ε'. *Εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα.* Ἐπειδὴ θανάτου τύπον ἐκάλεσε τὸ σωτήριον βάπτισμα, τῇ τοῦ ὀνόματος ἐναλλαγῇ σαφῶς ᾐνίξατο τὴν ἀνάστασιν. Φύεται γὰρ τὸ σαφῶς φυτευόμενον. C

VERS. 5. *Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus, simul et resurrectionis erimus.* Quoniam salutiferum baptismum vocavit typum mortis, nominis immutatione resurrectionem aperte innuit. Quod enim recte plantatur, enascitur.

ς'. *Τοῦτο γινώσκοντες, ὅτι ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος συνεσταυρώθη, ἵνα καταργηθῇ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας, τοῦ μηκέτι δουλεύειν ἡμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ.* Παλαιὸν ἄνθρωπον οὐ τὴν φύσιν ἐκάλεσεν, ἀλλὰ τὴν πονηρὰν γνώμην. Ταύτην δὲ ἔφη τῷ βαπτίσματι νεκρωθῆναι, ἵνα ἀργὸν γένηται τῇ ἁμαρτίᾳ τὸ σῶμα. Τοῦτο γὰρ εἶπεν· *Ἵνα καταργηθῇ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας, ὥστε αὐτὸ μηδαμῶς τῇ ἁμαρτίᾳ δουλεύειν.* Εἶτα καὶ ἐξ ἑτέρας εἰκόνος D τοῦτο σαφέστερον δείκνυσιν.

VERS. 6. *Hoc scientes, quod vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati, ut non ultra serviamus peccato.* Veterem hominem appellavit non naturam, sed malam mentem. Eam autem dicit esse baptismo mortificatam, ut corpus non ministret peccato. Hoc enim est quod ait, *ut destruatur corpus peccati, ut peccato non amplius serviat.* Deinde hoc etiam apertius ex alia docet similitudine.

ζ'. *Ὁ γὰρ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας.* Τίς γὰρ ἐθεάσατο πώποτε νεκρὸν, ἢ γάμον ἀλλότριον διορύττοντα, ἢ μιαιφονίᾳ τὰς χεῖρας φοινίττοντα, ἢ ἄλλο τι τῶν ἀτόπων διαπραττόμενον ;

VERS. 7. *Qui enim mortuus est, justificatus est a peccato.* Quis enim unquam mortuum vidit vel alienum cubile constuprantem, vel homicidio manus suas cruentantem, vel aliquid aliud turpe et flagitiosum patrantem ?

η'. *Εἰ δὲ ἀπεθάνομεν σὺν Χριστῷ, πιστεύομεν ὅτι καὶ συζήσομεν αὐτῷ.* Προσήκει τοίνυν καὶ ἡμᾶς τῷ Χριστῷ συνταφέντας, νεκροὺς μὲν εἶναι τῇ ἁμαρ-

VERS. 8. *Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quod etiam simul cum illo vivemus.* Oportet itaque et nos Christo consepultos, peccato quidem

[o] Ephes. I, 17. [p] Joan. II, 19.

VARIÆ LECTIONES.

[46] Post Χριστοῦ additur apud Œcum. τουτέστι διὰ τῆς οἰκείας θεότητος, forte perspicuitatis causa. Theodul. quidem habet ut in textu Sirmondi. [47] Hic Joan. locus in Œc. et Theodulo desideratur. [48] τοίνυν deest in B.

Digitized by Google

esse mortuos, exspectare autem resurrectionem. Deinde rursus ponit exemplum.

VERS. 9, 10. *Scientes quod Christus resurgens a mortuis* 63 *jam non moritur, mors illi ultra non dominatur. Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel; quod autem vivit, vivit Deo.* Satis per hæc verba docuit quod eos qui crediderunt velit a peccato abducere. Semel, inquit, mortuus est Christus, nec ut bis moriatur fieri potest: habet enim nunc corpus immortale, et ideo unum etiam baptismum omnes percipimus. Ne aliam ergo per baptismum remissionem exspectes. Pulchre autem dixit eum mortuum esse peccato. Non erat enim morti obnoxius; peccatum enim non fecerat: sed propter nostrum peccatum mortem subierat.

VERS. 11. *Ita et vos existimate vos esse quidem peccato mortuos, viventes autem Deo in Christo Jesu.* Et vos itaque in peccati quidem operatione mortua esse membra vestra ostendite: vitam autem secundum Christum amplectimini, per quam vitam immortalem consequemini. Oportet itaque nos huic doctrinæ mentem adhibere, et peccati quidem insidias fugere, Christum autem, qui nos servavit, ad auxilium vocare. Invocatus enim præsto aderit, et suam nobis opem præbebit: cum quo Patri cum sancto Spiritu gloria convenit, et majestas, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

τία, προσμένειν δὲ τὴν ἀνάστασιν. Εἶτα πάλιν τὸ παράδειγμα τίθησιν.

θ', ι'. *Εἰδότες ὅτι Χριστὸς ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν, οὐκέτι ἀποθνήσκει, θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει. Ὃ γὰρ ἀπέθανε, τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπέθανεν ἐφάπαξ· ὃ δὲ ζῇ, ζῇ τῷ Θεῷ.* Ἱκανῶς διὰ τούτων ἐδίδαξε τῶν ῥημάτων, τῆς ἁμαρτίας ἀποστῆσαι τοὺς πεπιστευκότας βουλόμενος. Ἅπαξ, φησὶν, ἀπέθανεν ὁ Χριστὸς, καὶ δὶς αὐτὸν ἀποθανεῖν τῶν ἀδυνάτων· ἀθάνατον γὰρ νῦν ἔχει τὸ σῶμα. Διά τοι τοῦτο καὶ ἑνὸς βαπτίσματος ἅπαντες ἀπολαύομεν. Μὴ τοίνυν ἑτέραν ἀναμείνῃς διὰ τοῦ βαπτίσματος ἄφεσιν. Καλῶς δὲ τῇ ἁμαρτίᾳ αὐτὸν ἔφη τεθνάναι. Οὐ γὰρ ὑπέκειτο θανάτῳ· ἁμαρτίαν γὰρ οὐκ ἐποίησεν· ἀλλὰ διὰ τὴν ἡμετέραν ἁμαρτίαν τὸν θάνατον κατεδέξατο.

ια'. *Οὕτω καὶ ὑμεῖς λογίζεσθε ἑαυτοὺς νεκροὺς μὲν εἶναι τῇ ἁμαρτίᾳ, ζῶντας δὲ τῷ Θεῷ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.* Καὶ ὑμεῖς τοίνυν, τῇ μὲν ἐνεργείᾳ τῆς ἁμαρτίας νεκρὰ δείξατε τὰ ὑμέτερα μέλη, τὴν δὲ κατὰ Χριστὸν ἀσπάσασθε βιοτὴν, δι' ἧς τεύξεσθε τῆς ἀθανάτου ζωῆς. Ταύτῃ προσέχειν ἅπαντας ἡμᾶς τῇ διδασκαλίᾳ προσήκει, καὶ φεύγειν μὲν τὰς τῆς ἁμαρτίας ἐπιβουλὰς, καλεῖν δὲ εἰς ἐπικουρίαν σεσωκότα Χριστόν. Ἐπιφανεῖται γὰρ καλούμενος, καὶ τὴν οἰκείαν ἡμῖν ὀρέξει ῥοπήν· μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ σὺν τῷ παναγίῳ Πνεύματι δόξα πρέπει καὶ μεγαλοπρέπεια, νῦν καὶ ἀεὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

TOMUS TERTIUS.

VERS. 12. *Ne ergo regnet peccatum in mortali vestro corpore, ut obediatis concupiscentiis ejus.* Regnum in hoc differt 64 a tyrannide, quod exsistat quidem tyrannis invitis subjectis, regnum autem, iis volentibus quibus imperatur. Suadet ergo ne peccati dominatui amplius assentiamur: Dominus enim, humana carne suscepta, ejus regnum evertit, et, ut qui mortalibus et adhuc patibile corpus habentibus leges ferret, ea statuit, quæ illorum imbecillitati congruant, et non dicit, ne tyrannidem exerceat peccatum, sed *ne regnet.* Illud enim illius est proprium, hoc vero nostræ mentis. Animi enim perturbationum motus et vexatio inest nobis natura; eorum autem quæ prohibita sunt actio a nostra mente pendet. Ostendit autem etiam bellum non diuturnum futurum, corpus mortale appellans. Hoc enim ubi mortis terminum acceperit, cessat etiam animi perturbationum insultus. Jubet ergo nos non quidem tollere peccati tyrannidem, sed ei non cedere immodice accendenti appetitiones corporis.

VERS. 13. *Neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato.* Cum regni mentionem fecisset, ejus quoque armaturam congruenter ostendit, parandæque victoriæ rationem nos docuit. Armis enim peccatum nostris adversus nos membris uti-

ΤΟΜΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

ιβ'. *Μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι, εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτῆς* [49]. Βασιλεία τυραννίδος διαφέρει ταύτῃ, τῷ τὴν μὲν τυραννίδα ἀκόντων γίνεσθαι τῶν ὑπηκόων, τὴν δὲ βασιλείαν βουλομένων τῶν ἀρχομένων. Παραινεῖ τοίνυν, μηκέτι δυναστείᾳ τῆς ἁμαρτίας συντίθεσθαι· κατέλυσε γὰρ αὐτῆς τὴν βασιλείαν ὁ Δεσπότης ἐνανθρωπήσας· καὶ ἅτε δὴ θνητοῖς ἔτι καὶ παθητὸν ἔχουσι σῶμα νομοθετῶν, σύμμετρα τῇ ἀσθενείᾳ νομοθετεῖ. Καὶ οὐ λέγει, Μὴ τυραννείτω ἡ ἁμαρτία, ἀλλὰ, *Μὴ βασιλευέτω.* Τὸ μὲν γὰρ ἴδιον ἐκείνης, τὸ δὲ τῆς ἡμετέρας γνώμης. Ἡ μὲν γὰρ τῶν παθημάτων κίνησίς τε καὶ ἐνόχλησις [50] κατὰ φύσιν ἡμῖν ἐγγίνεται· τῶν δὲ ἀπειρημένων ἡ πρᾶξις τῆς γνώμης ἐξήρτηται. Ἔδειξε δὲ καὶ τοῦ πολέμου τὸ πρόσκαιρον, θνητὸν τὸ σῶμα προσαγορεύσας. Τούτου γὰρ δεξαμένου τοῦ θανάτου τὸν ὅρον, παύεται καὶ τῶν μαθημάτων ἡ προσβολή. Κελεύει τοίνυν ἡμῖν, οὐ παύειν τῆς ἁμαρτίας τὴν τυραννίδα, ἀλλὰ μὴ ὑπακούειν αὐτῇ ἀμέτρως ἐξαπτούσῃ τὰς ὀρέξεις τοῦ σώματος.

Vers. 32. « Si secundum hominem ad bestias pugnavi Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? » Secundum humanam quidem opinionem a bestiis devoratus sum: sed admirabiliter, et præter opinionem, sum servatus. Hujus ergo C periculi quem fructum capiam, si non est mortuorum resurrectio? « Manducemus et bibamus, cras enim moriemur [s]. » Sunt hæc quidem verba prophetica, sed **276** ea opportune posuit, propemodum dicens: Supervacaneum est jejunium, superflua continentia: præsentis vitæ fruamur voluptatibus, cum nulla sit retributio proposita virtutis amatoribus. Deinde admonitorie:

Vers. 33. « Nolite seduci. Corrumpunt mores bonos colloquia mala. » *Bonos* hic leves vocavit, qui facile decipiuntur.

Vers. 34. « Evigilate juste, et nolite peccare: ignorantiam enim Dei quidam habent; ad reverentiam vobis loquor. » Tanquam aberrantibus et infi- D delitate ebriis dixit, *Evigilate*. Valde autem sapienter *ignorantiam Dei* resurrectionis incredulitatem appellavit. Qui enim se Deum nosse confitetur, eum justum esse credit, justo autem convenit retributio: at justam retributionem in hac præsenti vita non videmus. Oportet ergo eum, qui Deo se credere confitetur, exspectare resurrectionem. Deinde ponit interrogationem quæ ab infidelibus affertur, et dicit:

Vers. 35. « Sed dicet aliquis: Quomodo resur-

[r] Coloss. III, 11. [s] Isa. XXII, 13.

VARIÆ LECTIONES.

[41] Σκύθης. B et Theodoretus infra in illo loco. [42] Theodoret. orat. de charitate p. 690 Sirm. Καθημέραν ἀποθν. νὴ τὴν ὑμετέραν καυχ. ἣν ἔ ἐ. Χ. Ἰ.

Digitized by Google

gunt mortui, qualive corpore venient? » Duplex est interrogatio, et de modo resurrectionis, et de futura qualitate corporum. Deinde utrumque ex rebus humanis ostendit, et eum stultum appellat, qui hæc perspicere non possit.

VERS. 36, 37. « Insipiens, tu quod seminas non vivificatur, nisi moriatur. Et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, ut puta tritici, aut alicujus cæterorum. » Respice semina, et vide sulcos sepulcra imitantes, et semina quæ non secus ac corpora sepeliuntur, deinde nascuntur et germinant. Non enim corpus, quod futurum est, seminas, hoc est, non spicam, sed nudum granum, vel frumenti, vel **277** alicujus ex aliis. Valde autem apposite nomina commutavit : non enim dixit, Non nascitur nisi moriatur : nostra autem nomina seminibus imposuit, nostram ex illis resurrectionem ostendens. Ita etiam dixit Dominus : « Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, solum manet : sin autem mortuum fuerit, multum fructum affert [t]. » Ita ostenso modo resurrectionis, ostendit etiam qualitatem corporum.

VERS. 38. « Deus autem dat illi corpus sicut vult, et unicuique seminum proprium corpus. » Quemadmodum enim ex frumento frumentum nascitur, et lens ex lente, et ex unoquoque genere ipsum genus : ita etiam nostra corpora ipsa quidem resurgunt, sed cum majore gloria, et incorruptione, et immortalitate. Hoc vero etiam videre est in seminibus. Quæ enim nuda seminantur, cum pulchris indumentis germinant. Utrumque ergo, et modum resurrectionis docet, et qualitatem corporum. Deinde dicit etiam eorum qui resurgunt distinctionem.

VERS. 39. « Non omnis caro eadem caro : sed alia quidem hominum, alia vero caro pecorum : alia autem volucrum, alia autem piscium. » Una, inquit, est natura carnis, constat enim ex quatuor elementis, differentia autem est in specie. Ita ergo una quidem est omnium resurrectio, et corporum in incorruptionem mutatio : morum autem differentia etiam retributionum confirmat differentiam.

VERS. 40. « Et corpora cœlestia, et corpora terrena : sed alia quidem cœlestium gloria, alia autem terrestrium. » Qui enim cœlis digni sunt, gloria quæ cœlestibus convenit amicientur. Qui autem in terrenis cogitationibus hæserunt, **278** suo instituto conveniens indumentum accipient. Hac ita facta divisione, ubi terrenos esse separatos ostendit, cœlestium quoque monstrat differentiam. Neque enim omnes justi eadem accipient : sed recte factis convenientem habebunt remunerationem. Hoc etiam prædixit Dominus in sacris Evan-

[t] Joan. XII, 24.

A ποίῳ δὲ σώματι ἔρχονται; » Διπλῆ ἡ ἐρώτησις, καὶ περὶ τοῦ τρόπου τῆς ἀναστάσεως, καὶ περὶ τῆς ἐσομένης τοῦ σώματος [43] ποιότητος. Εἶτα ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων ἀμφότερα δείκνυσι, καὶ ἄφρονα προσαγορεύει τὸν ταῦτα συνιδεῖν οὐ δυνηθέντα.

λς', λζ'. « Ἄφρον, σὺ ὃ σπείρεις οὐ ζωοποιεῖται [44], ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ. Καὶ ὃ σπείρεις, οὐ τὸ σῶμα τὸ γενησόμενον σπείρεις, ἀλλὰ γυμνὸν κόκκον, εἰ τύχοι σίτου, ἢ τινος τῶν λοιπῶν. » Ἀπόβλεψον εἰς τὰ σπέρματα, καὶ βλέπε τὰς αὐλακας μιμουμένας τοὺς τάφους, καὶ τὰ σπέρματα θαπτόμενα ὡς τὰ σώματα, εἶτα φυόμενα καὶ βλαστάνοντα. Οὐ γὰρ τὸ σῶμα τὸ γενησόμενον σπείρεις, τουτέστιν οὐ τὸν ἄσταχυν, ἀλλὰ γυμνὸν τὸν κόκκον, ἢ σίτου, ἢ τινος τῶν λοιπῶν. Σφόδρα δὲ ἁρμοδίως ἐνήλλαξε τὰ ὀνόματα· οὐ B γὰρ εἶπεν, Οὐ φύεται ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ· τὰ δὲ ἡμέτερα ὀνόματα τοῖς σπέρμασιν ἐπιτέθεικεν, ἐξ ἐκείνων δεικνὺς τὴν ἡμετέραν ἀνάστασιν. Οὕτω δὲ καὶ ὁ Κύριος ἔφη· « Ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, μόνος μένει· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, πολὺν καρπὸν φέρει. » Οὕτω δείξας τὸν τρόπον τῆς ἀναστάσεως, δείκνυσι καὶ τὴν τῶν σωμάτων ποιότητα.

λη'. « Ὁ δὲ Θεὸς αὐτῷ δίδωσι σῶμα καθὼς ἠθέλησε, καὶ ἑκάστῳ τῶν σπερμάτων τὸ ἴδιον σῶμα. » Ὥσπερ γὰρ ἀπὸ σίτου σῖτος φύεται, καὶ ἀπὸ φακοῦ φακὸς, καὶ ἐξ ἑκάστου εἴδους τὸ αὐτὸ εἶδος· οὕτω καὶ τὰ ἡμέτερα σώματα αὐτὰ μὲν ἀνίσταται, μετὰ δόξης δὲ πλείονος, καὶ ἀφθαρσίας, καὶ ἀθανασίας. Τοῦτο C δὲ καὶ ἐπὶ τῶν σπερμάτων ἔστιν ἰδεῖν γινόμενον. Γυμνὰ γὰρ σπειρόμενα μετὰ λαμπρῶν περιβολαίων βλαστάνει. Ἀμφότερα τοίνυν, καὶ τὸν τρόπον τῆς ἀναστάσεως, καὶ τὴν ποιότητα τῶν σωμάτων, διδάσκει. Εἶτα λέγει καὶ τὴν τῶν ἀνισταμένων διαίρεσιν.

λ'. « Οὐ πᾶσα σὰρξ ἡ αὐτὴ σὰρξ, ἀλλ' ἄλλη μὲν ἡ τῶν ἀνθρώπων, ἄλλη δὲ σὰρξ κτηνῶν, ἄλλη δὲ ἰχθύων, ἄλλη δὲ πτηνῶν. » Μία, φησὶ, τῆς σαρκὸς ἡ φύσις, ἐκ γὰρ τῶν τεσσάρων στοιχείων συνέστηκεν· ἡ δὲ διαφορὰ ἐν τῷ εἴδει. Οὕτω τοίνυν μία μὲν πάντων ἀνάστασις, καὶ ἡ τῶν σωμάτων εἰς ἀφθαρσίαν μεταβολή· ἡ δὲ τῶν τρόπων διαφορὰ καὶ τὴν τῶν ἀντιδόσεων κατασκευάζει διαφοράν.

μ'. « Καὶ σώματα ἐπουράνια, καὶ σώματα ἐπίγεια· ἀλλ' ἑτέρα μὲν ἡ τῶν ἐπουρανίων δόξα, D ἑτέρα δὲ ἡ τῶν ἐπιγείων. » Οἱ μὲν γὰρ οὐρανῶν ἄξιοι τὴν οὐρανίοις πρέπουσαν περιβαλοῦνται δόξαν· οἱ δὲ φρόνημα γήϊνον ἐσχηκότες, κατάλληλον τῇ προαιρέσει τὸ ἔνδυμα λήψονται. Οὕτω ταύτην τὴν διαίρεσιν ἐργασάμενος, καὶ δείξας τοὺς γηΐνους κεχωρισμένους, δείκνυσι καὶ τὴν τῶν οὐρανίων διαφοράν. Οὐδὲ γὰρ ἅπαντες οἱ δίκαιοι τῶν αὐτῶν μεθέξουσιν, ἀλλὰ σύμμετρον τοῖς κατορθώμασι τὴν ἀντίδοσιν λήψονται. Τοῦτο καὶ ὁ Κύριος ἐν

VARIÆ LECTIONES.

[43] Τῶν σωμάτων. B. [44] ζωογονεῖται legit Noster orat. 9. de Provid.

Digitized by Google

τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις προείρηκε· « Πολλαὶ γάρ, A geliis : « Multæ enim, inquit, sunt mansiones
ἔφη, μοναὶ παρὰ τῷ Πατρί μου. » Οὕτω καὶ ἐν- apud Patrem meum [u]. » Ita hic etiam :
ταῦθα·

μα'. « Ἄλλη δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα σελήνης, καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων. Ἀστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ. » Οὕτω καὶ τῶν δικαίων οἱ μὲν ἡλίῳ παραπλησίως ἐκλάμψουσιν [46], οἱ δὲ σελήνῃ, οἱ δὲ φανωτάτων ἀστέρων μιμήσονται τὴν λαμπρότητα, οἱ δὲ τοῖς ἀμυδροτέροις ἀπεικασθήσονται. Οὕτω καὶ ταύτην δείξας τὴν διαφορὰν, εἰς τὸν τῆς κοινῆς ἀναστάσεως μεταβαίνει λόγον.

Vers. 41. « Alia claritas solis, alia claritas lunæ, et alia claritas stellarum. Stella enim a stella differt in claritate. » Sic etiam ex justis, alii quidem resplendebunt sicut sol, alii vero sicut luna : alii autem clarissimarum stellarum splendorem imitabuntur, alii obscurioribus assimilabuntur. Et postquam hanc etiam hoc modo ostendit differentiam, transit ad sermonem de communi resurrectione.

μβ'. « Οὕτω καὶ ἡ ἀνάστασις τῶν νεκρῶν. » Ἀντὶ τοῦ, ὡς ἡ παραβολὴ τῶν σπερμάτων. » Σπείρεται ἐν φθορᾷ, ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ. » Ἐν δύο γὰρ ἢ τρισὶν ἡμέραις τὴν δυσώδη φθορὰν ὑπομένει, ἀλλὰ τῆς φθορᾶς ἐλευθεροῦται, καὶ ἀνίσταται ἄφθαρτον. B

Vers. 42. « Sic et resurrectio mortuorum. » Nempe sicut est comparatio seminum. « Seminatur in corruptione : surget in incorruptione. » Duobus enim vel tribus diebus sustinet fœtidam corruptionem, sed liberatur a corruptione, et a corruptione alienum resurgit.

μγ'. « Σπείρεται ἐν ἀτιμίᾳ, ἐγείρεται ἐν δόξῃ. » Τί γὰρ οὕτως ἄτιμον ὡς σῶμα νεκρόν; « Σπείρεται ἐν ἀσθενείᾳ, ἐγείρεται ἐν δυνάμει. » Τί γὰρ τοῦ ἰχῶρος ἐκείνου ἢ τῆς κόνεως ἀσθενέστερον; Ἀλλ' ὅμως δύναμιν ἀνώλεθρον δέξεται.

Vers. 43. « Seminatur in ignobilitate : surget in gloria. » Quid enim ignobilius quam corpus mortuum? « Seminatur in infirmitate, surget in virtute. » Quid enim illa sanie aut pulvere imbecillius? Sed tamen virtutem accipiet ab interitu alienam.

μδ'. « Σπείρεται σῶμα ψυχικόν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν. Ἔστι σῶμα ψυχικόν, καὶ ἔστι σῶμα πνευματικόν. » Πανταχοῦ τὸ *σπείρεται* τέθεικε, θαρρεῖν παρεγγυῶν ὡς φυομένου τοῦ σπειρομένου. *Ψυχικὸν* δὲ καλεῖ, τὸ ὑπὸ τῆς ψυχῆς κυβερνώμενον· *πνευματικὸν* δὲ, ὑπὸ τοῦ Πνεύματος οἰκονομούμενον. Ταύτην δὲ τὴν χάριν πολλαπλασίαν οἱ ἄξιοι λήψονται. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἀρραβὼν τὸ νῦν δοθὲν ὀνομάζεται, ὡς πολλαπλασίας ἐκεῖ δοθησομένης τῆς χάριτος.

Vers. 44. « Seminatur corpus animale : surget corpus spiritale. Est corpus animale, et est corpus spiritale. » Ubique posuit, *seminatur*, jubens nos bono animo esse, utpote quod nascatur id quod seminatur. *Animale* autem vocat, quod ab anima gubernatur : *spiritale* autem, quod a Spiritu regitur. C **279** Hanc autem gratiam qui digni sunt multiplicem accipient. Propterea enim quod nunc datum est, arrha dicitur, ob multiplicem illic dandam gratiam.

« Οὕτω καὶ γέγραπται (με')· Ἐγένετο ὁ πρῶτος ἄνθρωπος Ἀδὰμ εἰς ψυχὴν ζῶσαν, ὁ ἔσχατος Ἀδὰμ εἰς πνεῦμα ζωοποιοῦν. » Τὸ πρότερον ἐν τοῖς γράμμασιν ἀνέγνωμεν, τὸ δὲ δεύτερον ἐν τοῖς πράγμασιν ἔγνωμεν. Οὐκ ἐκάλεσε δὲ τὸν δεύτερον Ἀδὰμ πνεῦμα ζῶν, ἀλλὰ ζωοποιοῦν. Πᾶσι γὰρ χορηγεῖ τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον.

Vers. 45. « Sic etiam scriptum est (Vers. 45) : Factus est primus homo Adam in animam viventem : novissimus Adam in spiritum vivificantem. » Prius in scriptis legimus : secundum in factis cognovimus. Non vocavit autem secundum Adamum *Spiritum viventem*, sed *vivificantem*. Omnibus enim vitam æternam suppeditat.

μς'. « Ἀλλ' οὐ πρῶτον τὸ πνευματικὸν, ἀλλὰ τὸ ψυχικόν· ἔπειτα τὸ πνευματικόν. » Διὰ γὰρ τὴν ἀσθένειαν τοῦ ψυχικοῦ, τὸ πνευματικὸν κατεσκευάσθη φάρμακον·

Vers. 46. « Sed non prius quod spirituale est, sed quod animale : deinde quod spirituale. » Propter animalis enim imbecillitatem, spirituale medicamentum comparatum est :

μζ'. « Ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς, χοϊκός· ὁ D δεύτερος ἄνθρωπος, ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ. » Τὴν δευτέραν αὐτοῦ δεδήλωκεν ἐπιφάνειαν· ἐκεῖθεν γὰρ ἡμῖν ἐπιφανήσεται.

Vers. 47. « Primus homo de terra, terrenus : secundus homo, Dominus de cœlo. » Secundum ejus adventum significavit : illinc enim nobis apparebit.

μη', μθ'. « Οἷος ὁ χοϊκὸς, τοιοῦτοι καὶ οἱ χοϊκοί· καὶ οἷος ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι. Καὶ καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοικοῦ, φορέσομεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου. » Ὥσπερ τῆς τοῦ χοϊκοῦ προπάτορος ἀρᾶς μετεσχήκαμεν, καὶ τοῦ θανάτου κεκοινωνήκαμεν, οὕτω τῆς τοῦ ἐπουρανίου Δε-

Vers. 48, 49. « Qualis terrenus, tales et terreni : et qualis cœlestis, tales et cœlestes. Et sicut portavimus imaginem terreni, portabimus et imaginem cœlestis. » Quemadmodum terreni primi parentis exsecrationis et mortis participes fuimus, ita etiam gloriæ Domini cœlestis erimus participes.

[u] Joan. xiv, 2.

VARIÆ LECTIONES.

[46] ἐκλάμπουσι. B.

Digitized by Google

Portabimus enim prædicendo dixit, non adhortando *portemus*.

VERS. 50. « Hoc autem dico, fratres, quoniam caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt. » *Carnem* et *sanguinem* mortalem naturam appellat. Fieri autem non potest ut, dum adhuc est mortalis, regnum cœleste assequatur. Hoc enim subjunxit : « Neque corruptio incorruptelam possidebit. » Sed clarum est fore ut, cum a corruptione libera effecta fuerit, promissis bonis fruatur.

VERS. 51. « Ecce mysterium vobis dico. » **280** Mysterium dicitur, quod non omnibus declaratur, sed solis amicis creditur. Eos ergo consolatur, quæ sunt occulta declarans. « Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. » Non solum enim qui mortui sunt resurgent incorruptibiles, sed ii etiam qui superstites induentur incorruptione.

VERS. 52. « In atomo, in ictu oculi. » Ostendit quam subito futura sit resurrectio. *Atomum* autem vocat corpus tenuissimum, quod in sole apparet, quod sectionem non suscipit propter nimiam parvitatem. *Ictum* autem *oculi* vocat motum pupillæ. Per hæc autem Dei potentiam ostendit. Nam ne momentum quidem temporis intercedit inter Dei jussum et resurrectionem mortuorum. « In novissima tuba. » Hoc autem erit, inquit, quando ultima tuba canet. « Canet enim tuba, et mortui surgent incorrupti : et nos immutabimur. » *Nos* de seipso non dixit, sed de hominibus qui illo tempore adhuc supererunt.

VERS. 53. « Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem. » Aperte docuit non aliud resurgere, sed id ipsum quod corrumpitur. Tanquam enim digito quodam his verbis id ostendit, dicens *corruptibile hoc*, et *mortale hoc*.

VERS. 54, 55. « Cum autem corruptibile hoc induerit incorruptionem, et mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est : Absorpta est mors in victoria. Ubi est, mors, stimulus tuus? ubi est, inferne, victoria tua? » Tanquam res ipsas contemplans divinus Apostolus, et Domini victoriam cernens et mortuorum resurrectionem, velut pæana adversus hostes canens, **281** propheticum canticum usurpavit.

VERS. 56. « Stimulus autem mortis peccatum est. » Id enim naturam morti tradidit. « Virtus vero peccati lex. » Peccatum enim non imputaretur, si lex non esset.

VERS. 57. « Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum. » Apposite sermonem de resurrectione hymno conclusit.

σπότου μεθέξομεν δόξης. Τὸ γὰρ *φορέσομεν* προρρητικῶς, οὐ παραινετικῶς εἴρηκε

ν'. « Τοῦτο δέ φημι, ἀδελφοί, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύναται. » *Σάρκα* καὶ *αἷμα* τὴν θνητὴν φύσιν καλεῖ· ἀδύνατον δὲ ταύτην ἔτι θνητὴν οὖσαν τῆς ἐπουρανίου βασιλείας τυχεῖν. Τοῦτο γὰρ ἐπήγαγεν· « Οὐδὲ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομεῖ. » Ἀλλὰ δῆλον ὅτι ἄφθαρτος γενομένη, τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν ἀπολαύσει.

να'. « Ἰδοὺ μυστήριον ὑμῖν λέγω. » Μυστήριον λέγεται, τὸ μὴ πᾶσι δηλούμενον, ἀλλὰ μόνοις τοῖς φίλοις θαῤῥούμενον. Ψυχαγωγεῖ τοίνυν αὐτοὺς τὰ κεκρυμμένα δηλῶν. « Πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα. » Οὐ γὰρ μόνον οἱ τετελευτηκότες ἀναστήσονται ἄφθαρτοι, ἀλλὰ καὶ οἱ ἔτι περιόντες, τὴν ἀφθαρσίαν ἐνδύσονται.

νβ'. « Ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ. » Τὸ σύντομον τῆς ἀναστάσεως ἔδειξεν. Ἄτομον δὲ καλεῖ τὸ λεπτότατον σῶμα τὸ ἐν τῷ ἡλίῳ φαινόμενον, ὃ τομὴν οὐ δέχεται διὰ τὴν ἄγαν σμικρότητα· *ῥιπὴν* δὲ ὀφθαλμοῦ κέκληκε τῆς κόρης τὴν κίνησιν. Διὰ τούτων δὲ τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν ἔδειξεν. Οὐδὲ γὰρ τὸ ἀκαριαῖον ἀναλίσκεται μεταξὺ τῆς τοῦ Θεοῦ κελεύσεως, καὶ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως. « Ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι. » Ἔσται δὲ τοῦτο, φησὶν, ὅταν ἡ τελευταία σάλπιγξ ἠχήσει. « Σαλπίσει γὰρ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται ἄφθαρτοι, καὶ ἡμεῖς ἀλλαγησόμεθα. » Ἡμεῖς οὐ περὶ ἑαυτοῦ εἴρηκεν, ἀλλὰ περὶ τῶν κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἔτι περιόντων ἀνθρώπων.

νγ'. « Δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν. » Σαφῶς ἐδίδαξεν ὡς οὐχ ἕτερον ἀνίσταται, ἀλλ' αὐτὸ τὸ φθειρόμενον. Οἷον γάρ τινι δακτύλῳ τῷ λόγῳ τούτῳ αὐτὸ ὑπέδειξε, λέγων τὸ *φθαρτὸν τοῦτο*, καὶ τὸ *θνητὸν τοῦτο*.

νδ', νε'. « Ὅταν δὲ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀθανασίαν, τότε γενήσεται ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος· Κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος. Ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; ποῦ σου, ᾅδη, τὸ νῖκος; » Ὥσπερ αὐτὰ θεωρῶν τὰ πράγματα ὁ θεῖος Ἀπόστολος, καὶ τοῦ Δεσπότου τὴν νίκην ὁρῶν, καὶ τῶν νεκρῶν τὴν ἀνάστασιν, οἱονεὶ παιανίζων κατὰ τῶν πολεμίων τὴν προφητικὴν εἶπεν ᾠδήν.

νς'. « Τὸ δὲ κέντρον τοῦ θανάτου ἡ ἁμαρτία. » Αὕτη γὰρ τῷ θανάτῳ τὴν φύσιν παραδέδωκεν. « Ἡ δὲ δύναμις τῆς ἁμαρτίας ὁ νόμος. » Ἁμαρτία γὰρ οὐκ ἐλλόγηται μὴ ὄντος νόμου.

νζ'. « Τῷ δὲ Θεῷ χάριν[66], τῷ διδόντι ἡμῖν τὸ νῖκος διὰ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Ἀναγκαίως εἰς ὕμνον τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως συνεπέρανε λόγον.

VARIÆ LECTIONES.

[66] χάρις. B.

Digitized by Google

νη'. « Ὥστε, ἀδελφοί μου ἀγαπητοί, ἑδραῖοι γίνεσθε, ἀμετακίνητοι. » Ὡς σαλευομένοις ταῦτα παρεγγυᾷ. « Περισσεύοντες ἐν τῷ ἔργῳ τοῦ Κυρίου πάντοτε. » Φιλοπόνως τὸν πλοῦτον εὐσεβείας συλλέγετε. « Εἰδότες ὅτι ὁ κόπος ὑμῶν οὐκ ἔστι κενὸς ἐν Κυρίῳ. » Δίκαιος γὰρ ὁ κριτὴς καὶ τοὺς στεφάνους ὑφαίνει τοῖς ἀθληταῖς, καὶ τοῖς ἐργάταις τὸν μισθὸν ἀποδώσει. Οὕτω ταῦτα παραινέσας, τῆς θεραπείας τῶν ἁγίων φροντίσαι παρακαλεῖ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙϚ'.

α'. « Περὶ δὲ τῆς λογίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους, ὥσπερ διέταξα ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας, οὕτω καὶ ὑμεῖς ποιήσατε. » Λογίαν τὴν συλλογὴν τῶν χρημάτων καλεῖ· οὐχ ἁπλῶς δὲ τῶν Γαλατῶν ἐμνημόνευσεν, ἀλλὰ σημαίνων ὡς καὶ ἐκείνοις τοῦτο ποιῆσαι παρεκαλέσατο.

β'. « Κατὰ μίαν Σαββάτων ἕκαστος ὑμῶν παρ' ἑαυτῷ τιθέτω, θησαυρίζων ὅτι ἂν εὐοδῶται. » Τῇ γνώμῃ τὸ ποσὸν ἐπιτρέπει, διδάσκων ὡς ταῖς τὰ βέλτιστα προαιρουμέναις ψυχαῖς συνεργεῖ ὁ Θεός. Τοῦτο γὰρ εἶπεν, *ὅτι ἂν εὐοδῶται*. Κατάλληλος δὲ τῷ ἔργῳ καὶ ἡ Δεσποτικὴ ἡμέρα τῇ ἀναστάσει τετιμημένη.

« Ἵνα μὴ ὅταν ἔλθω τότε λογίαι γίνωνται. (γ', δ'.) Ὅταν δὲ παραγένωμαι, οὓς ἐὰν δοκιμάσητε δι' ἐπιστολῶν, πέμψω[47] ἀπενεγκεῖν τὴν χάριν ὑμῶν εἰς Ἱερουσαλήμ. Ἐὰν δὲ ᾖ ἄξιον τοῦ κἀμὲ πορεύεσθαι, σὺν ἐμοὶ πορεύσονται. » Οὐ γὰρ πρέπον ἐμοῦ παρόντος τὴν τῶν χρημάτων γίνεσθαι συλλογήν· ἐμὲ γὰρ προσήκει ταῦτα πέμψαι τοῖς ἁγίοις δι' ὧν ὑμεῖς δοκιμάτητε. Εἰ δὲ φιλότιμον ἴδοιμι τὴν χορηγίαν γεγενημένην, καὶ αὐτὸς κοινωνήσω τῆς ὑπουργίας. Οὐ γὰρ εἶπεν ὅτι Ταῦτα κομιῶ, ἀλλὰ, *σὺν ἐμοὶ πορεύσονται*. Ὁ γὰρ τοῖς ἄλλοις παραινεῖ πρῶτος ποιεῖ, καὶ ἀπρόσκοπος γίνεται καὶ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι, καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ. Σημαίνει δὲ αὐτοῖς καὶ τὸν τῆς παρουσίας καιρόν.

ε'. « Ἐλεύσομαι δὲ πρὸς ὑμᾶς, ὅταν Μακεδονίαν διέλθω. » Καὶ ἵνα μὴ ἀσχάλωσιν ὡς Μακεδόνων προτιμωμένων, ἐπήγαγε·

« Μακεδονίαν γὰρ διέρχομαι. (ς', ζ'.) Πρὸς ὑμᾶς δὲ τυχὸν παραμενῶ, ἢ καὶ παραχειμάσω, ἵνα ὑμεῖς με προπέμψητε, οὗ ἐὰν πορεύωμαι. Οὐ θέλω γὰρ ὑμᾶς ἄρτι ἐν παρόδῳ ἰδεῖν. Ἐλπίζω δὲ χρόνον τινὰ ἐπιμεῖναι πρὸς ὑμᾶς, ἐὰν ὁ Κύριος ἐπιτρέπῃ. » Οὐδὲν γὰρ ποιεῖν δίχα τοῦ θείου νεύματος βούλεται, ἀλλ' ὑπ' ἐκείνης θέλει τῆς δεξιᾶς κυβερνᾶσθαι. Ἱκανῶς μέντοι αὐτοὺς διὰ τῶν εἰρημένων ἐψυχαγώγησε, χρόνον τινὰ συνδιατρῖψειν αὐτοῖς ὑποσχόμενος· διδάσκει δὲ καὶ τίνος ἕνεκεν οὐκ εὐθὺς παραγίνεται.

η', θ'. « Ἐπιμενῶ δὲ ἐν Ἐφέσῳ ἕως τῆς Πεντηκοστῆς. Θύρα γάρ μοι ἀνέῳγε μεγάλη καὶ ἐνεργής, καὶ ἀντικείμενοι[48] πολλοί. » Πολλοὶ γὰρ οἱ τῷ κηρύγματι προσιόντες, πολλοὶ δὲ καὶ οἱ ἀντιτείνοντες,

Vers. 58. « Itaque, fratres mei dilecti, stabiles estote et immobiles. » Tanquam labantibus hæc præcipit. « Abundantes in opere Domini semper. » Diligenter pietatis divitias colligite. « Scientes quod labor vester non est inanis in Domino. » Justus enim judex et coronas texit athletis, et mercedem reddet operariis. Cum hæc ita admonuisset, hortatur ad curam sanctorum agendam.

CAPUT XVI.

Vers. 1. « De collectis autem quæ fiunt in sanctos, sicut ordinavi ecclesiis Galatiæ, ita et vos facite. » *Logiam* appellat collectam pecuniarum. Galatarum autem non abs re meminit, sed significans quod illis etiam præcepit hoc facere.

Vers. 2. « Per unam Sabbati unusquisque vestrum apud se seponat, recondens quod ei bene placuerit. » Eorum arbitrio quantitatem permittit, docens quod animas, quæ ea quæ sunt optima eligunt, Deus adjuvet. Hoc enim dixit, *quod ei bene placuerit*. Conveniens autem facto dies quoque Dominicus, qui est resurrectione honoratus.

« Ut non cum venero tunc collectæ nant. (Vers. 3, 4.) Cum autem præsens fuero, quos **282** probaveritis per epistolas, hos mittam perferre gratiam vestram in Hierusalem. Quod si dignum fuerit ut et ego eam, mecum ibunt. » Non est enim decorum me præsente fieri pecuniarum collectionem : me enim convenit eas ad sanctos mittere per eos quos ipsi probaveritis. Quod si liberalem videro fuisse largitionem, ipse quoque ero ministerii particeps. Non dixit enim, has feram, sed, *mecum ibunt*. Quod enim aliis præcipit primus facit, et sine offensione fit et Judæis, et Græcis, et Ecclesiæ Dei. Significat autem eis etiam tempus adventus.

Vers. 5. « Veniam autem ad vos, cum Macedoniam pertransiero. » Et ne ægre ferrent quod præferrentur Macedones, subjunxit :

« Nam Macedoniam pertransibo. (Vers. 6, 7.) Apud vos autem forsitan manebo, vel etiam hiemabo, ut vos me deducatis quocunque iero. Nolo enim vos modo in transitu videre Spero enim aliquantulum temporis manere apud vos, si Dominus permiserit. » Nihil enim absque divino nutu vult facere, sed vult ab illa dextra gubernari. Abunde autem illos his verbis consolatus est, promittens se aliquo tempore apud eos versaturum. Docet præterea qua de causa non statim ad eos accedat.

Vers. 8, 9. « Permanebo autem Ephesi usque ad Pentecosten. Ostium enim mihi apertum est magnum et evidens, et adversarii multi. » Multi enim sunt qui ad prædicationem accedunt : multi

VARIÆ LECTIONES.

[47] τούτους πέμψω habebat supra in præf. ad epp. Pauli p. 4. Sirm. [48] οἱ ἀντικ. habet in præf. ad epist. Pauli p. 5. Sirmondi, quod cum interpretatione ejus magis consentit.

Digitized by Google

autem etiam qui resistunt, et eorum salutem conantur **283** impedire.

VERS. 10. « Si autem venerit Timotheus, videte ut sine timore sit apud vos. » Hoc est, suscipite, observate, fovete, nullam sentiat apud vos molestiam. « Opus enim Domini operatur sicut et ego. » Sufficiens testimonium quod vel ignavum excitet ad observandum discipulum.

VERS. 11. « Ne quis ergo illum spernat. » Ne juvenilem ætatem respicite, sed apostolicos ab eo susceptos labores considerate. « Deducite autem illum in pace, ut veniat ad me : exspecto enim illum cum fratribus. » Et hæc rursus adjecit, ad discipuli curam eos excitans; quasi dicat : Ad me veniet, et mihi omnia de vobis significabit.

VERS. 12. « De Apollonio autem fratre, multum rogavi eum ut veniret ad vos cum fratribus : et utique non fuit voluntas ejus ut nunc veniret. » Et eximius erat Apollonius, et eis familiaris. Eos ergo consolatur, docens se eum hortatum esse ut veniret. Non adjecit autem eum recusasse, sed Dei providentiæ totum permisit. « Veniet autem cum ei vacuum fuerit. » Spe eos consolatus est.

VERS. 13, 14. « Vigilate, state in fide, viriliter agite, et confortamini. Omnia vestra in charitate fiant. » *Vigilate* posuit propter deceptores. *State* autem, et *viriliter agite*, et *estote fortes*, propter apertos hostes. Pii enim persecutionem patiebantur ab impiis. Illud autem, *Omnia vestra in charitate fiant*, propter eos qui corpus Ecclesiæ diviserant, et ambitionis morbo laborabant, et eos qui immolatorum erant participes, aliosque qui offendebantur negligebant.

VERS. 15, 16. « Obsecro autem **284** vos, fratres, nostis domum Stephanæ et Fortunati, quoniam sunt primitiæ Achaiæ in Christum, et in ministerium sanctorum ordinaverunt seipsos : ut et vos subditi sitis ejusmodi, et omni cooperanti et laboranti. » Duas laudes eis tribuit, et quod primi salutarem prædicationem acceperint, et quod sanctis domum aperientes, omni eos officio colant : quamobrem et ipsos, et eos quorum simile est studium, omni apud ipsos honore frui præcipit.

VERS. 17, 18. « Gaudeo autem in præsentia Stephanæ et Fortunati et Achaici : quoniam id quod vobis deerat ipsi suppleverunt. Refecerunt enim et meum spiritum et vestrum. Cognoscite ergo qui hujusmodi sunt » Per hos scripserant Corinthii, et apostolum interrogarant de iis qui matrimonium contraxerunt. Per eos hanc quoque misit epistolam. Non enim, ut quidam existimarunt, beatus Timotheus litteras tulit : sed ad eos quidem

καὶ ἐμποδῶν γίνεσθαι τῇ τούτων σωτηρίᾳ πειρώμενοι.

ι'. « Ἐὰν δὲ ἔλθῃ Τιμόθεος, βλέπετε ἵνα ἀφόβως γένηται πρὸς ὑμᾶς. » Ἀντὶ τοῦ, Δέξασθε, θεραπεύσατε, μηδενὸς λυπηροῦ πειρασθήτω. « Τὸ γὰρ ἔργον Κυρίου ἐργάζεται ὡς κἀγώ. » Ἀρκοῦσα ἡ μαρτυρία καὶ τὸν ῥᾳθυμον εἰς θεραπείαν διεγεῖραι τοῦ μαθητοῦ.

ια'. « Μή τις οὖν αὐτὸν ἐξουδενήσῃ. » Μὴ εἰς τὸ νέον τῆς ἡλικίας ἀπίδητε, ἀλλὰ τοὺς ἀποστολικοὺς ἐν αὐτῷ θεωρήσατε πόνους. « Προπέμψατε δὲ αὐτὸν ἐν εἰρήνῃ, ἵνα ἔλθῃ πρός με · ἐκδέχομαι γὰρ αὐτὸν μετὰ τῶν ἀδελφῶν. » Καὶ πάλιν ταῦτα προστέθεικεν, εἰς τὴν τοῦ μαθητοῦ θεραπείαν αὐτοὺς διεγείρων · ἀντὶ τοῦ · Πρὸς ἐμὲ ἥξει, καὶ μηνύσει μοι τὰ ὑμέτερα πάντα.

ιβ'. « Περὶ δὲ Ἀπολλὼ τοῦ ἀδελφοῦ, πολλὰ παρεκάλεσα αὐτὸν ἵνα ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς μετὰ τῶν ἀδελφῶν · καὶ πάντως οὐκ ἦν θέλημα ἵνα νῦν ἔλθῃ [49]. » Καὶ ἐλλόγιμος ἦν ὁ Ἀπολλὼ, καὶ συνήθης αὐτοῖς · θεραπεύει τοίνυν αὐτοὺς, διδάσκων ὡς προέτρεψεν αὐτὸν παραγενέσθαι. Οὐ προστέθεικε δὲ ὅτι αὐτὸς παρῃτήσατο, ἀλλὰ τῇ τοῦ Θεοῦ προνοίᾳ τὸ πᾶν ἀνέθηκεν. « Ἐλεύσεται δὲ ὅταν εὐκαιρήσῃ. » Παρεμυθήσατο τῇ ἐλπίδι.

ιγ', ιδ'. « Γρηγορεῖτε, στήκετε ἐν τῇ πίστει, ἀνδρίζεσθε, κραταιοῦσθε. Πάντα ὑμῶν ἐν ἀγάπῃ γινέσθω. » Τὸ, *γρηγορεῖτε*, διὰ τοὺς ἀπατεῶνας τέθεικε · τὸ δὲ, *στήκετε* καὶ *ἀνδρίζεσθε* καὶ *κραταιοῦσθε*, διὰ τοὺς προφανεῖς πολεμίους · ἐδιώκοντο γὰρ παρὰ τῶν δυσσεβούντων οἱ εὐσεβεῖς. Τὸ δὲ, *πάντα ὑμῶν ἐν ἀγάπῃ γινέσθω*, πρὸς τοὺς διελόντας τῆς Ἐκκλησίας τὸ σῶμα, καὶ τῆς φιλαρχίας δεξαμένους τὸ πάθος, καὶ τοὺς τῶν εἰδωλοθύτων μεταλαγχάνοντας, καὶ τῶν σκανδαλιζομένων καταφρονοῦντας.

ιε', ις'. « Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί · οἴδατε τὴν οἰκίαν Στεφανᾶ καὶ Φουρτουνάτου, ὅτι ἐστὶν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας εἰς Χριστὸν, καὶ εἰς διακονίαν τοῖς ἁγίοις ἔταξαν ἑαυτούς · ἵνα καὶ ὑμεῖς ὑποτάσσησθε τοῖς τοιούτοις, καὶ παντὶ τῷ συνεργοῦντι, καὶ κοπιῶντι. » Δύο τέθεικεν ἐπαίνους, καὶ ὅτι πρῶτοι τὸ σωτήριον ἐδέξαντο κήρυγμα, καὶ ὅτι τὴν οἰκίαν τοῖς ἁγίοις ἀναπετάσαντες, πᾶσαν αὐτοῖς θεραπείαν προσφέρουσιν · οὗ δὴ χάριν καὶ τούτους, καὶ τοὺς τὰ ὅμοια προαιρουμένους, πάσης τιμῆς ἀπολαύειν παρακελεύεται.

ιζ', ιη'. « Χαίρω δὲ ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ Στεφανᾶ καὶ Φουρτουνάτου καὶ Ἀχαϊκοῦ, ὅτι τὸ ὑμῶν ὑστέρημα οὗτοι ἀνεπλήρωσαν. Ἀνέπαυσαν γὰρ τὸ ἐμὸν πνεῦμα καὶ τὸ ὑμῶν. Ἐπιγινώσκετε οὖν τοὺς τοιούτους. » Διὰ τούτων ἔγραψαν οἱ Κορίνθιοι, καὶ τὸν Ἀπόστολον ἐπηρώτησαν περὶ τῶν γεγαμηκότων. Διὰ τούτων καὶ αὐτὸς ἀπέστειλε τὴν ἐπιστολήν. Οὐ γὰρ, ὥς τινες ὑπέλαβον, ὁ μακάριος Τιμόθεος τοῖς γράμμασι διηκόνησεν · ἀλλ' ἀπεστάλη μὲν πρὸς

VARIÆ LECTIONES.

[49] συνέλθῃ. B.

Digitized by Google

αὐτοὺς, εἰκὸς δὲ ὅτι χρείαν ἑτέραν ἐν ἄλλῃ πόλει πληρώσας, οὕτω πρὸς αὐτοὺς παρεγένετο· τοῦτο γὰρ αἰνίττεται τὰ περὶ αὐτοῦ γεγραμμένα· *Ἐὰν γὰρ ἔλθῃ*, φησὶ, *Τιμόθεος, βλέπετε ἵνα ἀφόβως γένηται πρὸς ὑμᾶς*. Σπουδαιότερον δὲ τούτους συνέστησεν, ἵνα μὴ τοπάσαντες αὐτοὺς αὐτῶν γεγενῆσθαι κατηγόρους λύπης πειραθῶσιν.

ιθ'. « Ἀσπάζονται ὑμᾶς αἱ Ἐκκλησίαι τῆς Ἀσίας. » Καὶ τοῦτο εἰς ὠφέλειαν προστέθεικε, δεικνὺς τὸν τοῦ κηρύγματος δρόμον. « Ἀσπάζονται ὑμᾶς ἐν Κυρίῳ πολλὰ Ἀκύλας καὶ Πρίσκιλλα, σὺν τῇ κατ' οἶκον αὐτῶν ἐκκλησίᾳ. » Τούτοις συνῴκησεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος· ἦσαν γὰρ καὶ αὐτοὶ σκηνοποιοὶ τὴν τέχνην. Καὶ οὗτοι διὰ πολλὴν ἀρετὴν καὶ τὴν οἰκίαν ἐκκλησίαν ἀπέφηναν, μόνα τὰ τῇ ἐκκλησίᾳ πρέποντα ποιεῖν προελόμενοι.

κ'. « Ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἀδελφοὶ πάντες. Ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ. » Ἐξήλασε τὴν διάστασιν, καὶ διὰ τοῦ ἁγίου φιλήματος ἀλλήλους συνέδησεν.

κα'. « Ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου. » Ἐγὼ, φησὶ, ὑπηγόρευσα τὴν ἐπιστολὴν, τὸν δὲ ἀσπασμὸν προστέθεικα τῇ χειρὶ, διὰ τούτων δηλῶν τῶν γραμμάτων, ὡς ἐμὰ πάντα τὰ γεγραμμένα. « Εἴ τις οὐ φιλεῖ τὸν Κύριον Ἰησοῦν[80], ἤτω ἀνάθεμα. » Ἀλλότριος ἔστω τοῦ κοινοῦ σώματος τῆς Ἐκκλησίας ὁ μὴ θερμὸν ἔχων τὸ φίλτρον περὶ τὸν Δεσπότην Χριστόν. Καὶ διὰ τούτου δὲ τοῖς ἤδη κατηγορηθεῖσι δέος ἐνέθηκε. Καὶ οἱ μὲν σωμάτων ἐρῶντες οὐδένα τοῦ ἔρωτος κοινωνὸν ἔχειν ἐθέλουσιν· ὁ δὲ θεῖος Ἀπόστολος πάντας ἀνθρώπους συνεραστὰς ἔχειν πόθεῖ, καὶ τοὺς οὐ τοιούτους τῆς Ἐκκλησίας ἐκτέμνει. « Μαραναθά. » Τοῦτο οὐ τῆς ἑβραΐδος[81], ὥς τινες ὑπέλαβον, ἀλλὰ τῆς Σύρων ἐστὶ φωνῆς· ἑρμηνεύεται δὲ, *ὁ Κύριος ἦλθε*. Τέθεικε δὲ αὐτὸ[82], τῶν εὐγλωττίᾳ λαμπρυνομένων Κορινθίων[83] τὴν ὀφρὺν καταστέλλων, καὶ διδάσκων ὡς οὐ παιδεύσεως, ἀλλὰ πίστεως, χρεία[84].

κβ', κγ'. « Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ μεθ' ὑμῶν. Ἡ ἀγάπη μου μετὰ πάντων ὑμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἀμήν. » Τοῦ μὲν Κυρίου Ἰησοῦ τὴν χάριν αὐτοῖς συνήθως ἐπηύξατο· τὴν δὲ ἑαυτοῦ ἀγάπην οὐχ ἁπλῶς προστέθεικεν, ἀλλὰ διδάσκων ὡς, ὑπὸ τῆς περὶ αὐτοὺς ἀγάπης κινούμενος, αὐστηροτέροις ἐχρήσατο λόγοις, πατρὸς φιλοστοργίαν μιμούμενος, καὶ τῆς αὐτῶν ἐφιέμενος σωτηρίας. Ἡμεῖς δὲ τὴν ἐντεῦθεν ὠφέλειαν δρεψώμεθα, καὶ τὸν ἀγαπήσαντα Δεσπότην φιλήσωμεν, ἵνα μὴ τῆς ἀποστολικῆς ἀρᾶς μεταλάχωμεν, ἀλλὰ τῶν ἀποστολικῶν ἀξιωθῶμεν σκηνῶν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ σὺν τῷ παναγίῳ Πνεύματι, τιμὴ καὶ

missus est, verisimile est autem quod, munere aliquo in alia * civitate perfunctus, sic ad ipsos accessit. Hoc enim significant quæ de eo scripta sunt: *Si autem venerit Timotheus, videte ut sine timore sit apud vos.* Hos autem ideo diligentius commendavit, ne conjicientes eos fuisse eorum accusatores, molestia aliqua afficerent.

Vers. 19. « Salutant vos Ecclesiæ Asiæ. » Hoc etiam adjecit utilitatis gratia, ostendens cursum prædicationis. « Salutant vos in Domino multum Aquila et Priscilla, cum domestica sua ecclesia. » Cum his habitavit divinus Paulus: erant quippe ipsi etiam tabernaculorum opifices. Hi autem propter maximam virtutem etiam domum suam **285** ecclesiam effecerunt, ea sola quæ ecclesiam decerent facere contendentes

Vers. 20. « Salutant vos omnes fratres. Salutate invicem in osculo sancto. » Dissensionem expulit, eosque per osculum sanctum invicem colligavit.

Vers. 21. « Salutatio manu mea Pauli. » Ego, inquit, dictavi epistolam, salutationem autem manu mea adjeci, per has litteras ostendens omnia mea esse quæ scripta sunt. « Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, sit anathema. » Sit alienus a communi corpore Ecclesiæ, qui Christum Dominum ardenti timore non prosequitur. Per hoc autem iis qui accusati fuerant metum incutit. Et quidem qui amant, nullum volunt habere amoris socium: divinus autem Apostolus omnes in amore socios habere desiderat, et qui tales non sunt ab Ecclesia resecat. *Maranatha.* Hoc vocabulum non est Hebrææ linguæ, ut quidam putaverunt, sed Syriacæ. Exponitur autem, *venit Dominus.* Id autem posuit, Corinthiorum se de eloquentia jactantium supercilium deprimens, et docens non esse opus doctrina, sed fide.

Vers. 22, 23. « Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum. Charitas mea cum omnibus vobis in Christo Jesu. Amen. » Domini quidem Jesu gratiam eis de more precatus est. Suam autem dilectionem non abs re adjecit, sed docens se ab amore in ipsos incitatum, verbis usum esse paulo acerbioribus, patris benevolentiam imitando, et **286** eorum salutem desiderando. * Nos autem utilitatem hinc colligamus, et eum qui Dominum amavit amemus, ne simus apostolicæ exsecrationis participes, sed digni apostolicis habeamur tabernaculis, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri, una cum sanctissimo Spiritu, honor et

VARIÆ LECTIONES.

[80] τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησ. Χριστόν. Ita Noster ad Rom. IX, 3. [81] Ἑβραίων habet B et Theodoret. ap. Œc. (quanquam ibi huic interpretationi perperam appositum legitur ipsius Œcumenii nomen), omninoque sic apud Œcumenium legitur: τοῦτο οὐ τῆς Ἑβραίων τινὲς ὑπέλαβον, ἀλλὰ τ. Σ. εἶναι. [84] Œc. τὴν λέξιν. [83] Œc. τῶν ἐπὶ εὐγλωττίᾳ σεμνυνομένων Κορ., κ. τ. ἑξ. [84] Œc. αὐτοῖς χρ.

Digitized by Google

gloria, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Epistola ad Corinthios prima scripta est Philippis per Stephanam et Fortunatum et Achaicum.

A μεγαλοπρέπεια, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Ἡ πρὸς Κορινθίους πρώτη ἐπιστολὴ ἐγράφη ἀπὸ Φιλίππων διὰ Στεφανᾶ καὶ Φουρτουνάτου καὶ Ἀχαϊκοῦ [55].

VARIÆ LECTIONES.

[55] Non Theodoreti esse hanc subscriptionem vel hoc docet, quod hic dicatur hæc epistola Philippis scripta, quam Theodoretus perspicue Ephesi scriptam dicit in argumento posterioris epistolæ ad Corinthios et in Præfatione ad Pauli Epistolas p. 3.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΤΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ.

BEATI THEODORETI

EPISCOPI CYRENSIS

INTERPRETATIO SECUNDÆ EPISTOLÆ AD CORINTHIOS.

ARGUMENTUM.

Magnum quidem emolumentum ex priore Epistola ceperunt Corinthii : eorum porro utilitatem auxerunt viri omni ex parte optimi et admirabiles, primus quidem Timotheus, post hunc autem Titus. Ambo enim ad eos missi sunt. Sed quidam rursus ex Judæis qui crediderant, dum legalem vitæ institutionem amplectuntur, **288** undique circumcursantes, apostolicam doctrinam criminabantur, apostatam et legis violatorem divinum Paulum appellantes, et legem servare omnibus præcipientes. Id ipsum autem etiam Corinthi egerant. Scribit ergo divinus Apostolus, qui jam in Macedoniam venerat, ut erat pollicitus : et primum quidem se excusat quod nondum ad eos venerit : non quod promissum non fecisset : promiserat enim se prius visurum Macedonas, deinde ad eos venturum. Ita autem dixit in priori : « Veniam autem ad vos, cum Macedoniam pertransiero : nam Macedoniam pertransibo : apud vos autem forsitan manebo, vel etiam hiemabo, ut vos me deducatis, quocunque iero [a]. » Non hoc ergo fecit præter promissum. Sed cum Ephesi diutius esset moratus, eos moræ suæ causas docet. Ei quoque veniam indulget qui flagitium illud admiserat. Deinde Veterem Scripturam cum Nova comparat, non illam vilipendens, sed hanc esse præstantiorem ostendens. Post hæc suos labores enumerat, non honoris quidem cupiditati serviens, sed eos qui illos decipiebant mendacii coarguens. Adhortatur etiam ut sanctorum curam gerant, Macedonum mentione illos incitans ad liberalem suppe-

[a] I Cor. xvi, 5, 6.

B

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Πολλὴν μὲν ἐκ τῆς προτέρας Ἐπιστολῆς οἱ Κορίνθιοι ὄνησιν ἐκαρπώσαντο· ηὔξησαν δὲ αὐτῶν τὴν ὠφέλειαν καὶ οἱ πάντα ἄριστοι καὶ ἀξιάγαστοι, πρῶτος μὲν Τιμόθεος, μετὰ δὲ τοῦτον ὁ Τίτος. Ἀμφότεροι γὰρ πρὸς αὐτοὺς ἀπεστάλησαν. Ἀλλὰ πάλιν τινὲς τῶν ἐξ Ἰουδαίων πεπιστευκότων, τὴν νομικὴν ἀσπαζόμενοι πολιτείαν, πάντοσε περινοστοῦντες, τὴν ἀποστολικὴν διδασκαλίαν διέβαλλον, ἀποστάτην καὶ παράνομον τὸν θεσπέσιον Παῦλον ἀποκαλοῦντες, καὶ φυλάττειν ἅπασι τὸν νόμον παρεγγυῶντες· ταὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ἐν Κορίνθῳ δεδράκασι. Γράφει τοίνυν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, ἤδη τὴν Μακεδονίαν κατειληφὼς κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν, καὶ πρῶτον μὲν ἀπολογίαν ὑφαίνει ὡς μηδέπω παραγενόμενος, οὐκ ἐπειδὴ τὴν ὑπόσχεσιν οὐκ ἐπέρανεν· ὑπέσχετο γὰρ πρῶτον μὲν Μακεδόνας ὁρᾷν, μετὰ δὲ ταῦτα πρὸς αὐτοὺς παραγίνεσθαι· ἔφη δὲ οὕτως ἐν τῇ προτέρᾳ· « Ἐλεύσομαι δὲ πρὸς ὑμᾶς, ὅταν Μακεδονίαν διέλθω· Μακεδονίαν γὰρ διέρχομαι· πρὸς ὑμᾶς δὲ τυχὸν παραμενῶ, ἢ παραχειμάσω, ἵνα ὑμεῖς με προπέμψητε οὗ ἐὰν πορεύσωμαι. » Οὐ τοίνυν παρὰ τὰς ὑποσχέσεις τι δέδρακεν. Ἀλλ' ἐν Ἐφέσῳ μελλήσας, τῆς βραδύτητος τὰς αἰτίας διδάσκει. Ἀξιοῖ δὲ φειδοῦς καὶ τὸν τὴν παρανομίαν ἐκείνην τολμήσαντα. Εἶτα συγκρίνει τὴν Παλαιὰν τῇ Καινῇ, οὐκ ἐκείνην ἀτιμάζων, ἀλλὰ ταύτην δεικνὺς ὑπερέχουσαν. Μετὰ ταῦτα τοὺς οἰκείους πόνους ἀναριθμεῖται οὐ φιλοτιμίας πάθει δουλεύων, ἀλλὰ τῶν ἐξαπατώντων διελέγχων τὸ ψεῦδος. Προτρέπει δὲ καὶ τῆς τῶν ἁγίων θεραπείας φροντίσαι, τῇ Μακεδόνων μνήμῃ παραθήγων εἰς φιλότιμον χορηγίαν. Τίθησι δὲ καὶ τὸν τῶν οἰκείων παθημάτων

Digitized by Google

κατάλογον, τοῦτον εἶναι χαρακτῆρα διδάσκων τῶν κηρύκων τῆς ἀληθείας. Αὕτη μὲν οὖν τῆς Ἐπιστολῆς ἡ ὑπόθεσις· τὸν δὲ νοῦν τῶν γεγραμμένων ἀκριβέστερον ἡ κατὰ μέρος ἑρμηνεία διδάξει.

ditationem. Recenset etiam suarum perpessionum indicem, docens hunc esse characterem eorum qui veritatem prædicant. Hoc est ergo argumentum Epistolæ. Eorum autem quæ in ea scripta sunt sententiam accuratius docebit singulorum interpretatio.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

α', β'. « Παῦλος ἀπόστολος Χριστοῦ Ἰησοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ, καὶ Τιμόθεος ὁ ἀδελφὸς, τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ, σὺν τοῖς ἁγίοις πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν ὅλῃ τῇ Ἀχαΐᾳ. Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Ἀμφότεροι μὲν πρὸς αὐτοὺς ἀπεστάλησαν, καὶ ὁ Τιμόθεος, καὶ ὁ Τίτος· ἀλλὰ τὸν μακάριον Τίτον οὐ συνέταξεν ἐν τοῖσδε τοῖς γράμμασιν, ἐπειδήπερ αὐτὸν ὥρισε τούτων γενέσθαι διάκονον· δι' αὐτοῦ γὰρ τήνδε πέπομφε τὴν Ἐπιστολήν. *Ἐκκλησίαν* δὲ αὐτοὺς ὀνομάζει *Θεοῦ*, εἰς ὁμόνοιαν πάλιν συνάπτων, καὶ τὸν Δεσπότην καὶ εὐεργέτην δεικνύς. Συνέταξε δὲ αὐτοῖς καὶ ἅπαντας τοὺς ἐν τῷ ἔθνει πεπιστευκότας, ἓν σῶμα πάντας ἀποφαίνων τοὺς τῆς σωτηρίας ἠξιωμένους.

γ'. « Εὐλογητὸς[1] ὁ Θεός. » Ἐνταῦθα στικτέον, « Καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Ἡμῶν γὰρ[2] Θεὸς, τοῦ δὲ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ[3] Πατήρ. Ταύτην τὴν διαίρεσιν καὶ ὁ Δεσπότης ἡμᾶς ἐδίδαξεν, καὶ ἐν τοῖς[4] ἱεροῖς Εὐαγγελίοις ἔφη· « Ἐξομολογοῦμαί σοι, Πάτερ, Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς· » σαφῶς διδάσκων ὡς αὐτοῦ μὲν ἔστι Πατὴρ, τῆς δὲ κτίσεως ποιητὴς καὶ Δεσπότης. « Ὁ Πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν, καὶ Θεὸς πάσης παρακλήσεως. » Ἀντὶ τοῦ, ὁ τοὺς οἰκτιρμοὺς πηγάζων, καὶ τὸν ἔλεον ἀναβλύζων, καὶ πατρικοῖς οἰκτιρμοῖς περὶ ἡμᾶς κεχρημένος.

δ'. « Ὁ παρακαλῶν ἡμᾶς ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει ἡμῶν, εἰς τὸ δύνασθαι ἡμᾶς παρακαλεῖν τοὺς ἐν πάσῃ θλίψει, διὰ τῆς παρακλήσεως, ἧς παρακαλούμεθα αὐτοὶ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. » Τοὺς συμβεβηκότας αὐτῷ διηγούμενος πειρασμοὺς, τὰ τῶν πειρασμῶν ἀλεξιφάρμακα πρότερα τέθεικε· καὶ δείκνυσι τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ἰσομέτρους τοῖς πειρασμοῖς τὰς παραμυθίας προσφέροντα. Οὕτω καὶ ὁ μακάριος ἔφη Δαβίδ· « Κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ὀδυνῶν μου ἐν τῇ καρδίᾳ μου αἱ παρακλήσεις σου εὔφραναν τὴν ψυχήν μου. » Συνήθως δὲ τῷ μετρίῳ κεχρημένος φρονήματι, οὐ δι' ἑαυτὸν, ἀλλὰ διὰ τοὺς λαοὺς ἔφη τῆς ψυχαγωγίας τυγχάνειν.

ε'. « Ὅτι καθὼς περισσεύει τὰ παθήματα τοῦ Χριστοῦ εἰς ἡμᾶς, οὕτω διὰ τοῦ Χριστοῦ περισσεύει καὶ ἡ παράκλησις ἡμῶν. » Καὶ ἐπὶ τῶν παθημάτων, καὶ ἐπὶ τῆς παρακλήσεως τὸ, *περισσεύει*, τέθεικε, δεικνὺς κἀκείνων καὶ ταύτης τὸ μέγεθος.

ς', ζ'. « Εἴτε δὲ θλιβόμεθα, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας, τῆς ἐνεργουμένης ἐν ὑπο-

289 CAPUT PRIMUM.

VERS. 1, 2. « Paulus apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, et Timotheus frater, Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, cum omnibus sanctis qui sunt in universa Achaia. Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo. » Ambo quidem ad ipsos missi sunt, et Timotheus et Titus : sed beatum Titum in his litteris non ascripsit, quia ad eas ferendas ejus ministerio uti constituerat : per eum enim misit hanc Epistolam. Eos autem *Dei Ecclesiam* nominat, rursus ad concordiam redigens, et Dominum ac benefactorem ostendens. Cum eis autem omnes eos etiam conjunxit, qui in ea gente crediderant, unum corpus omnium esse pronuntians, qui salute digni habiti fuerant.

VERS. 3. « Benedictus Deus. » Hic ponendum est incisum. « Et Pater Domini nostri Jesu Christi. » Est enim Deus noster, Domini autem nostri Jesu Christi Pater. Hanc distinctionem docuit nos etiam ipse Dominus, et in sacris Evangeliis dixit : « Confiteor tibi, Pater, Domine cœli et terræ[b] : » aperte docens eum quidem esse ipsius Patrem, creaturarum autem effectorem et Dominum. « Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis. » Hoc est, a quo miserationes tanquam a fonte profluunt, manatque misericordia, et qui paterna in nos commiseratione utitur.

VERS. 4. « Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra : ut possimus ipsi **290** consolari eos qui in omni pressura sunt, per exhortationem qua exhortamur ipsi a Deo. » Narrans adversa quæ ipsi evenerant, priore loco adversorum remedia posuit, et ostendit Deum universorum exhibere consolationes adversitatibus æquales. Ita etiam beatus ait David : « Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætitia affecerunt animam meam[c]. » More autem suo modestia usus, non propter se, sed propter populum dixit se consolatione potiri.

VERS. 5. « Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, ita et per Christum abundat consolatio nostra. » Et in passionibus, et in consolatione abundare posuit, ostendens et illarum et hujusce magnitudinem.

VERS. 6, 7. « Sive autem tribulamur, pro vestra exhortatione et salute, quæ operatur in tolerantia

[b] Luc. x, 21. [c] Psal. xciii (xciv), 19.

VARIÆ LECTIONES.

[1] Vers. 3-5, plane eodem modo leguntur ad Psal. cxv, 5, nisi quod v. 5, legitur : διὰ Χριστοῦ, sine articulo. [2] Apud Œcum. μὲν γὰρ. [3] Χριστοῦ, non est in Œc. [4] ἐν γὰρ τοῖς, etc. Œc.

Digitized by Google

earumdem passionum, quas et nos patimur. Et spes nostra firma est pro vobis; sive consolamur, pro vestra consolatione et salute: scientes quod sicut socii passionum estis, sic eritis et consolationis. » Vestra causa in omnis generis adversitates incidimus. Si enim salutarem prædicationem vobis afferre noluissemus, nemo eas quibus afficimur afflictiones intulisset. Sed quoniam vestræ salutis curam gerimus, ab adversariis quidem gravia et tristia perpetimur, a Domino autem Deo consolationem percipimus. Quare et hæc et illa nobis propter vos eveniunt. Utrorumque autem nobiscum estis participes, ut qui quæ nostra sunt, ea vestra esse ducatis.

Vers. 8. « Non enim volumus ignorare **291** vos, fratres, de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, quoniam supra modum gravati sumus supra virtutem, ita ut tæderet nos etiam vivere. » Multis exposuit periculi magnitudinem. Nam et *gravati sumus*, et *supra vires*, et *supra modum*, hoc significat, et præter ea illud, *ut tæderet nos vivere*. Hoc autem dicit: Tantum fuit periculum, ut in angustias redacti, de vita ipsa desperaremus. Existimo autem eum seditionem a Demetrio argentario excitatam significare.

Vers. 9. « Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo qui suscitavit mortuos. » Sed non permisit Dominus ut desperationis sententia effectum sortiretur: sed effecit ut minæ mortis non ultra nostram suspicionem procederent, ne nobis ipsis fidamus, sed ejus auxilium imploremus. *Responsum* autem *mortis* mortis sententiam vocavit. Valde autem apposite meminit resurrectionis mortuorum, docens perinde fuisse, a maximis illis periculis liberasse ac a mortuis suscitasse.

Vers. 10. « Qui de tantis periculis nos eripuit, et eruit. » Deinde tanquam futurorum pignus haberet ea quæ præcesserant, subjunxit: « In quem speramus quoniam et adhuc eripiet. » Et modestiam de more docens, infert:

Vers. 11. « Adjuvantibus et vobis in oratione pro nobis, ut ex multorum personis, ejus quæ in nobis est donationis per multos gratiæ agantur pro nobis. » Deum enim hoc fit, multi propter nos Deum laudabunt, videntes nos pericula adire, et ex eis divino auxilio evadere.

Vers. 12. « Nam **292** gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. » Nobis autem dicendi libertatem præbet testimonium conscientiæ. Et cujusmodi est hæc tua conscientia? « Quod in simplicitate cordis, et in sinceritate, non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conversati sumus in hoc mundo: abundantius autem ad

μονῇ τῶν αὐτῶν παθημάτων, ὧν καὶ ἡμεῖς πάσχομεν. Καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν βεβαία ὑπὲρ ὑμῶν· εἴτε παρακαλούμεθα, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας· εἰδότες ὅτι ὥσπερ κοινωνοί ἐστε τῶν παθημάτων, οὕτω καὶ τῆς παρακλήσεως. » Ὑμῶν ἕνεκα τοῖς παντοδαποῖς περιπίπτομεν πειρασμοῖς· εἰ γὰρ προσφέρειν ὑμῖν τὸ σωτήριον οὐ μὴ βουλόμεθα κήρυγμα, οὐδεὶς ἂν ἡμῖν ἐπήνεγκε τὰ παθήματα. Ἐπειδὴ δὲ τῆς ὑμετέρας προμηθούμεθα σωτηρίας, παρὰ μὲν τῶν ἐναντίων τὴν τῶν σκυθρωπῶν δεχόμεθα προσβολήν, παρὰ δὲ τοῦ Δεσπότου Θεοῦ τὴν ψυχαγωγίαν καρπούμεθα. Ὥστε καὶ τούτων κἀκείνων δι' ὑμᾶς ἀπολαύομεν. Κοινωνεῖτε δὲ ἡμῖν ἀμφοτέρων, ἅτε δὴ τὰ καθ' ἡμᾶς οἰκειούμενοι.

η'. « Οὐ γὰρ θέλομεν ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί, περὶ τῆς θλίψεως ἡμῶν τῆς γενομένης ἡμῖν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ὅτι καθ' ὑπερβολὴν ἐβαρήθημεν ὑπὲρ δύναμιν, ὥστε ἐξαπορηθῆναι ἡμᾶς καὶ τοῦ ζῆν. » Διὰ πολλῶν ἐνέφηνε τοῦ κινδύνου τὸ μέγεθος. Καὶ γὰρ τὸ *ἐβαρήθημεν*, καὶ τὸ *ὑπὲρ δύναμιν*, καὶ τὸ *καθ' ὑπερβολήν*, τοῦτο σημαίνει, καὶ πρὸς τούτοις, καὶ τὸ *ἐξαπορηθῆναι καὶ τοῦ ζῆν*. Λέγει δὲ τοῦτο, ὅτι τοσοῦτος ἦν ὁ κίνδυνος, ὥστε ἀπορήσαντας ἡμᾶς ἀπαγορεῦσαι καὶ τὸ ζῆν. Οἶμαι δὲ αὐτὸν τὴν κατὰ Δημήτριον τὸν ἀργυροκόπον στάσιν δηλοῦν.

θ'. « Ἀλλ' αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς τὸ ἀπόκριμα τοῦ θανάτου ἐσχήκαμεν, ἵνα μὴ πεποιθότες ὦμεν ἐφ' ἑαυτοῖς, ἀλλ' ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ ἐγείροντι τοὺς νεκρούς. » Ἀλλὰ τὴν τῆς ἀπογνώσεως ψῆφον οὐκ εἴασε πεῖραν λαβεῖν ὁ Δεσπότης· ἀλλὰ μέχρι τῆς ἡμετέρας ἔστησεν ὑπονοίας τοῦ θανάτου τὴν ἀπειλήν, ἵνα μὴ ἡμῖν αὐτοῖς θαῤῥῶμεν, ἀλλὰ τὴν αὐτοῦ συμμαχίαν ἐπιζητῶμεν. Ἀπόκριμα δὲ θανάτου, τὴν τοῦ θανάτου ψῆφον ἐκάλεσε. Σφόδρα δὲ ἁρμοδίως τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως ἐμνημόνευσε, διδάσκων ὡς ἴσον ἦν τῷ τοὺς νεκροὺς ἐγεῖραι, τὸ τῶν μεγίστων ἐκείνων ἀπαλλάξαι κινδύνων.

ι'. « Ὃς ἐκ τηλικούτων θανάτων ἐῤῥύσατο ἡμᾶς, καὶ ῥύεται. » Εἶτα ὡς ἔχων ἐχέγγυα τῶν ἐσομένων τὰ γεγενημένα, ἐπήγαγεν· « Εἰς ὃν ἠλπίκαμεν ὅτι καὶ ἔτι ῥύσεται. » Καὶ συνήθως μετριάζειν διδάσκων ἐπιφέρει·

ια'. « Συνυπουργούντων καὶ ὑμῶν ὑπὲρ ἡμῶν τῇ δεήσει· ἵνα ἐκ πολλῶν προσώπων τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα διὰ πολλῶν εὐχαριστηθῇ ὑπὲρ ἡμῶν. » Τούτου γὰρ γιγνομένου, πολλοὶ τὸν Θεὸν ὑμνήσουσιν ἐφ' ἡμῖν, ὁρῶντες ἡμᾶς διὰ κινδύνων ὁδεύοντας, καὶ τούτους διὰ τῆς θείας ῥοπῆς διαφεύγοντας.

ιβ'. « Ἡ γὰρ [5] καύχησις ἡμῶν αὕτη ἐστί, τὸ μαρτύριον τῆς συνειδήσεως ἡμῶν. » Ἡμῖν δὲ τὴν παῤῥησίαν ἡ τοῦ συνειδότος παρέχει μαρτυρία. Τί δὲ σαυτῷ σύνοιδας; « Ὅτι ἐν ἁπλότητι καὶ εἰλικρινείᾳ, οὐκ ἐν σοφίᾳ σαρκικῇ, ἀλλ' ἐν χάριτι Θεοῦ ἀνεστράφημεν ἐν τῷ κόσμῳ· περισσοτέρως δὲ πρὸς ὑμᾶς. » Ἃ παρὰ τῆς θείας, φησὶν, ἐδιδάχθημεν χάριτος

VARIÆ LECTIONES.

[5] Eadem verba sunt in epist. 104, et ad psal. cxviii, 121.

Digitized by Google

ταῦτα γυμνὰ πᾶσι προσφέρομεν, οὐδὲν οἰκεῖον τούτοις ἀναμιγνύντες. *Σοφίαν* δὲ *σαρκικὴν*, οὐ τὴν εὐγλωττίαν ἐνταῦθα λέγει, ἀλλὰ τὴν πανουργίαν. Αἰνίττεται δὲ τοὺς ἀπατεῶνας ἐκείνους, ὡς τὸ κήρυγμα διαφθείραντας, καὶ τὰ αὐτοῖς δοκοῦντα κηρύττοντας. A

ιγ', ιδ'. « Οὐ γὰρ ἄλλα γράφομεν ὑμῖν, ἀλλ' ἢ ἃ ἀναγινώσκετε, ἢ καὶ ἐπιγινώσκετε. Ἐλπίζω δὲ ὅτι καὶ ἕως τέλους ἐπιγνώσεσθε, καθὼς καὶ ἐπέγνωτε ἡμᾶς ἀπὸ μέρους. » Οὐ γὰρ, ὥς τινες ἡμᾶς διαβάλλειν ἐπιχειροῦσιν, ἕτερα μὲν φρονοῦμεν, ἕτερα δὲ κηρύττομεν. Καὶ μαρτυρεῖ τῶν πραγμάτων ἡ πεῖρα. Ἃ γὰρ παρὼν ὑμᾶς ἐδίδαξα, ταῦτα καὶ ἀπὼν ἐπιστέλλω, ταῦτα καὶ εἰς τὸν ἑξῆς ἅπαντα χρόνον κηρύξειν ἐλπίζω. Τὸ δὲ, *ἐπέγνωτε ἡμᾶς ἀπὸ μέρους*, οὐχ ἁπλῶς προστέθεικεν, ἀλλὰ νύττων αὐτοὺς, ὡς μὴ παντελῶς ἀπωσαμένους τὰς κατ' αὐτοῦ γεγενημένας διαβολάς. « Ὅτι καύχημα ὑμῶν ἐσμεν καθάπερ καὶ ὑμεῖς ἡμῶν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ. » Πανταχοῦ τὸν τοῦ οἰκείου φρονήματος κανόνα διατηρεῖ. Καὶ ἐνταῦθα δὲ ἐν ἴσῃ τέθεικε τάξει ἑαυτὸν καὶ τοὺς μαθητάς. Ὁμοίως γὰρ ἔφη σεμνύνεσθαι καὶ αὐτοὺς ἐπ' αὐτῷ, καὶ αὐτὸν ἐπ' αὐτοῖς, ἐν τῇ τῆς Δεσποτικῆς ἐπιφανείας ἡμέρᾳ. B

ιε', ις'. « Καὶ ταύτῃ τῇ πεποιθήσει ἐβουλόμην ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς πρότερον, ἵνα δευτέραν χαρὰν σχῆτε. Καὶ δι' ὑμῶν διελθεῖν εἰς Μακεδονίαν, καὶ πάλιν ἀπὸ Μακεδονίας ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ ὑφ' ὑμῶν[a] προπεμφθῆναι εἰς τὴν Ἰουδαίαν. » Τινὲς ὠήθησαν ἐναντία ἑαυτῷ τὸν Ἀπόστολον εἰρηκέναι, ἐπειδήπερ τῇ προτέρᾳ ὑπέσχετο πρώτους Μακεδόνας ὁρᾷν, εἶτα πρὸς αὐτοὺς παραγενέσθαι οὐ προσεσχηκότες ὡς ἐκεῖνα μὲν ὑπέσχετο, ἐνταῦθα δὲ τὴν οἰκείαν ἀπεκάλυψε γνώμην. Ἔφη γὰρ ὅτι, *Ἐβουλόμην ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς πρότερον, εἶτα δι' ὑμῶν εἰς Μακεδονίαν διελθεῖν, καὶ πάλιν ἐκεῖθεν ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, ἵνα δευτέραν χαρὰν σχῆτε*, τουτέστι, διπλῆν εὐφροσύνην, ὥστε δὶς ὑμᾶς δέξασθαί με. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐβουλόμην, αἰτίαι δέ τινες διεκώλυσαν· ταύτας δὲ μετὰ βραχέα διδάσκει, διὰ πλειόνων τὴν ἀπολογίαν ποιούμενος. C

ιζ'. « Τοῦτο οὖν βουλευόμενος, μήτι ἄρα ἐλαφρίᾳ ἐχρησάμην, ἢ ἃ βουλεύομαι κατὰ σάρκα βουλεύομαι, ἵνα ᾖ παρ' ἐμοὶ τὸ Ναὶ, ναὶ, καὶ τὸ Οὒ, οὔ; » Δύο τέθεικεν ἐναντία, ὧν τὸ μὲν πρότερόν ἐστι τοῦτο οὔτε κοῦφός εἰμι, οὔτε ὀξυῤῥόπους ἔχω τὰς τῆς γνώμης μεταβολὰς, ὥστε νῦν μὲν τοῦτο, νῦν δὲ ἐκεῖνο αἱρεῖσθαι. Τὸ δὲ δεύτερον τοῦτο· Οὔτε μὴν πάθει δουλεύω, ἵνα ἐκ παντὸς τρόπου τὴν ἐπιθυμίαν πληρώσω. Τοῦτο γὰρ λέγει, *ἢ ἃ βουλεύομαι, κατὰ σάρκα βουλεύομαι, ἵνα ᾖ παρ' ἐμοὶ τὸ Ναὶ, ναὶ, καὶ τὸ Οὒ, οὔ;* Ὁ γὰρ ταῖς τῆς σαρκὸς ἐπιθυμίαις ἑπόμενος, ὑπὸ τῶν οἰκείων σύρεται λογισμῶν, κἂν ἄλλην τὸ ἄτοπον ἔχωσιν· ὁ δὲ σωφρόνως βουλευόμενος, κἂν ἀγαθόν τι βουλεύηται, συνῄδει δὲ τοῦτο μὴ συν- D

vos. » Quæ a divina gratia, inquit, docti sumus, ea nuda omnibus exhibemus, nihil eis proprium admiscentes. *Carnalem* vero *sapientiam* hic dicit, non eloquentiam, sed malitiam et calliditatem. Tacite autem taxat impostores illos, ut qui prædicationem corrumperent, et quæ sibi videbantur prædicarent.

Vers. 13, 14. « Non enim alia scribimus vobis, quam quæ legistis et cognovistis. Spero autem quod usque in finem cognoscetis, sicut et cognovistis nos ex parte. » Non enim, sicut aliqui conantur nos calumniari, alia quidem sentimus, alia vero prædicamus. Et hoc testatur rerum experientia. Quæ enim vos præsens docui, hæc et absens scribo, et in omne deinceps tempus me prædicaturum spero. Illud autem, *Cognovistis nos ex parte*, non temere posuit, sed eos pungens, ut qui allatas adversus eum calumnias non omnino repulissent. « Quod gloria vestra sumus, sicut et vos nostra, in die Domini nostri Jesu. » Ubique suam de se modeste loquendi regulam observat. Quinetiam suos hic discipulos in eodem secum ordine collocat. Æque enim dicit et eos de se, et se de ipsis gloriari, in die adventus Domini.

Vers. 15, 16. « Et hac confidentia volui prius venire ad vos, ut secundum gaudium haberetis. Et per vos transire **293** in Macedoniam, et iterum a Macedonia venire ad vos, et a vobis deduci in Judæam. » Quidam existimarunt Apostolum secum pugnantia dixisse, quoniam in priore promiserat prius videre Macedonas, deinde ad eos venire: non attendentes quod illa quidem fuit pollicitus, hic autem suum animum aperuerit. Dixit enim: *Volui prius venire ad vos, deinde per vos transire in Macedoniam, et rursus illinc ad vos venire, ut secundum gaudium haberetis*, hoc est, duplicem lætitiam, ut me bis acciperetis. Verum hoc quidem volui, sed me causæ aliquæ prohibuerunt: eas autem post pauca exponit, se pluribus excusans.

Vers. 17. « Cum ergo hoc voluissem, nunquid levitate usus sum? aut quæ cogito, secundum carnem cogito, ut sit apud me Est, est, et Non, non? » Posuit duo contraria, quorum prius quidem hoc est: Non sum levis, nec meus animus levi momento mutatur, ut nunc quidem hoc, nunc vere illud eligat. Secundum autem hoc est: Sed neque animi perturbationi servio, ut omni modo cupiditatem expleam. Hoc enim dicit, *aut quæ cogito, secundum carnem cogito, ut sit apud me Næ, næ, et Non, non?* Qui enim carnis cupiditates sequitur a propriis cogitationibus trahitur, etsi sint valde absurdæ et alienæ: qui autem prudenter consultat, etsi boni aliquid in animo habeat,

VARIÆ LECTIONES.

[a] ἀφ' ὑμῶν. B.

Digitized by Google

si hoc animadvertit non esse aliis conducibile, consilium non exsequitur. Quod autem quæ vobis esse utilia animadvertimus, ea prompto animo offerimus nihil dubitantes : testis est prædicatio. Cum hanc enim sæpe **294** vobis exhibuerimus, verba nostra non commutavimus. Hoc enim subjunxit :

VERS. 18. « Fidelis autem Deus, quia sermo noster qui fuit apud vos, non fuit Est et Non. » Hoc retulit ad illud, *Nunquid levitate usus sum?* ipsos vocans in testimonium, quod minime ambiguam eis prædicationem præbuerit, ut qui eadem semper docuerit, et nihil mutare sustinuerit.

VERS. 19. « Dei enim Filius Jesus Christus, qui in vobis per nos prædicatus est, per me, et Silvanum, et Timotheum, non fuit Est et Non, sed Est in illo fuit. » Pro prædicatione illum posuit qui prædicatus est. Dicit autem : Sermo de Dei Filio, quem prædicavimus ego, et Silvanus, et Timotheus, nullam habuit dissensionem : nec hæc quidem aliquando, aliquando vero alia prædicavimus : sed vobis semper eamdem doctrinam præbuimus. *Silvanum* autem puto Silam vocari. Ipse enim fuit cum eo Philippis vinculorum particeps [d]. Ipso etiam relicto Berrœæ Macedoniæ, Athenas venit. Is cum ad eum una cum Timotheo venisset Corinthum, ei in prædicatione opem tulit. Porro autem invenimus etiam aliorum nominum mutationes. Etenim Priscillam appellavit Priscam in Epistola ad Romanos.

VERS. 20. « Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo Est : ideo et per **295** ipsum Amen (sit) Deo ad gloriam per nos. » Multæ sunt Dei promissiones, mortuorum resurrectio, corporis incorruptio, vita indesinens, regnum cœlorum. Sed hæc universorum Deus per unigenitum Filium largitus est. Ideo per ipsum gratiarum hymnum illi efferimus. *Amen* autem non sine causa hic adjecit : sed docens quod non solus sacerdos orans offerat hymnum, sed etiam qui *Amen* adjungit sit oblatæ laudis particeps.

VERS. 21, 22. « Qui autem confirmat nos vobiscum in Christum, et unxit nos, Deus. Qui et signavit nos, et dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. » Deus autem horum bonorum causa est. Ipse enim nobis firmam in Christum fidem donavit, ipse nos unxit, et sanctissimi Spiritus signaculo dignos duxit, veluti quamdam futurorum bonorum arrham nobis hanc gratiam largitus. Per *arrham*

A οἱσειν μέλλον ἑτέροις, οὐκ ἐπιτίθησι τῇ βουλῇ τὸ πέρας. Ὅτι δὲ ἅπερ ὑμῖν συνορῶμεν λυσιτελοῦντα, προθύμως προσφέρομεν οὐδὲν ἐνδοιάζοντες, τὸ κήρυγμα μαρτυρεῖ. Πολλάκις γὰρ ὑμῖν τοῦτο προσενεγκόντες οὐκ ἐνηλλάξαμεν ἡμῶν τοὺς λόγους. Τοῦτο γὰρ ἐπήγαγε·

ιη'. « Πιστὸς δὲ ὁ Θεὸς, ὅτι ὁ λόγος ἡμῶν ὁ πρὸς ὑμᾶς οὐκ ἐγένετο Ναὶ καὶ Οὔ. » Τοῦτο πρὸς τὸ, *Μὴ τῇ ἐλαφρίᾳ ἐχρησάμην;* τέθεικεν, αὐτοὺς καλῶν εἰς μαρτυρίαν, ὡς ἀναμφίβολον αὐτοῖς ἀεὶ τὸ κήρυγμα προσενήνοχεν, ἀεὶ τὰ αὐτὰ διδάξας, καὶ ἐναλλάξαι οὐδὲν ἀνασχόμενος.

ιθ'. « Ὁ γὰρ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ ἐν ὑμῖν δι' ἡμῶν κηρυχθεὶς, δι' ἐμοῦ καὶ Σιλουανοῦ, καὶ Τιμοθέου, οὐκ ἐγένετο Ναὶ καὶ Οὔ· ἀλλὰ Ναὶ B ἐν αὐτῷ γέγονεν. » Ἀντὶ τοῦ κηρύγματος αὐτὸν τὸν κηρυττόμενον τέθεικε. Λέγει δὲ, ὅτι Ὁ περὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ λόγος, ὃν ἐκηρύξαμεν ἐγὼ καὶ Σιλουανὸς, καὶ Τιμόθεος, οὐδὲ μίαν ἔσχε διχόνοιαν, οὐδὲ ποτὲ μὲν ταῦτα, ποτὲ δὲ ἕτερα ἐκηρύξαμεν, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ὑμῖν ἀεὶ διδασκαλίαν προσενηνόχαμεν. *Σιλουανὸν* δὲ ἡγοῦμαι τὸν Σίλαν καλεῖσθαι· αὐτὸς γὰρ αὐτῷ καὶ ἐν Φιλίπποις ἐκοινώνησε τῶν δεσμῶν. Αὐτὸν καὶ ἐν Βερροίᾳ τῆς Μακεδονίας καταλιπὼν, τὰς Ἀθήνας κατέλαβεν. Οὗτος εἰς τὴν Κορίνθου [7] σὺν τῷ Τιμοθέῳ παραγενόμενος πρὸς αὐτὸν, συνεργὸς ἐγένετο τοῦ κηρύγματος. Εὑρίσκομεν δὲ καὶ ἄλλων ὀνομάτων ἐναλλαγάς· καὶ γὰρ τὴν Πρίσκιλλαν Πρίσκαν ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους ἐκάλεσεν.

C κ'. « Ὅσαι γὰρ ἐπαγγελίαι τοῦ Θεοῦ, ἐν αὐτῷ τὸ Ναὶ, καὶ ἐν αὐτῷ τὸ Ἀμὴν [8] τῷ Θεῷ πρὸς δόξαν δι' ἡμῶν. » Πολλαὶ τοῦ Θεοῦ αἱ ἐπαγγελίαι· νεκρῶν ἀνάστασις, σώματος ἀφθαρσία, ζωὴ ἀτελεύτητος, οὐρανῶν βασιλεία. Ἀλλὰ ταῦτα ὁ τῶν ὅλων Θεὸς διὰ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ κεχορήγηκεν. Οὗ δὴ χάριν, καὶ δι' αὐτοῦ τὸν τῆς εὐχαριστίας αὐτῷ προσφέρομεν ὕμνον. Τὸ δὲ Ἀμὴν ἐνταῦθα οὐκ ἁπλῶς προστέθεικεν· ἀλλὰ διδάσκων ὡς οὐ μόνος ὁ πρυσευχόμενος ἱερεὺς προσφέρει τὸν ὕμνον, ἀλλὰ καὶ ὁ τὸ Ἀμὴν ἐπιλέγων κοινωνεῖ τῆς προσφερομένης δοξολογίας.

κα', κβ'. « Ὁ δὲ βεβαιῶν ἡμᾶς σὺν ὑμῖν εἰς Χριστὸν, καὶ χρίσας ἡμᾶς, Θεός. Ὁ καὶ σφραγισάμενος D ἡμᾶς, καὶ δοὺς τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ Πνεύματος ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν. » Ὁ Θεὸς δὲ τούτων αἴτιος τῶν ἀγαθῶν· αὐτὸς γὰρ καὶ ἡμῖν βεβαίαν περὶ τὸν Χριστὸν ἐδωρήσατο πίστιν· αὐτὸς ἡμᾶς ἔχρισε, καὶ τῆς τοῦ παναγίου Πνεύματος σφραγῖδος ἠξίωσεν, οἱόν τινα ἀῤῥαβῶνα τῶν μελλόντων ἀγαθῶν δωρησάμενος

[d] Act. XVI, 19; XVII, 14.

VARIÆ LECTIONES.

[7] Κόρινθον B. [8] Theodoretum cum aliis quibusdam legisse : Διὸ καὶ δι' αὐτοῦ τὸ Ἀμήν, colligit ex ejus interpretatione Millius, quem Wetstenius cæcus sequitur. Male, si quid video. Nam, etsi Theodoretus hunc in sensum interpretatur, tamen, si vel legerit : καὶ ἐν αὐτῷ, potuit interpretari, καὶ δι' αὐτοῦ; quemadmodum hic paulo ante dixerat : Deum promissa sua vera fecisse διὰ τοῦ Υἱοῦ, e quibus verbis nemini in mentem venit colligere, textum Theodoreti habuisse : δι' αὐτοῦ τὸ Ναί ἐστιν. Herveti quidem liber habebat : καὶ ἐν αὐτῷ τῷ (τὸ) Ἀμήν, etc.

Digitized by Google

ταύτην ἡμῖν τὴν χάριν. Διὰ μέντοι τοῦ *ἀῤῥαβῶνος* ἠνίξατο τῶν δοθησομένων τὸ μέγεθος. Ὁ γὰρ ἀῤῥαβὼν μικρόν τι μέρος ἐστὶ τοῦ παντός. Εἶτα διδάσκει σαφέστερον, τί δήποτε προτέρους μὲν αὐτοὺς ἰδεῖν ἐβουλήθη, μετὰ Μακεδόνας δὲ παραγενήσεσθαι πρὸς αὐτοὺς ἐπηγγείλατο.

κγ'. « Ἐγὼ δὲ μάρτυρα τὸν Θεὸν ἐπικαλοῦμαι ἐπὶ τὴν ἐμὴν ψυχήν, ὅτι φειδόμενος ὑμῶν οὐκ ἔτι ἦλθον εἰς Κόρινθον. » Πεῖσαι βουληθεὶς ὁ θεῖος Ἀπόστολος ὡς ἀληθῆ τὰ λεγόμενα, τὸν τῶν ἐννοιῶν ἐπόπτην εἰς μαρτυρίαν ἐκάλεσεν. Εἶτα κολάζει τὸ τραχὺ τῶν εἰρημένων· σκληρὸν γὰρ ἦν, καὶ ἀπειλῆς γέμον, ὅτι φειδόμενος αὐτῶν τὴν πρὸς αὐτοὺς ὁδὸν ἀνεβάλλετο, καί φησι· « Οὐχ ὅτι κυριεύομεν ὑμῶν τῆς πίστεως, ἀλλὰ συνεργοί ἐσμεν τῆς χαρᾶς ὑμῶν. » Τοῦτο δὲ ὡς ὑφορμοῦν τέθεικεν. Ἐπειδὴ γὰρ εἰκὸς ἦν τινας εἰπεῖν· Τί οὖν; τούτου χάριν ἐπιστεύσαμεν, ἵνα δουλεύειν [9] δεξώμεθα, καὶ δεσποτικῶς παρὰ σοῦ παιδευώμεθα; ἀναγκαίως ἐπήγαγεν, ὅτι Ταῦτα οὐχ ὡς δεσπόζων ὑμῶν εἴρηκα, ἀλλ' ὡς τῆς πνευματικῆς ὑμῶν συνεργὸς εὐφροσύνης. « Τῇ γὰρ πίστει ἑστήκατε. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β.

α'. « Ἔκρινα δὲ ἐμαυτῷ τοῦτο, τὸ μὴ πάλιν ἐν λύπῃ πρὸς ὑμᾶς ἐλθεῖν. » Κατὰ τὴν συνθήκην λείπει τὸ *μὲν*, ἵνα ᾖ, *Τῇ μὲν γὰρ πίστει ἑστήκατε*. Λέγει δὲ τοῦτο· Τῆς μὲν πίστεως ἕνεκεν οὐδαμῶς ὑμῖν ἐπιμέμφομαι, τὴν γὰρ ταύτης ὑγείαν περίκεισθε· ἕτερα δέ τινα παρ' ὑμῶν πλημμελεῖται, ἃ τινος διορθώσεως δεῖται. Οὐκ ἐδοκίμασα δὲ πρὸς ὑμᾶς ἀφικνούμενος λυπῆσαι τοὺς ἁμαρτάνοντας. Τὸ δὲ *πάλιν*, τῇ *παρουσίᾳ*, οὐ τῇ *λύπῃ* συνέζευκται.

β'. « Εἰ γὰρ ἐγὼ λυπῶ ὑμᾶς, καὶ τίς ἐστιν ὁ εὐφραίνων με, εἰ μὴ ὁ λυπούμενος ἐξ ἐμοῦ; » Τί γάρ με οὕτως εὐφραίνει, ὡς τῶν ἐγκαλουμένων ἡ αἴσθησις; Τεκμηριοῖ γὰρ αὐτὴ τὴν ἐκ τῶν ἐγκλημάτων ἐγγινομένην ὠφέλειαν.

γ'. « Καὶ ἔγραψα [10] ὑμῖν τοῦτο αὐτό, ἵνα μὴ ἐλθὼν λύπην ἔχω ἀφ' ὧν ἔδει με χαίρειν, πεποιθὼς ἐπὶ πάντας ὑμᾶς, ὅτι ἡ ἐμὴ χαρὰ πάντων ὑμῶν ἐστιν. » Τούτου χάριν προῦλαβε τὴν παρουσίαν τὰ γράμματα, ἵνα δι' ἐκείνων ἡ θεραπεία γενομένη, ἐμοὶ προξενήσῃ τὴν εὐφροσύνην. Ταύτης δὲ μεταλαγχάνετε καὶ ὑμεῖς, οἰκεῖα κρίνοντες τὰ ἡμέτερα.

δ'. « Ἐκ γὰρ πολλῆς θλίψεως καὶ συνοχῆς καρδίας ἔγραψα ὑμῖν διὰ πολλῶν δακρύων, οὐχ ἵνα λυπηθῆτε, ἀλλὰ τὴν ἀγάπην ἵνα γνῶτε, ἣν ἔχω περισσοτέρως εἰς ὑμᾶς. » Σφοδρότερον αὐτῶν ἐν τοῖς προτέροις καθήψατο γράμμασι. Διδάσκει τοίνυν, ὡς οὐχ ἁπλῶς λυπῆσαι βουλόμενος ἐκεῖνα γέγραφεν, ἀλλὰ τὴν τῶν πεπλημμεληκότων ἰατρείαν πραγματευόμενος, δι' οὗ καὶ πλείστην ὀδύνην ἐδέξατο, καὶ θαῤῥῶν ἐπέστειλεν, ἣν ἔχει περὶ αὐτοὺς μηνύων διάθεσιν. Εἶτα γυμνοῖ καὶ τὴν τῆς λύπης αἰτίαν.

A autem eorum quæ danda sunt nobis magnitudinem innuit. Arrha enim est parva quædam pars totius. Deinde apertius docet, cur eos quidem priores videre voluerit, post Macedonas autem ad eos venire pollicitus sit.

VERO. 23. « Ego autem testem Deum invoco in animam meam, quod parcens vobis non veni ultra Corinthum. » Persuadere volens divinus Apostolus, vera esse quæ dicebat, cogitationum inspectorem in testimonium vocavit. Deinde dictorum lenit asperitatem : erat enim asperum, et minarum plenum, quod eis parcens ad eos venire differret : et dicit : « Non quod dominamur fidei vestræ, sed adjutores sumus gaudii vestri. » Hoc B posuit vero **296** ut in re suspecta. Quia enim verisimile erat dicturos aliquos : Quid igitur ? eane de causa credidimus, ut servitutem sustineamus, et a te tanquam domino castigemur? necessario subjunxit : Hæc dixi, non tanquam in vos dominatum exercens, sed ut qui sim spiritalis vestri gaudii adjutor. « Nam fide statis. »

CAP. II.

VERS. 1. « Statui autem hoc ipsum apud me, ne iterum in tristitia venirem ad vos. » In constructione deest *quidem*, ut sit, *Nam fide quidem statis*. Hoc autem dicit : De fide quidem minime vobiscum expostulo, ejus enim sanitatem amplexi estis : sed alia quædam a vobis admittuntur, quæ aliqua correctione indigent. Non placuit autem, C ut ad vos veniens eos qui peccant tristitia afficiam. Illud autem, *iterum*, cum *præsentia*, non cum *tristitia*, conjunctum est.

VERS. 2. « Si enim ego contristo vos, et quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me? » Quid enim me æque exhilarat, ac sensus eorum qui arguuntur? Ex eo enim facio conjecturam utilitatis quæ inest in reprehensione.

VERS. 3. « Et hoc ipsum scripsi vobis, ut non cum venero tristitiam habeam, de quibus oportuerat me gaudere : confidens in omnibus vobis, quia meum gaudium vestrum est. » Ideo litteræ adventum anticiparunt, ut per illos adhibitum remedium mihi lætitiam conciliet. Hujus autem vos D quoque estis participes, ut qui nostra vestra esse ducatis.

VERS. 4. « Nam ex multa tribulatione et angustia cordis scripsi vobis per multas lacrymas : non ut contristemini, sed ut sciatis quam charitatem habeam abundantius in vobis. » In prioribus **297** litteris eos vehementius perstrinxerat. Docet ergo se non ideo illas scripsisse, ut eos dolore afficeret, sed ut iis qui peccaverant medicinam afferret, propter quos etiam maximum suscepit dolorem, et cum fiducia ad eos scripsit, suam in eos animi affectionem ostendens. Deinde etiam tristitiæ causam indicat.

VARIÆ LECTIONES.

[9] δουλείαν. B. [10] ἔγραψα. B.

Digitized by Google

VERS. 5. « Si quis autem contristavit, non me contristavit, sed ex parte, ut non onerem omnes vos. » Majus aliquid dicere voluit, et ostendere totum corpus Ecclesiæ doloris esse particeps. Sed aliis relictis, eorum tantum mentionem facit. Hoc enim significat, *ex parte*, et *ne onerem*. Deinde aperit paternam benevolentiam.

VERS. 6, 7. « Sufficit illi qui ejusmodi est objurgatio hæc, quæ fit a pluribus. Ita ut e contrario magis vos donetis, et consolemini, ne forte abundantiori tristitia absorbeatur qui est ejusmodi. » Ostendit quidem vehementem fuisse pœnitentiam, dicens abundantiorem tristitiam : remissionem tamen vocat gratiam, ostendens peccatum fuisse majus pœnitentia. Ostendit autem etiam Corinthiorum studium. Sufficit enim, inquit, illi qui est ejusmodi, objurgatio ipsa quæ fit a pluribus. Omnes enim ipsum aversabantur, ut jusserat. Tantum vel scribendo valebat tabernaculorum opifex, propter habitantem in ipso virtutem. *Absorberi* autem appellavit desperare, et fide omnino deficere.

VERS. 8. « Propter quod obsecro vos, ut confirmetis in illum charitatem. » Unite membrum corpori, adjungite ovem gregi, vehementem animi affectum **298** ei ostendite.

VERS. 9. « Ideo enim et scripsi vobis, ut cognoscam experimentum vestrum, an in omnibus obedientes sitis. » Oportet enim vos, non solum secanti, sed etiam conjungenti cooperari.

VERS. 10. « Cui autem aliquid donatis, et ego. » Quando ultricem in eum tulit sententiam, non dedit eis facultatem ut quodam modo parcerent, quoniam videbat eos non ex æquo tenere justitiæ trutinam. Sed postquam rescivit eos utilitatem ex iis cepisse quæ scripserat, dat eis potestatem ostendendæ munificentiæ, et dicit : *Cui autem aliquid donatis, et ego.* « Nam et ego, si quid donavi, cui donavi, propter vos. » Innuit autem his verbis, eos per beatos viros Timotheum et Titum pro eo qui peccarat rogasse. Et ne quis existimaret eum propter gratiam hominum justitiæ curam negligere, subjunxit : « in persona Christi. » Hoc, inquit, facio, tanquam intuente Christo, et quod fit ratum habente. Commemorat autem causam :

VERS. 11. « Ut non circumveniamur a Satana : non enim ignoramus cogitationes ejus. » Scit enim capitalis hominum hostis desperationis cogitationes sæpenumero immittere, et per eas exitium moliri. Quibus hoc modo interjectis, ad propositæ narrationis sèriem revertitur. Cum enim ea quæ sibi in Asia acciderant narrasset, coactus est dicere quam

ε'. « Εἰ δέ τις λελύπηκεν, οὐκ ἐμὲ λελύπηκεν, ἀλλ' ἀπὸ μέρους, ἵνα μὴ ἐπιβαρῶ πάντας ὑμᾶς. » Μεῖζόν τι εἰπεῖν ἐβουλήθη [11], καὶ δεῖξαι πᾶν τὸ σῶμα τῆς Ἐκκλησίας κοινωνῆσαν τῆς λύπης· ἀλλὰ τοὺς ἄλλους καταλιπὼν [12], αὐτῶν ἐμνημόνευσε μόνων [13]. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, *ἀπὸ μέρους*, καὶ, *ἵνα μὴ ἐπιβαρῶ*. Εἶτα τὴν πατρικὴν φιλοστοργίαν γυμνοῖ.

ς', ζ'. « Ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ ἡ ἐπιτιμία αὕτη ἡ ὑπὸ τῶν πλειόνων [14]. Ὥστε τοὐναντίον μᾶλλον ὑμᾶς [15] χαρίσασθαι καὶ παρακαλέσαι, μή πως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος. » Ἔδειξε μὲν καὶ τὴν τῆς μεταμελείας ἐπίτασιν, τὴν περισσοτέραν λύπην εἰπών. Χάριν δὲ ὅμως ὀνομάζει τὴν ἄφεσιν, μείζονα τῆς μεταμελείας τὴν ἁμαρτίαν δεικνύς. Δεδήλωκε δὲ καὶ τὴν τῶν Κορινθίων σπουδήν. Ἱκανὸν γὰρ, ἔφη, τῷ τοιούτῳ ἡ ἐπιτιμία αὕτη ἡ ὑπὸ τῶν πλειόνων. Πάντες γὰρ αὐτὸν ἀπεστράφησαν ὡς ἐκέλευσε. Τοσοῦτον ἴσχυε καὶ γράφων ὁ σκηνορράφος, διὰ τὴν ἐνοικοῦσαν αὐτῷ δύναμιν. *Καταποθῆναι* δὲ τὸ ἀπογνῶναι ἐκάλεσε, καὶ παντελῶς ἀποστῆναι τῆς πίστεως.

η'. « Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς κυρῶσαι εἰς αὐτὸν ἀγάπην. » Ἑνώσατε τὸ μέλος τῷ σώματι, συνάψατε τῇ ποίμνῃ τὸ πρόβατον, θερμὴν αὐτῷ διάθεσιν δείξατε.

θ'. « Εἰς τοῦτο γὰρ ἔγραψα ὑμῖν, ἵνα γνῶ τὴν δοκιμὴν ὑμῶν, εἰ εἰς πάντα ὑπήκοοί ἐστε. » Προσήκει γὰρ ὑμᾶς μὴ μόνον τέμνοντι συνεργεῖν, ἀλλὰ καὶ συνάπτοντι.

ι'. « ὯΙ δέ τι χαρίζεσθε, καὶ ἐγώ. » Ἡνίκα μὲν τὴν τιμωρητικὴν κατ' αὐτοῦ ψῆφον ἐξήνεγκεν, οὐδεμιᾶς αὐτοῖς φειδοῦς ἔδωκεν ἐξουσίαν, ἐπειδήπερ αὐτοὺς εἶδεν οὐκ ἴσως κατέχοντας τὰ τῆς δίκης ζυγά. Ἐπειδὴ δὲ μεμάθηκεν αὐτοὺς ἐκ τῶν γραφέντων ὄνησιν δεξαμένους, δίδωσιν αὐτοῖς φιλοτιμίας τὴν ἐξουσίαν, καί φησιν· *ὯΙ δέ τι χαρίζεσθε, καὶ ἐγώ.* « Καὶ γὰρ ἐγὼ, εἴ τι κεχάρισμαι, ᾧ κεχάρισμαι [16], δι' ὑμᾶς. » Αἰνίττεται δὲ ὁ λόγος, ὡς αὐτοὶ διὰ τῶν μακαρίων ἀνδρῶν Τιμοθέου καὶ Τίτου τὴν ὑπὲρ τοῦ πεπλημμεληκότος προσήνεγκαν δέησιν. Καὶ ἵνα μή τις αὐτὸν ὑπολάβῃ τῇ πρὸς ἀνθρώπους χάριτι τοῦ δικαίου καταμελεῖν, ἐπήγαγεν· « Ἐν προσώπῳ Χριστοῦ. » Ποιῶ γὰρ τοῦτο, φησὶν, ὡς τοῦ Χριστοῦ ἐφορῶντος, καὶ ἀρεσκομένου τοῖς γενομένοις. Λέγει δὲ τὴν αἰτίαν·

ια'. « Ἵνα μὴ [17] πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ· οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν. » Οἶδε γὰρ πολλάκις ὁ τῶν ἀνθρώπων ἀλάστωρ ἀπογνώσεως λογισμοὺς ἐνιέναι, καὶ παντελῆ τοῖς τοιούτοις μηχανᾶσθαι τὸν ὄλεθρον. Οὕτω ταῦτα παρενθεὶς, εἰς τὴν τῆς προκειμένης διηγήσεως ἐπανῆλθεν ἀκολουθίαν. Τὰ γὰρ κατὰ τὴν Ἀσίαν αὐτῷ συμβεβηκότα διεξελ-

VARIÆ LECTIONES.

[11] ἠβουλήθη. OEcum. [12] π.στοὺς καταλ. OEc. [13] τῶν Κορινθίων ἐμν. μ. OEc. [14] ἡ ὑπὸ τ. πλ. desiderantur in OEc., sed ea lecta fuisse a Theodoreto, ejus interpretatio hic docet. [15] ὑμᾶς μᾶλλον habet Theod. epist. 77. [16] ᾧ κεχαρ. desideratur in B. Sed Hervetus illud habet in codice suo. [17] Hæc ipsa verba habet etiam noster Ep. 77.

Digitized by Google

θὼν, ἠναγκάσθη μὲν εἰπεῖν ὡς εἰλικρινῶς τὸ θεῖον αὐτοῖς ἐκήρυξεν εὐαγγέλιον. Ἐκεῖθεν δὲ τὴν περὶ αὐτοὺς ἀγαπην ἐγύμνωσεν, εἰρηκὼς ὅτι πρὸ Μακεδόνων ἰδεῖν αὐτοὺς ἐβουλήθη· εἶτα τῆς ἀναβολῆς τὰς αἰτίας διδάξας, καὶ τῆς λύπης ἀναμνήσας, καὶ τὸν τῆς Ἐκκλησίας κεχωρισμένον τῷ καταλόγῳ συνάψας, εἰς τὴν τῆς διηγήσεως ἐπανῆλθεν ἀκολουθίαν.

A sincere ipsis divinum prædicarit Evangelium. Inde autem suum quoque in illos amorem aperuit, dicens se voluisse eos videre ante Macedones. Deinde cum dilationis causas exposuisset, **299** et tristitiam commemorasset, et ejectum ab Ecclesia in album denuo retulisset, ad narrationis seriem reversus est.

Ἰβ'. ιγ'. « Ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν Τρωάδα εἰς τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, καὶ θύρας μοι ἀνεῳγμένης ἐν Κυρίῳ, οὐκ ἔσχηκα ἄνεσιν τῷ πνεύματί μου, τῷ [18] μὴ εὑρεῖν με Τίτον τὸν ἀδελφόν μου· ἀλλ' ἀποταξάμενος αὐτοῖς ἐξῆλθον εἰς Μακεδονίαν. » Οὐκ ἄλλου του, φησὶ, χάριν τὴν Τρωάδα κατειληφὼς, ἀλλὰ μόνου τοῦ κηρύγματος ἕνεκα, σφόδρα τὴν ψυχὴν ἠνιάθην, πολλοὺς μὲν ὁρῶν τῷ κηρύγματι προσιόντας, συνεργὸν δὲ τῆς τούτων ἐπιμελείας οὐκ ἔχων. Οὐδέπω γὰρ ἀφῖκτο πρὸς ἡμᾶς ὁ Τίτος, ὃν τῆς ὑμετέρας προμηθούμενος ὠφελείας ἀπέστειλα πρὸς ὑμᾶς. Οὗ δὴ χάριν ὡς τῶν πόνων οὐκ ἔχων τὸν κοινωνὸν, καταλιπὼν αὐτοὺς ἐξεδήμησα. Τοῦ μέντοι τρισμακαρίου Τίτου οὐ μάτην ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐμνήσθη· ἀλλ' ἐπειδὴ τοῖςδε τοῖς γράμμασι διακονεῖν ἔμελλεν, ἐβουλήθη δεῖξαι τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀρετήν. Ἱκανῶς δὲ τοῦτο πεποίηκε, διδάξας ὡς ἀπόντος ἐκείνου, καίτοι πολλῶν τῷ κηρύγματι προσιόντων, δρᾶσαί τι τῶν ἀναγκαίων οὐκ ἴσχυε. Τούτου χάριν καὶ ἀδελφὸν αὐτὸν ὠνόμασε, καὶ τὴν ἀντωνυμίαν πρυστέθεικε, διδάσκων τὸ γνήσιον.

B

Vers. 12, 13. « Cum venissem autem Troadem propter Evangelium Christi, et ostium mihi apertum esset in Domino, non habui requiem spiritu meo, eo quod non invenerim Titum fratrem meum: sed valefaciens eis, profectus sum in Macedoniam. » Cum Troadem, inquit, venissem non alia de causa quam ut Evangelium * prædicarem, valde sum cruciatus animo, cum viderem multos ad prædicationem accedere, adjutoremque, qui illorum curam una gereret, non haberem. Nondum enim Titus ad nos venerat, quem vestræ utilitati providens ad vos miseram. Qua de causa, cum laborum socium non haberem, eis relictis abii. Beatissimi autem Titi non frustra nunc meminit: sed quoniam has litteras laturus erat, voluit viri virtutem ostendere. Hoc autem abunde præstitit, cum dixit se, illo absente, licet multi ad prædicationem accederent, eorum quæ erant necessaria facere nihil potuisse. Idcirco et fratrem eum nominavit, et cognomen adjecit, *germanum* esse docens.

Ἰδ'. « Τῷ δὲ Θεῷ χάρις, τῷ πάντοτε ἡμᾶς θριαμβεύοντι ἐν τῷ Χριστῷ, καὶ ὀσμὴν τῆς γνώσεως αὐτοῦ φανεροῦντι δι' ἡμῶν ἐν παντὶ τόπῳ. » Ἀλλὰ διὰ πάντων ὑμνοῦμεν τὸν Θεὸν, ὃς, σοφῶς τὰ καθ' ἡμᾶς πρυτανεύων, τῇδε κἀκεῖσε περιάγει, δήλους ἡμᾶς ἅπασιν ἀποφαίνων, καὶ δι' ἡμῶν προσφέρων τῆς εὐσεβείας τὴν γνῶσιν. *Ὀσμὴν δὲ γνώσεως* τὴν παροῦσαν ἐκάλεσε γνῶσιν, δύο κατὰ ταὐτὸν διδάσκων· καὶ ὅτι τῆς τελείας γνώσεως μέρος αὕτη σμικρὸν, καὶ ὅτι νῦν μὲν ἐκείνη λανθάνει, κατὰ καιρὸν δὲ φανήσεται, κατὰ τὴν εἰκόνα τοῦ θυμιάματος, ὃ πολλάκις ἐν θαλάμῳ τινὶ προσομιλοῦν τῷ πυρὶ, καὶ ἐκτὸς τὴν εὐοσμίαν ἐκπέμπει. Οἱ δὲ ταύτης μεταλαγχάνοντες, ἐκείνην μὲν οὐχ ὁρῶσι, τῆς δὲ ὀσμῆς ἀπολαύουσιν.

C

Vers. 14. « Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo, et odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco. » Sed per omnia Deum laudamus, qui, nostra sapienter dispensans, nos huc et illuc circumagit, nos omnibus manifestos efficiens, et per nos pietatis cognitionem exhibens. *Odorem* autem *cognitionis* appellavit præsentem cognitionem, duo simul docens: et quod ea sit perfectæ cognitionis **300** parva pars, et quod illa quidem nunc lateat, in tempore autem perspecta fuerit, instar suffitus, qui sæpe in aliquo conclavi igni admotus, etiam foras suavem odorem emittit. Qui autem sunt ejus participes, illum quidem non vident, odore tamen fruuntur.

Ἰε', ις'. « Ὅτι Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν τῷ Θεῷ [19] ἐν τοῖς σωζομένοις, καὶ ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις. Οἷς μὲν ὀσμὴ θανάτου εἰς θάνατον, οἷς δὲ ὀσμὴ ζωῆς εἰς ζωήν. » Ἡμεῖς δὲ τοῦ Χριστοῦ τὴν εὐοσμίαν προσφέρομεν ἅπασιν, ἀλλ' οὐχ ἅπαντες οἱ μεταλαγχάνοντες ἀπολαύουσι σωτηρίας. Τοῖς γὰρ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἀνιαρῶς διακειμένοις ἐπίβουλον τὸ φῶς καὶ πολέμιον· ἀλλ' οὐχ ὁ ἥλιος ἐπιφέρει τὴν βλάβην. Φασὶ δὲ καὶ τοὺς γύπας φεύγειν τοῦ μύρου τὴν εὐοσμίαν. Μύρον δὲ ὅμως τὸ μύρον, κἂν οἱ γύπες ἀποδιδράσκωσιν. Οὕτω καὶ τὸ σωτήριον κήρυγμα τοῖς μὲν πιστεύουσι πραγματεύεται σωτηρίαν, τοῖς δ' ἀπιστοῦσιν ἐπάγει τὸν ὄλεθρον· « Καὶ πρὸς ταῦτα τίς ἱκανός; » Ταῦτα

D

Vers. 15, 16. « Quia Christi bonus odor sumus Deo in iis qui salvi sunt, et in iis qui pereunt: Aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam. » Nos autem Christi bonum odorem omnibus præbemus: sed non omnes qui sunt ejus participes, salutem assequuntur. Male enim affectis oculis lux est noxia et infesta: et tamen non sol affert incommodum. Ferunt etiam vultures fugere unguenti fragrantiam. Unguentum tamen est unguentum, etiamsi id vultures refugiant. Ita etiam salutaris prædicatio iis quidem qui credunt salutem conciliat, iis vero qui non credunt affert exitium. « Et ad hæc quis idoneus? »

VARIÆ LECTIONES.

[18] τοῦ. B. [19] τῷ Θεῷ omittitur a Nostro ad Cant. 1, 2 et Orat. de charitate extrem.; cætera, v. 15 et 16, in utroque loco cum textu nostro consentiunt.

Digitized by Google

Hæc autem non nos ipsi facimus, * sed per nos gratia Spiritus. Nos enim ne hoc quidem ministerio nos dignos existimamus.

VERS. 17. « Non enim sumus sicut cæteri, adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate, sed sicut ex Deo, coram Deo in Christo loquimur. » Hic deinceps contra adversarios pugnam aggreditur, et docet quod ipse quidem tradat doctrinam quæ a divina gratia proficiscitur : illi autem divinum sermonem cauponentur, eum fabulam efficientes, et sua cogitata gratiæ **301** admiscentes, quemadmodum qui vinum purum aqua miscent, sicut est in prophetia, quæ dicit : « Caupones tui vinum aqua miscent [e]. » Deinde quoniam illos quidem perstrinxit, de se vero vera prædicavit, necessario subjunxit :

CAP. III.

VERS. 1. « Incipimus iterum nosmetipsos commendare ? » Non enim nostrum erat hæc dicere, sed vestrum, qui et nostra, et quæ ad illos pertinent, recte scitis. Et rursus pergit sua oratione pungere : « Aut nunquid egemus, sicut quidam, commendatitiis epistolis ad vos, aut ex vobis ? » Per hæc autem significat, quod quidam ex illis impostoribus et per alios ipsis commendati sint, et rursus ab ipsis commendatitiis ad alios epistolis instructi. Et quoniam quæ dicta sunt ad eos feriendos sufficiunt, per ea quæ sequuntur, medicinam exhibet, dicens :

VERS. 2. « Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur et legitur ab omnibus hominibus. » Nos non opus habemus litteris : res enim ipsæ ferunt nobis testimonium, et animatam habemus epistolam, quæ vobis nos commendet, fidem vestram, quæ ubique in terra et in mari decantatur. Nos enim vos ab errore liberantes, ad lucem Dei cognitionis adduximus. Id enim significant quæ sequuntur :

VERS. 3. « Manifestati quod epistola estis Christi, ministrata **302** a nobis. » Et quid dico nostra ? Ipsius enim Servatoris nostri estis epistola. Ipsius enim sunt verba prædicationis, nos autem ministri litterarum. * « Inscripta non atramento, sed Spiritu Dei vivi : non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carneis. » Iis relictis qui contraria docebant, ad res transit, et docet differentiam utriusque Testamenti. Illud enim in tabulis lapideis insculptum est : hoc vero in animis rationis participibus.

VERS. 4, 5. « Fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deum : Non quod sufficientes si-

A δὲ οὐχ ἡμεῖς κατορθοῦμεν, ἀλλὰ δι' ἡμῶν ἡ χάρις τοῦ Πνεύματος. Ἡμεῖς γὰρ οὐδὲ αὐτῆς τῆς διακονίας ἡμᾶς αὐτοὺς ἀξίους ἡγούμεθα.

ιζ'. « Οὐ γάρ ἐσμεν, ὡς οἱ λοιποὶ, καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ὡς ἐξ εἰλικρινείας, ἀλλ' ὡς ἐκ Θεοῦ, κατ' ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ λαλοῦμεν. » Ἐνταῦθα λοιπὸν τῆς πρὸς τοὺς ἐναντίους ἅπτεται διαμάχης, καὶ διδάσκει ὡς αὐτὸς μὲν τὰ παρὰ τῆς θείας χάριτος ἐνεργούμενα προσφέρει παιδεύματα· ἐκεῖνοι δὲ τὸν θεῖον καπηλεύουσι λόγον, μῦθον αὐτὸν ἐργαζόμενοι, καὶ τοὺς οἰκείους λογισμοὺς ἀναμιγνύντες τῇ χάριτι, καθάπερ οἱ τοῦ οἴνου τὸ ἀκραιφνὲς τῷ ὕδατι κεραννύντες, κατὰ τὴν προφητείαν τὴν λέγουσαν· « Οἱ κάπηλοί σου μίσγουσι τὸν οἶνον ὕδατι. » Εἶτα ἐπειδὴ τοὺς μὲν ἔπληξεν, ἑαυτῷ δὲ τάληθὲς B μεμαρτύρηκεν, ἀναγκαίως ἐπήγαγεν·

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

α'. « Ἀρχόμεθα πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάναι [20] ; » Οὐχ ἡμῶν γὰρ ταῦτα ἦν λέγειν, ἀλλ' ὑμῶν τῶν ἀκριβῶς καὶ τὰ καθ' ἡμῶν [21] καὶ τὰ κατ' ἐκείνους ἐπισταμένων. Καὶ ἐπιμένει νύττων τῷ λόγῳ· « Ἢ μὴ χρῄζομεν, ὥς τινες, συστατικῶν ἐπιστολῶν πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐξ ὑμῶν [22] ; » Αἰνίττεται δὲ διὰ τούτων, ὡς τῶν ἀπατεώνων ἐκείνων τινὲς, καὶ παρ' ἑτέρων αὐτοῖς συνέστησαν, καὶ παρ' αὐτῶν πρὸς ἑτέρους συστατικοῖς ἐφωδιάσθησαν γράμμασι. Καὶ ἐπειδὴ ἀπόχρη πλῆξαι τὰ εἰρημένα, διὰ τῶν ἑξῆς τὴν θεραπείαν προσφέρει, καί φησιν·

C

β'. « Ἡ ἐπιστολὴ ἡμῶν [23] ὑμεῖς ἐστε, ἐγγεγραμμένη ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, γινωσκομένη καὶ ἀναγινωσκομένη ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων. » Ἡμεῖς οὐ δεόμεθα γραμμάτων· αὐτὰ γὰρ ἡμῖν τὰ πράγματα μαρτυρεῖ· καὶ ἐπιστολὴν ἔμψυχον ἔχομεν τὰ καθ' ἡμᾶς συνιστῶσαν ὑμῖν, τὴν πίστιν τὴν ὑμετέραν, τὴν πανταχοῦ γῆς καὶ θαλάττης φοδμένην. Ἡμεῖς γὰρ ὑμᾶς τῆς πλάνης ἀπαλλάξαντες τῷ τῆς θεογνωσίας φωτὶ προσηγάγομεν. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὰ ἑξῆς·

γ'. « Φανερούμενοι ὅτι ἐστὲ ἐπιστολὴ Χριστοῦ, διακονηθεῖσα ὑφ' ἡμῶν. » Καὶ τί λέγω ἡμῶν ; Αὐτοῦ γάρ ἐστε τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιστολή. Αὐτοῦ γὰρ τὰ ῥήματα τοῦ κηρύγματος [24], ἡμεῖς δὲ τῶν γραμμάτων διάκονοι. Ἐγγεγραμμένη οὐ μέλανι, ἀλλὰ D Πνεύματι Θεοῦ ζῶντος, οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις, ἀλλ' ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις. » Καταλιπὼν τοὺς τἀναντία διδάσκοντας, εἰς τὰ πράγματα μεταβαίνει, καὶ δείκνυσι τῶν δύο διαθηκῶν τὸ διάφορον. Ἡ μὲν γὰρ πλαξὶν ἐνεκολάφθη λιθίναις, ἡ δὲ ταῖς λογικαῖς ἐνεγράφη καρδίαις.

δ', ε'. « Πεποίθησιν δὲ τοιαύτην ἔχομεν διὰ τοῦ Χριστοῦ πρὸς τὸν Θεόν. Οὐχ ὅτι ἱκανοί ἐσμεν ἀφ'

* Isa. I, 22.

VARIÆ LECTIONES.

[20] συνιστάνειν. B. [21] καθ' ἡμᾶς B. [22] συστατικῶν addit B. [23] Sirmondi textus et versio Latina habebat ὑμῶν, quod in Græco suo etiam fuisse observat *Hervetus*. Sed τὸ ἡμῶν veram fuisse lectionem codicis, quo utebatur Theodoretus, perspicue docent vel verba, quibus orditur interpretationem versus 3 : τί λέγω ἡμῶν ; [24] ἡμῶν τοῦ κηρ. B.

Digitized by Google

ἑαυτῶν λογίσασθαί τι ὡς ἐξ ἑαυτῶν. » Εἰς καιρὸν τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων τὴν μνήμην παρήγαγεν, ἐπειδήπερ οἱ τἀναντία κηρύττοντες τὸν Θεὸν θεραπεύειν ἔλεγον τοῦ νόμου τὴν φυλακήν. Λέγει τοίνυν, ὅτι Θαῤῥοῦμεν τῷ τῶν ὅλων Θεῷ, τοῦ Χριστοῦ τοῦτο ἡμῖν δεδωκότος τὸ θάρσος. Οὐκ ἐφ' ἑαυτοῖς μέγα φρονοῦμεν, οὐδὲ ἐξ οἰκείων ὑφαίνοντες λογισμῶν προσφέρομεν τὰ κηρύγματα.

« Ἀλλ' ἡ ἱκανότης ἡμῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ, (ς'.) ὃς καὶ ἱκάνωσεν ἡμᾶς διακόνους Καινῆς Διαθήκης, οὐ γράμματος, ἀλλὰ πνεύματος. » Αὐτὸς γὰρ ἡμῖν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἀρκοῦσαν ἐχορήγησε δύναμιν, ὥστε διακονῆσαι τῇ τοῦ Πνεύματος χάριτι. Οὐ γὰρ τὰ παλαιὰ τοῦ νόμου προσφέρομεν γράμματα, ἀλλὰ τὴν καινὴν τοῦ Πνεύματος δωρεάν. » Τὸ γὰρ γράμμα ἀποκτείνει, τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ. » Ἀπὸ τοῦ τέλους ἀμφότερα τέθεικε. Τοὺς γὰρ παραβαίνοντας ὁ νόμος ἐκόλαζε, τοὺς δέ γε πιστεύοντας ἡ χάρις ζωοποιεῖ. Εἶτα σαφέστερον πρὸς ἑαυτοὺς τὴν παραξέτασιν.

ζ', η'. « Εἰ δὲ ἡ διακονία τοῦ θανάτου ἐν γράμμασιν, ἐντετυπωμένη λίθοις, ἐγενήθη ἐν δόξῃ, ὥστε μὴ δύνασθαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἀτενίσαι εἰς τὸ πρόσωπον Μωϋσέως διὰ τὴν δόξαν τοῦ προσώπου αὐτοῦ τὴν καταργουμένην· πῶς οὐχὶ μᾶλλον ἡ διακονία τοῦ Πνεύματος ἔσται ἐν δόξῃ; » Τὴν διακονίαν τοῦ νόμου διακονίαν τοῦ θανάτου προσηγόρευσεν, ἐπειδὴ τοὺς παραβαίνοντας ὁ νόμος ἐκόλαζεν. Εἰ τοίνυν, φησὶν, ἔνθα τιμωρία, καὶ θάνατος, καὶ γράμματα λίθοις ἐγκεκολαμμένα, τοσαύτην ὁ ταῦτα κομίζων ἐν τῷ προσώπῳ δόξαν ἐδέξατο, ὡς μὴ[25] φέρειν τοὺς ὁρῶντας τὴν αἴγλην τὴν ἐκεῖθεν ἐκπεμπομένην· πολλῷ μᾶλλον οἱ τῷ θείῳ διακονοῦντες Πνεύματι, πλείονος ἀπολαύσονται δόξης. *Διακονίαν* γὰρ *Πνεύματος* τῷ Πνεύματι διακονοῦντας ἐκάλεσεν, ὥσπερ αὖ πάλιν *διακονίαν θανάτου* τοὺς τῷ νόμῳ διακονήσαντας, τουτέστι Μωϋσέα. Σύγκρισιν γὰρ ποιεῖται Μωσέως καὶ τῶν κηρύκων τῆς χάριτος, καὶ δείκνυσιν ἐκεῖνον μὲν πλάκας κομίσαντα γεγραμμένας, τούτους δὲ τοῦ παναγίου Πνεύματος τὴν χάριν παρέχοντας· καὶ τὸν νόμον κολάζοντα, τὴν δὲ χάριν ζωοποιοῦσαν· καὶ τὴν μὲν ἐκείνῳ προσγενομένην δόξαν πρὸς ὀλίγον ἀρκέσασαν, τὴν δὲ τούτων εἰς αἰῶνα διαμένουσαν· καὶ ἐκεῖ μὲν Μωϋσέα μόνον μεταλαγχάνοντα[26] τῆς δόξης, ἐνταῦθα δὲ οὐ μόνους τοὺς ἀποστόλους, ἀλλὰ καὶ τοὺς διὰ τούτων πεπιστευκότας. Εἶτα πλατύτερον ποιεῖται τὴν σύγκρισιν, ἵνα δείξῃ τῆς χάριτος τὴν ὑπερβολήν.

θ'. Εἰ γὰρ ἡ διακονία τῆς κατακρίσεως δόξα, πολλῷ μᾶλλον περισσεύει[27] ἡ διακονία τῆς δικαιοσύνης ἐν δόξῃ. » Ὁ νόμος τῶν ἁμαρτανόντων κατεψηφίζετο, ἡ δὲ χάρις τούτους δεχομένη, διὰ τῆς πίστεως δικαιοῖ· προσάγει γὰρ τῷ θείῳ βαπτίσματι, καὶ δωρεῖται τὴν ἄφεσιν. Εἰ τοίνυν ὁ ἐκείνῃ διακονήσας μετέλαχε δόξης, πολλῷ μᾶλλον οἱ ταύτῃ ὑπηρέται πλείονος ἀπολαύσονται.

ι'. « Καὶ γὰρ οὐ δεδόξασται τὸ δεδοξασμένον ἐν

A mus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis. » Opportune Dei universorum meminit, quoniam qui contraria prædicabant, dicebant Deum exigere legis observationem. Dicit ergo : Nos in Deo universorum fiduciam habemus, cum Christus nobis hanc fiduciam dederit. Non nobis de nobis ipsis placemus, nec ex propriis cogitationibus nostris contextas prædicationes afferimus.

« Sed sufficientia nostra ex Deo est : (VERS. 6.) qui et idoneos nos fecit ministros Novi Testamenti : non litteræ, sed spiritus. » Ipse enim universorum Deus sufficientem nobis præbuit facultatem, ut gratiæ Spiritus ministraremus. Non enim veteris legis litteras afferimus, sed novum donum Spiritus. « Littera enim occidit, spiritus autem vivificat. » B Utraque ex fine posuit. Eos enim qui transgrediebantur lex puniebat : gratia autem eos qui credunt vivificat. Deinde ea inter se apertius comparat.

VERS. 7, 8. « Quod si ministratio mortis in litteris, deformata in lapidibus, fuit in gloria, **303** ita ut non possent intendere filii Israel in faciem Mosis propter gloriam vultus ejus, quæ evacuatur : quomodo non magis ministratio Spiritus erit in gloria? » Ministrationem legis vocavit ministrationem mortis, quoniam lex puniebat eos qui transgrediebantur. Si ergo, inquit, ubi supplicium, et mors, et litteræ lapidibus insculptæ, tantam is qui ea afferebat, in vultu gloriam acceperat, ut qui videbant emicantem ex eo splendorem non ferrent : multo magis qui C divino Spiritui serviunt, fruentur majori gloria. *Ministrationem* enim *Spiritus* vocavit eos qui Spiritui serviunt : sicut rursus *ministrationem mortis* eos qui legi servierunt, hoc est, Mosen. Confert enim Mosen et prædicatores gratiæ, et ostendit illum quidem attulisse scriptas tabulas, hos autem præbere gratiam sanctissimi Spiritus : et legem quidem punire, Spiritum autem vivificare : et quæ illi adfuit, gloriam brevi tempore durasse, horum autem gloriam manere in æternum : et illic quidem solum Mosen fuisse gloriæ participem, hic autem non solos apostolos, sed eos etiam qui per illos crediderunt. Deinde fusius eadem confert, ut gratiam longe superare ostendat.

D VERS. 9. « Nam si ministratio damnationis gloria est, multo magis abundat ministerium justitiæ in gloria. » Lex peccantes condemnabat, gratia autem eos admittens, per fidem justificat : ad divinum enim baptismum adducit, et donat remissionem. **304** Si ergo qui illi serviit fuit gloriæ particeps, multo magis qui huic servierunt, majorem assequentur.

VERS. 10. « Nam nec glorificatum est quod cla-

ARIÆ LECTIONES.

[25] Hæc : ὡς μὴ — ἐκπεμπομένην, desideratur ap. Œc. [26] μεταλαχόντα B. [27] περισσεύει non est in B; nec illud habuit in codice suo Hervetus.

Digitized by Google

ruit in hac parte, propter excellentem gloriam. » Tanta est enim gloria, quæ istis est asservata, ut ne gloriam quidem fuisse merito dixerit quispiam eam quæ Mosi adfuit, si ad hos respiciat. Noctu enim lumen lucernæ videtur splendidissimum : meridie autem absconditur, et ne lumen quidem esse putatur. Deinde etiam aliter :

A τούτῳ τῷ μέρει, ἕνεκεν τῆς ὑπερβαλλούσης δόξης. » Τοσαύτη γὰρ ἐστιν ἡ τούτοις [28] προσεσωσμένη, ὅτι οὔτε δόξαν [29] εἴποι τις ἂν εἰκότως τὴν Μωϋσῇ προσγενομένην, ἀποβλέπων εἰς τούτους. Ἐν νυκτὶ μὲν γὰρ τὸ λυχνιαῖον φῶς φανώτατον εἶναι δοκεῖ, ἐν μεσημβρίᾳ δὲ μέσῃ κρύπτεται, καὶ οὐδὲ φῶς εἶναι νομίζεται. Εἶτα καὶ ἑτέρως·

VERS. 11. « Si enim quod evacuatur, per gloriam est : multo magis quod manet, est in gloria. » Legem vacuam (sublatam) vocavit, ut quæ Christi Domini adventu cessaverit : *quod manet* autem donum gratiæ, quod non sit finem habiturum. Si ergo illud, inquit, gloriam consecutum est, hoc etiam profecto multiplicem assequetur.

ια'. « Εἰ γὰρ τὸ καταργούμενον, διὰ δόξης, πολλῷ μᾶλλον τὸ μένον ἐν δόξῃ. » Τὸν νόμον ἐκάλεσε *καταργούμενον*, ὡς παυσάμενον τῇ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ παρουσίᾳ [30] *μένον* δὲ τὸ τῆς χάριτος δῶρον, ὡς οὐ ληψόμενον τέλος. Εἰ τοίνυν ἐκεῖνο, φησὶ, τετύχηκε δόξης, δηλονότι καὶ τοῦτο πολλαπλασίας τεύξεται.

VERS. 12. « Habentes igitur talem spem, multa fiducia utimur. » Scimus gloriæ magnitudinem, et B nihil dubitamus, sed libere ostendimus, quanta sit gratiæ excellentia.

ιβ'. « Ἔχοντες οὖν τοιαύτην ἐλπίδα, πολλῇ *παῤῥησίᾳ* χρώμεθα. » Ἴσμεν τῆς δόξης τὸ μέγεθος, καὶ οὐδὲν ὑφορώμεθα, ἀλλὰ σὺν *παῤῥησίᾳ* δείκνυμεν τῆς χάριτος τὴν ὑπερβολήν.

VERS. 13. « Et non sicut Moses ponebat velamen super faciem suam, ut non intenderent filii Israel in finem ejus quod evacuatur. » Nos velamine opus non habemus, sicut ille, quia cum fidelibus loquimur ; omnes autem qui credunt, intelligentis lucis splendore fruuntur. Significat ergo, quod Judæorum incredulitatem vaticinans divinissimus Moses, velo faciem obtexerit, docens legis finem illos minime visuros. « Finis enim legis Christus ad justitiam omni credenti [f]. » **305** Hoc est enim quod ait, « ut non intenderent filii Israel in finem ejus quod evacuatur. » Evacuari enim legem dicit, hoc est, cessare : finem autem ejus quod evacuatur, C eum qui sub lege prædicatur, hoc est Christum. Deinde ostendit veritatem libertatis.

ιγ'. « Καὶ οὐ καθάπερ Μωϋσῆς ἐτίθει κάλυμμα ἐπὶ τῷ προσώπῳ [31] ἑαυτοῦ πρὸς τὸ μὴ ἀτενίσαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ εἰς τὸ τέλος τοῦ καταργουμένου. » Ἡμεῖς οὐ δεόμεθα τοῦ καλύμματος, καθάπερ ἐκεῖνος· πιστοῖς γὰρ διαλεγόμεθα, πάντες δὲ οἱ πιστεύοντες τῆς τοῦ νοεροῦ φωτὸς ἀπολαύουσιν αἴγλης. Δηλοῖ δὲ ὁ λόγος, ὡς τὴν Ἰουδαίων ἀπιστίαν ὁ θειότατος Μωϋσῆς προθεσπίζων, ἐπετίθει τῷ προσώπῳ τὸ κάλυμμα, διδάσκων ὡς τοῦ νόμου τὸ τέλος ἰδεῖν οὐ δυνήσονται. « Τέλος γὰρ νόμου Χριστὸς εἰς δικαιοσύνην παντὶ τῷ πιστεύοντι. » Τοῦτο γὰρ ἔφη, *πρὸς τὸ μὴ ἀτενίσαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ εἰς τὸ τέλος τοῦ καταργουμένου*. Καταργούμενον γὰρ ἔφη τὸν νόμον, τουτέστι παυόμενον· τέλος δὲ τοῦ καταργουμένου, τὸν ὑπὸ τὸν νόμον κηρυττόμενον, τουτέστι, τὸν Χριστόν. Εἶτα δείκνυσι τὸ τῆς *παῤῥησίας* ἀληθές.

VERS. 14. « Sed obcæcati sunt sensus eorum. » Non alio quopiam obcæcante, sed ipsismet libera voluntate hoc malum suscipientibus. « Usque in hodiernum enim diem id ipsum velamen in lectione Veteris Testamenti manet non revelatum, quoniam (id quod) in Christo evacuatur. » Mosis habitum ad hunc usque diem lex induit, et imponitur velamen iis qui absque fide eam legere aggrediuntur.

ιδ'. « Ἀλλ' ἐπωρώθη τὰ νοήματα αὐτῶν. » Οὐκ ἄλλου τινὸς πωρώσαντος, ἀλλ' αὐτῶν αὐθαιρέτῳ γνώμῃ τὸ πάθος εἰσδεξαμένων. « Ἄχρι γὰρ τῆς σήμερον τὸ αὐτὸ κάλυμμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης μένει μὴ ἀνακαλυπτόμενον, ὅτι (ὅτι) ἐν Χριστῷ καταργεῖται. » Τὸ σχῆμα τοῦ Μωϋσέως μέχρι σήμερον ὁ νόμος περίκειται, καὶ ἐπίκειται τὸ κάλυμμα τοῖς δίχα πίστεως ἀναγινώσκειν ἐπιχειροῦσιν.

VERS. 15. « Sed usque in hodiernum diem, cum legitur Moses, velamen positum est super cor eorum. » Mosen legem appellavit, *velamen* autem incredulitatem. Porro autem docet etiam quomodo auferri possit velamen.

ιε'. « Ἀλλ' ἕως σήμερον [32] ἡνίκα ἀναγινώσκηται D Μωϋσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται. » Μωϋσέα τὸν νόμον ἐκάλεσε, κάλυμμα δὲ τὴν ἀπιστίαν· διδάσκει δὲ καὶ πῶς δυνατὸν περιαιρεθῆναι τὸ κάλυμμα.

VERS. 16. « Cum autem conversus fuerit ad

ις'. « Ἡνίκα δ' ἂν ἐπιστρέψῃ [33] πρὸς Κύριον, περι-

[f] Rom. x, 4.

VARIÆ LECTIONES.

[28] Œcumenius : ἡ τοῖς διακόνοις τῆς χάριτος προσεσομένη δόξα. Habet etiam σ. προσεσομένη recte. Hervetus autem *asservata*. [29] ὅτι οὐδὲ δόξαν — τὴν Μωσεῖ προσγεν. Œc. [30] τῇ Χριστοῦ παρουσίᾳ. Œc. [31] τὸ πρόσωπον B. [32] μέχρι γὰρ τῆς σήμερον videtur Noster legisse Qu. 69 in Exodum, ubi interpretatur hæc verba ; sed ibi pariter atque in Josuam init. verba versus 14 et 15 pro arbitrio conjungit. Perspicue eum legisse : ἕως et quæ sequuntur, patet e Qu. 43 in Deuteron., nisi quod ibi sit ἀναγινώσκεται. [33] ὅτ' ἂν δὲ ἐπιστρ. Theod. ad psal. cxviii, 18, ut in ὑποθέσει ad Ezechielem : ἐὰν ἐπιστρέψωσι πρὸς Κύριον, κ. τ. ἑξ.

Digitized by Google

αιρεῖται τὸ κάλυμμα. » Μωϋσῆς τῷ μὲν λαῷ διαλεγόμενος ἐπικείμενον εἶχε τὸ κάλυμμα· τῷ δὲ Θεῷ προσιὼν, περιῃρεῖτο τὸ κάλυμμα. Οὕτω τοίνυν καὶ σὺ, ἐὰν πρὸς τὸν Κύριον [35] ἀπιδεῖν ἐθέλεις, τοῦ τῆς ἀπιστίας ἀπαλλαγήσῃ καλύμματος. Τίς δὲ οὗτος πρὸς ὃν δεῖ ἀποβλέψαι ;

A Dominum, auferetur velamen. Moses quando cum populo loquebatur, velum habebat impositum : quando autem ad Deum accedebat, auferebatur velamen. Ita ergo tu quoque, si ad Dominum respicere volueris, ab incredulitatis velamine liberaberis. Quis est autem is ad quem oportet respicere?

ιζ'. « Ὁ δὲ Κύριος τὸ Πνεῦμά ἐστιν. » Ἔδειξε τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος τὸ ὁμότιμον. Μωϋσῆς γὰρ πρὸς τὸν Θεὸν τὴν ὄψιν ἐπέστρεφεν, ἡμεῖς δὲ πρὸς τὸ Πνεῦμα. Οὐκ ἂν δὲ, κρείττονα δεῖξαι βουλόμενος τῶν παλαιῶν τὰ καινὰ, τοῦ Πνεύματος τὴν μνήμην παρήγαγεν, εἴπερ ἄρα κτίσμα ἦδει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Εἰ γὰρ κτίσμα κατὰ τοὺς Ἀρείου καὶ Εὐνομίου, ἡμεῖς δὲ τούτῳ προσίεμεν, Μωϋσῆς δὲ τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Ἐλάττονα ἄρα πολλῷ τῶν παλαιῶν τὰ ἡμέτερα. Εἰ δέ γε οὐκ ἐλάττονα, ἀλλὰ καὶ μείζονα, καὶ πολλῷ μείζονα, οὐκ ἄρα κτίσμα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' ἰσοδύναμον καὶ ὁμότιμον. Ἀλλ' ἀναιδείᾳ χρώμενοι, τὸν Κύριον ἐνταῦθα Πνεῦμα προσηγορεῦσθαί φασιν, οὐκ αὐτὸ τὸ Πνεῦμα Κύριον. Ἀνοίας δὲ τοῦτο καὶ ἀναιδείας μεστόν. Πᾶσαν γὰρ τὴν σύγκρισιν τοῦ γράμματος καὶ τοῦ Πνεύματος ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἐποιήσατο. *Ἐγγεγραμμένη γὰρ, φησὶν, οὐ μέλανι, ἀλλὰ Πνεύματι Θεοῦ ζῶντος.* Καὶ πάλιν· *Οὐ γράμματος, ἀλλὰ Πνεύματος* · Καὶ αὖθις · *Τὸ γὰρ γράμμα ἀποκτείνει, τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ.* Καὶ πάλιν · *Πῶς οὐχὶ ἡ διακονία τοῦ πνεύματος ἔσται ἐν δόξῃ ;* δῆλον τοίνυν ὡς τὸ πανάγιον Πνεῦμα Κύριον ὁ θεῖος Ἀπόστολος προσηγόρευσε. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὰ ἑξῆς· φησὶ γάρ· « Οὗ δὲ τὸ Πνεῦμα Κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία. » Εἰ δὲ τὸν Κύριον Πνεῦμα προσηγόρευσεν, εἶπεν ἂν Οὗ δὲ ὁ Κύριος· ἀλλ' οὐχ οὕτως εἴρηται, ἀλλὰ Πνεῦμα Κυρίου αὐτὸ προσηγόρευσεν, ἐπειδὴ δι' αὐτοῦ ἡ τούτου κεχορήγηται χάρις. Καὶ ἵνα μή τις αὐτὸ ὑπουργὸν ὑπολάβῃ [36], ἀναγκαίως προστέθεικεν ὅτι Κύριος τὸ Πνεῦμα.

Versus 17. « Dominus autem Spiritus est. » Ostendit Deum et Spiritum honore æquales esse. Moses enim oculos ad Deum convertebat : nos autem ad **306** Spiritum. Neque vero, cum vellet ostendere nova esse veteribus præstantiora, Spiritus mentionem fecisset, si Spiritum sanctum creaturam esse scivisset. Etenim si creatura est, ut volunt Ariani et Eunomiani, et nos ad eum accedimus, Moses autem ad Deum et Patrem : nostra ergo longe sunt B minora veteribus. Quod si minora non sunt, sed majora, ac multo majora, non est ergo Spiritus sanctus creatura, sed æqualem habet honorem et potestatem. Verumtamen impudenter dicunt Dominum hoc loco Spiritum appellari, non ipsum Spiritum Dominum. Hoc autem inscitia et impudentia plenum est. Divinus enim Apostolus fecit omnino comparationem spiritus et litteræ. *Scripta* enim, inquit, *non atramento, sed spiritu Dei vivi.* Et rursus : *Non litteræ, sed spiritus.* Et iterum : *Littera enim occidit, spiritus autem vivificat.* Et denuo, *Quomodo non ministratio Spiritus erit in gloria ?* Clarum est ergo quod sanctissimum Spiritum Dominum appellaverit divinus Apostolus. Confirmant id etiam quæ sequuntur. Dicit enim : « Ubi autem C Spiritus Domini, ibi libertas. » Si autem Dominum Spiritum appellasset, dixisset : Ubi autem Dominus. Sed non ita dixit, sed ipsum Domini Spiritum appellavit, quoniam per ipsum hujus data est gratia. Et ne quis ipsum administrum esse putaret, necessario adjecit Spiritum esse Dominum.

ιη'. « Ἡμεῖς δὲ πάντες ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμενοι, τὴν [37] αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα, ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύματος. » Μωϋσῆς μόνος ἀπήλαυσε τῆς δόξης · ἐνταῦθα δὲ οἱ πιστεύοντες ἅπαντες. Ἐκεῖνος κάλυμμα εἶχε διὰ τὴν Ἰουδαίων ἀσθένειαν · ἡμεῖς δὲ πιστοῖς τὴν διδασκαλίαν προσφέροντες οὐ δεόμεθα καλύμματος, ἀλλὰ γυμνῷ τῷ D προσώπῳ τὴν τοῦ Κυρίου κατοπτριζόμεθα δόξαν · τὴν γὰρ τῆς ἀπιστίας οὐ περικείμεθα λήμην. Ἔλκομεν ἐκεῖθεν οὐ σμικρὰν δόξης μαρμαρυγήν. Τοῦτο δὲ ἴδιον τῶν καθαρὰν κεκτημένων καρδίαν. Ὥσπερ γὰρ τὸ διαφανὲς ὕδωρ ἐκμάττεται τῶν εἰσορώντων τὰς ὄψεις, καὶ αὐτοῦ τοῦ ἡλίου τὸν κύκλον, καὶ τῶν οὐρανῶν τὰ κύτη · οὕτως ἡ καθαρὰ καρδία τῆς θείας δόξης οἷόν τι ἐκμαγεῖον καὶ κάτοπτρον γίνεται. Οὕτω καὶ ὁ Κύριος ἔφη · « Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ

Versus 18. « Nos vero omnes revelata facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur a gloria in gloriam, tanquam a Domino Spiritu. » **307** Moses solus fruebatur gloria : hic autem omnes qui credunt. Ille velamen habebat, propter Judæorum imbecillitatem : nos autem qui fidelibus doctrinam exhibemus, velamine opus non habemus, sed nuda facie gloriam Domini speculamur, quia incredulitatis lema minime impedimur. Illinc non parvum gloriæ splendorem trahimus. Hoc autem proprium est eorum qui mundum cor possident. Quemadmodum enim aqua perspicua, eorum vultum qui inspiciunt, et ipsius solis orbem, et cœlorum convexa repræsentat : ita etiam cor purum fit divinæ gloriæ veluti quoddam speculum et effigies. Ita et Dominus dixit : « Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt [8]. » *A gloria*

[8] Matth. v, 8.

VARIÆ LECTIONES.

[35] Θεὸν B. [36] λάβῃ B. [37] εἰς τὴν. Theod. Qu. 69 in Exod. Sed ad Cant. I, 8, et VI, 9 prorsus iisdem, quæ in nostro sunt textu, verbis utitur, eaque ipsa adhibet in *Philotheo* c. 1.

Digitized by Google

autem dicit divini Spiritus, *in gloriam* nostram, quasi dicat, illinc accipimus. Hoc enim subjunxit, *tanquam a Domino Spiritu*. Et hinc etiam manifestum est, quod antea quoque Spiritum Dominum appellaverit.

CAP. IV.

VERS. 1. « Ideo habentes hanc ministrationem, juxta quod misericordiam consecuti sumus, non deficimus. » * Aperte docuit se ministrationem Spiritus appellasse prædicatores. Dicit autem se per solam Dei benignitatem eam esse consecutum: Eamque ob causam, inquit, adversa, quæ accidunt, forti animo sustinemus.

VERS. 2. « Sed abdicamus occulta dedecoris. » Circumcisionem dicit, quam qui ex gentibus crediderant prædicabant. Hoc etiam alibi dicit: « Sed quæ erant mihi lucra, ea existimavi propter Christum detrimentum. » Et rursus: « Verum etiam **308** omnia rejectamenta existimo, ut Christum lucrifaciam [h]. » — « Non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum Dei, sed manifestatione veritatis commendantes nosmetipsos, ad omnem conscientiam hominum coram Deo. » Illos rursus arguit, quod legis administione divinam prædicationem corrumpant, et calliditate utantur, et doctrinam non simpliciter tradant. Nos autem, inquit, veritatis testes habemus, et homines qui recte sentiunt, et ipsummet conscientiæ inspectorem. Deinde quoniam dixerat, *Nos omnes revelata facie gloriam Domini speculamur*, erant autem multi quos impediebat lema incredulitatis, et qui divina intueri non poterant, necessario subjunxit:

VERS. 3. « Quod si etiam opertum est Evangelium nostrum, in iis qui pereunt est opertum. » Et superius dixerat: *Aliis odor mortis in mortem, aliis odor vitæ in vitam.*

VERS. 4. « In quibus Deus. » Hic ponendum est incisum. « Hujus sæculi excæcavit mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio Evangelii gloriæ Christi, qui est imago Dei. » Ostendit incredulitatem hoc sæculo circumscriptam esse: in alia enim vita nuda omnibus veritas ostenditur. Deus autem eos excæcavit, non quod ipse eis incredulitatem immiserit: sed cum vidisset eorum incredulitatem, non permisit ut viderent occulta mysteria. « Ne dederitis, inquit, sancta canibus: nec jeceritis margaritas vestras ante porcos [i]. » Et rursus: « Propterea in parabolis loquor eis, quod videntes non vident, et audientes non intelligunt [j]. » Agnitione enim et **309** fide opus est, ut sint lucis participes. Imbecillis enim oculis sol est inimicus. Christum autem Dei imaginem utpote

καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται. » Ἀπὸ δόξης δὲ λέγει τῆς τοῦ Θείου Πνεύματος, εἰς δόξαν τὴν ἡμετέραν, ἀντὶ τοῦ, Ἐκεῖθεν δεχόμεθα. Τοῦτο γὰρ ἐπήγαγε· *Καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύματος*. Καὶ ἐντεῦθεν δὲ δῆλον, ὅτι καὶ ἐν τοῖς πρόσθεν τὸ Πνεῦμα προσηγόρευσε Κύριον.

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

α'. « Διὰ τοῦτο ἔχοντες τὴν διακονίαν ταύτην, καθὼς ἠλεήθημεν, οὐκ ἐκκακοῦμεν. » Ἐναργῶς ἐδίδαξεν ὡς διακονίαν Πνεύματος τοὺς κήρυκας προσηγόρευσεν· ἔφη δὲ ταύτης διὰ μόνην φιλανθρωπίαν τετυχηκέναι. Οὗ δὴ χάριν, φησὶ, φέρομεν γενναίως τὰ προσπίπτοντα λυπηρά.

β'. « Ἀλλ' ἀπειπάμεθα τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης. » Τὴν περιτομὴν λέγει, ἣν οἱ ἐξ ἐθνῶν [37] πεπιστευκότες ἐκήρυττον· τοῦτο καὶ ἀλλαχοῦ ἔφη· « Ἀλλ' ἅτινά μοι ἦν κέρδη, ταῦτα ἥγημαι διὰ Χριστὸν ζημίαν. » Καὶ πάλιν· « Ἀλλὰ μὲν οὖν καὶ ἡγοῦμαι πάντα σκύβαλα, ἵνα Χριστὸν κερδήσω. « Μὴ περιπατοῦντες ἐν πανουργίᾳ, μηδὲ δολοῦντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τῇ φανερώσει τῆς ἀληθείας συνιστῶντες ἑαυτοὺς πρὸς πᾶσαν συνείδησιν ἀνθρώπων ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. » Πάλιν ἐκείνους ἐλέγχει τῇ τοῦ νόμου ἐπιμιξίᾳ τὸ θεῖον κήρυγμα διαφθείροντας, καὶ πανουργίᾳ χρωμένους, καὶ οὐχ ἁπλοϊκῶς τὴν διδασκαλίαν προσφέροντας. Ἡμεῖς δὲ, φησὶ, τῆς ἀληθείας καὶ τῶν ἀνθρώπων τοὺς εὖ φρονοῦντας ἔχομεν μάρτυρας, καὶ αὐτὸν τὸν τοῦ συνειδότος Ἐπόπτην. Εἶτα ἐπειδὴ ἔφη, *Ἡμεῖς πάντες ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμεθα*, ἦσαν δὲ πλεῖστοι τὴν τῆς ἀπιστίας περικείμενοι λήμην, καὶ τὰ θεῖα καθορᾶν οὐ δυνάμενοι, ἀναγκαίως ἐπήγαγεν·

γ'. « Εἰ δὲ [38] καὶ ἔστι κεκαλυμμένον τὸ Εὐαγγέλιον ἡμῶν, ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις ἐστὶ κεκαλυμμένον. » Τοῦτο καὶ ἄνω ἔφη· *Οἷς μὲν ὀσμὴ θανάτου εἰς θάνατον, οἷς δὲ ὀσμὴ ζωῆς εἰς ζωήν*.

δ'. « Ἐν οἷς ὁ Θεός. » Ἐνταῦθα ὑποστικτέον. « Τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, εἰς τὸ μὴ αὐγῆσαι τὸν φωτισμὸν τοῦ Εὐαγγελίου τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ, ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ. » Ἔδειξεν ὅτι τῷδε τῷ αἰῶνι ἡ ἀπιστία περιώρισται· ἐκείνῳ γὰρ τῷ βίῳ γυμνὴ πᾶσιν ἡ ἀλήθεια δείκνυται. Ἐτύφλωσε δὲ τούτους ὁ Θεὸς, οὐκ αὐτὸς τὴν ἀπιστίαν ἐνθεὶς, ἀλλὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν θεασάμενος, οὐκ εἴασεν ἰδεῖν τὰ κεκρυμμένα μυστήρια. « Μὴ δῶτε, φησὶ, τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, μηδὲ ῥίψητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων. » Καὶ πάλιν· « Διὰ τοῦτο ἐν παραβολαῖς λαλῶ αὐτοῖς, ὅτι βλέποντες οὐ βλέπουσι, καὶ ἀκούοντες οὐ συνιῶσι. » Δεῖ γὰρ ἐπιγνώσεως καὶ πίστεως, ὥστε μεταλαχεῖν τοῦ φωτός. » Ἀσθενοῦσι γὰρ ὀφθαλμοῖς πολέμιος ἥλιος. Εἰκόνα δὲ τοῦ Θεοῦ τὸν Χριστὸν, ὡς Θεὸν ἐκ

[h] Philipp. III. 7, 8. [i] Matth. VII, 6. [j] ibid. XIII, 12.

VARIÆ LECTIONES.

[37] Non dubito legendum esse: ἐξ Ἰουδαίων: id quod ipsa res docet et ea quæ sequuntur. [38] Eadem legit in ὑποθέσει in Ezechielem.

Digitized by Google

Θεοῦ προσηγόρευσεν. Ἐν ἑαυτῷ γὰρ δείκνυσι τὸν Πατέρα. Διό φησιν· « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν Πατέρα. »

ε'. « Οὐ γὰρ ἑαυτοὺς κηρύσσομεν, ἀλλὰ Χριστὸν Ἰησοῦν Κύριον· ἑαυτοὺς δὲ δούλους ὑμῶν διὰ Ἰησοῦν. » Τοῦτο καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ γέγραφεν· « Οὕτως ἡμᾶς λογιζέσθω ἄνθρωπος ὡς ὑπηρέτας Χριστοῦ, καὶ οἰκονόμους μυστηρίων Θεοῦ. » Ἐνταῦθα δὲ καὶ ταπεινότερα περὶ ἑαυτοῦ εἴρηκεν· οὐ γὰρ μόνον τοῦ Χριστοῦ δοῦλον ἑαυτὸν, ἀλλὰ καὶ τῶν πιστῶν προσηγόρευσε, διὰ τὴν περὶ ἐκεῖνον ἀγάπην. Τοῦτο γὰρ εἶπε, *διὰ Ἰησοῦν*.

ς'. « Ὅτι ὁ Θεὸς ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι, ὃς ἔλαμψεν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, πρὸς φωτισμὸν τῆς γνώσεως τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ ἐν προσώπῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Ὁ πάλαι, φησὶ, λόγῳ τοῦ φωτὸς τὴν φύσιν παραγαγὼν, καὶ εἰπών· « Γενηθήτω φῶς, » οὗτος νῦν οὐκ ἐκείνῳ, ἀλλὰ τῷ οἰκείῳ τὰς ἡμετέρας διανοίας κατηύγασεν, ὥστε αὐτοῦ τὴν δόξαν δι' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ κατιδεῖν· τὸ δὲ, *ἐν προσώπῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ*, ταύτην ἔχει τὴν διάνοιαν. Ἐπειδὴ ἡ θεία φύσις ἀόρατος, διὰ τῆς ληφθείσης ἀνθρωπότητος, τῷ θείῳ φωτὶ περιλαμπομένης, καὶ ἀστραπὰς ἀφιείσης, καθορᾶται ὡς ἔνεστι. Δῆλον δὲ καὶ ἐντεῦθεν, ὡς οὐχ ὁ Θεὸς τοῖς ἀπίστοις τὴν ἀπιστίαν ἐνέθηκεν, ὁ πᾶσιν ἀφθόνως τὴν τοῦ νοεροῦ φωτὸς δωρησάμενος αἴγλην· ἀλλ' αὐτοὶ μὲν τὴν ἀπιστίαν ἠγάπησαν, αὐτὸς δὲ αὐτοῖς ἰδεῖν οὐκ ἐθελήσασιν, οὐ προσήνεγκε τὴν ὀκτῖνα.

ζ'. « Ἔχομεν δὲ τὸν θησαυρὸν τοῦτον ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν, ἵνα ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως ᾖ τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ ἐξ ἡμῶν. » Ἐπειδὴ γὰρ μεγάλα ἦν τὰ περὶ τῶν κηρύκων τῆς Καινῆς Διαθήκης εἰρημένα, ἐωρῶντο δὲ οὗτοι παγχάλεπα ὑπομένοντες, ἀναγκαίως ἐδίδαξεν, ὅτι καὶ ταῦτα τοῦ Θεοῦ κηρύττει τὴν δύναμιν. Καὶ θησαυρῷ μὲν ἀπεικάζει τὴν δεδομένην τοῦ Πνεύματος χάριν· ὀστράκῳ δὲ τὴν φύσιν τοῦ σώματος. Τεκμήριον δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως μέγιστον, τὸ πληγὰς τοῦτο μυρίας δεχόμενον μὴ ἀπολέσαι τὸν θησαυρόν. Εἶτα τὸν τῶν πειρασμῶν ἀπαριθμεῖται κατάλογον, καὶ τὴν ἀναλογοῦσαν τούτοις ἐπικουρίαν δείκνυσι τοῦ Θεοῦ.

η', θ'. « Ἐν παντὶ [39] θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ στενοχωρούμενοι· ἀπορούμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι· διωκόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐγκαταλιπόμενοι· καταβαλλόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἀπολλύμενοι. » Εἰ γὰρ τούτων οὐδὲν ἡμῖν προσέβαλλεν, οὐκ ἂν ἐδείχθη τὸ τῆς θείας δυνάμεως μέγεθος. Ἐπειδὴ δὲ ὡς ἐοίκαμεν φυτοῖς ἐν πυρὶ τεθηλότι, κηρύττομεν δι' ὧν πάσχοντες ἀπήμαντοι φυλαττόμεθα, τοῦ προασπίζοντος Θεοῦ τὴν ἰσχύν. Τὸ δὲ *ἀπορούμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι*, ἀντὶ τοῦ, Ἐν ἀπόροις πράγμασι πόρους εὑρίσκομεν σωτηρίας.

Deum de Deo, appellavit. ' In seipso enim Patrem ostendit. Unde dicit : « Qui me vidit, vidit Patrem [k]. »

Vers. 5. « Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Jesum Christum Dominum : nos autem servos vestros propter Jesum. » Hoc etiam dixit in priore : « Ita nos existimet homo, sicut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei [l]. » Hic autem etiam humilius de se locutus est. Non solum enim se Christi servum, sed etiam fidelium appellavit, propter illorum in ipsum amorem. Hoc enim est quod ait, *propter Jesum*.

Vers. 6. « Quoniam Deus, qui dixit de tenebris lumen splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, in facie Jesu Christi. » Qui olim, inquit, lucis naturam verbo produxit, et dixit, « Fiat lux, » is nunc non illa, sed sua ipsius mentes nostras illustravit, ut ipsius gloriam per ipsum Christum conspiceremus. Illud autem, *in facie Jesu Christi*, hunc habet sensum : Quoniam divina natura sub aspectum non cadit, per sumptam humanitatem divina luce resplendentem, et fulgura emittentem, conspicitur ut est. Hinc autem etiam manifestum est, quod Deus incredulis incredulitatem non immiserit, qui intelligentis lucis splendorem omnibus abunde præbuit : sed ipsi quidem dilexerunt incredulitatem, ipse autem eis, cum nollent aspicere, splendorem non præbuit.

Vers. 7. Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus : ut sublimitas sit virtutis Dei, et non ex nobis. » Quoniam enim magna erant, **310** quæ de Novi Testamenti prædicatoribus dicta sunt, gravissima autem sustinere videbantur, necessario docuit quod ea etiam Dei potentiam demonstrent. Et thesauro quidem comparat Spiritus gratiam quæ data est; testæ autem naturam corporis. Hoc autem signum est maximum Dei potentiæ, quod, cum istud innumerabiles plagas accipit, thesaurum tamen non perdit. Deinde adversitatum recenset catalogum, et Dei auxilium, quod ad eas refertur, ostendit.

Vers. 8, 9. « In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur : aporiamur, sed non destituimur : persecutionem patimur, sed non derelinquimur : dejicimur, sed non perimus. » ' Si enim nihil horum nos invaderet, non esset demonstrata divinæ potentiæ magnitudo. Sed quia videmur esse similes arboribus, quæ per ignem germinant, per hoc quod patientes illæsi servamur, protegentis Dei potentiam prædicamus. Illud autem, *aporiamur* (dubitantes hæremus), *sed non destituimur*, idem est ac, In rebus arduis, et quarum difficilis est exitus, nos viam salutis invenimus.

[k] Joan. XIV, 9. [l] I Cor. IV, 1.

VARIÆ LECTIONES.

[39] Integer hic versus planissime sic legitur quoque ad psal. CXVIII, 165 et psal. XCIII, 19.

Digitized by Google

VERS. 10. « Semper mortificationem Domini Jesu in corpore nostro circumferentes, ut et vita Jesu manifestetur in corpore nostro. » Ita etiam dicit alibi : « Si compatimur, ut et conglorificemur. »

VERS. 11. « Semper enim nos qui vivimus, in mortem tradimur propter Jesum : ut et vita Jesu manifestetur in carne nostra mortali. » Hac de causa mortis pericula pro Domino libenter adimus, ut et vitæ ejus simus participes, et caducam vitam dantes, immortalitatem **311** corporis adipiscamur. Illud autem, *semper*, ad perfectam est compositionem; voluit enim dicere : Nos enim qui vivimus.

VERS. 12. « Ergo mors in nobis operatur : vita autem in vobis. » Pro vestra enim salute pericula adimus : cum periculis enim vobis doctrinam tradimus : nobis autem periclitantibus, vos vita fruimini. Quoniam autem immortalis vitæ meminit, ea autem in spe versatur, quod vero speratur non videtur, propheticam vocem in memoriam revocat, docens etiam sanctos, qui olim fuerunt, fuisse fide illustratos.

VERS. 13. « Habentes autem eumdem spiritum fidei, sicut scriptum est : Credidi, propter quod locutus sum : et nos credimus propter quod et loquimur. » Valde autem apposite protulit testimonium. Cum enim beatus David in præcedente psalmo dixisset : « Qui eripuit animam meam de morte, oculos meos a lacrymis, et pedes meos a lapsu. Placebo Domino in regione viventium [m], » (non videbatur autem ipsa regio), sequentem incipiens psalmum, dixit : « Credidi propter quod locutus sum. » Idem autem, inquit, Spiritus et per illos locutus est, et per nos loquitur.

VERS. 14. « Scientes quod qui suscitavit Dominum Jesum, et nos cum Jesu suscitabit, et constituet vobiscum. » Omnium gratia mortem Dominus subiit, ut omnes cum eo simus resurrectionis participes. Credimus ergo fore ut nos etiam per ipsum efficiat morte superiores, et vos simul et nos adducat ad tribunal pertimescendum.

VERS. 15. « Omnia enim propter vos : » credentes scilicet. Non enim dixit solummodo de Corinthiis, sed de omnibus qui **312** doctrinam susceperunt. « Ut gratia abundans per multorum gratiarum actionem, abundet in gloriam Dei. » Communis enim omnium salutis curam gerens, dispensationem Christi Domini procuravit. Oportet ergo illi assidue hymnos rependere.

VERS. 16. « Propter quod non deficimus. » Non mœrore conficimur, nec animum despondemus, sed omnia fortiter ferimus. « Sed licet is qui foris

ι'. « Πάντοτε τὴν νέκρωσιν τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι περιφέροντες, ἵνα καὶ ἡ ζωὴ τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι ἡμῶν φανερωθῇ. » Οὕτω καὶ ἀλλαχοῦ φησιν· « Εἴπερ συμπάσχομεν, ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν [40]. »

ια'. « Ἀεὶ γὰρ ἡμεῖς οἱ ζῶντες εἰς θάνατον παραδιδόμεθα διὰ Ἰησοῦν, ἵνα καὶ ἡ ζωὴ τοῦ Ἰησοῦ φανερωθῇ ἐν τῇ θνητῇ σαρκὶ ἡμῶν. » Τούτου δὴ χάριν ἀσπασίως δεχόμεθα τοὺς θανατηφόρους ὑπὲρ τοῦ Δεσπότου κινδύνους, ἵνα καὶ τῆς ζωῆς αὐτοῦ μετάσχωμεν, καὶ τὴν πρόσκαιρον διδόντες ζωὴν, τῆς σαρκὸς τὴν ἀφθαρσίαν ἀντιλάβωμεν. Τὸ δὲ, *ἀεὶ*, πρὸς τὴν ἀκριβῆ συνθήκην· ἠβουλήθη γὰρ εἰπεῖν· Ἡμεῖς γὰρ οἱ ζῶντες.

ιβ'. « Ὥστε ὁ θάνατος ἐν ἡμῖν ἐνεργεῖται, ἡ δὲ ζωὴ ἐν ὑμῖν. » Τῆς γὰρ ὑμετέρας εἵνεκα σωτηρίας ὑπομένομεν τοὺς κινδύνους· μετὰ κινδύνων γὰρ ὑμῖν τὴν διδασκαλίαν προσφέρομεν· ἡμῶν δὲ κινδυνευόντων, ὑμεῖς ἀπολαύετε τῆς ζωῆς. Ἐπειδὴ δὲ τῆς ἀθανάτου ζωῆς ἐμνημόνευσεν, ἐν ἐλπίσι δὲ αὕτη, τὸ δὲ ἐλπιζόμενον οὐχ ὁρᾶται, προφητικῆς ἀναμιμνήσκει φωνῆς, δεικνὺς καὶ τοὺς πάλαι γεγεννημένους ἁγίους τῇ πίστει λαμπρυνομένους.

ιγ'. « Ἔχοντες δὲ τὸ αὐτὸ πνεῦμα τῆς πίστεως, κατὰ τὸ γεγραμμένον· Ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα· καὶ ἡμεῖς πιστεύομεν, διὸ καὶ λαλοῦμεν. » Ἅγαν δὲ ἁρμοδίως τὴν μαρτυρίαν παρήγαγεν· ὁ γὰρ μακάριος Δαβὶδ ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ εἰρηκὼς, ὅτι « Ἐῤῥύσατο τὴν ψυχήν μου ἐκ θανάτου, τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀπὸ δακρύων, καὶ τοὺς πόδας μου ἀπὸ ὀλισθήματος, τοῦ εὐαρεστῆσαι ἐνώπιον Κυρίου ἐν χώρᾳ ζώντων· » οὐκ ἐωρᾶτο δὲ αὕτη ἡ χώρα· ἀρχόμενος τοῦ μετὰ τοῦτον ψαλμοῦ ἔφη· « Ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα. » Τὸ αὐτὸ δὲ, φησὶ, Πνεῦμα καὶ δι' ἐκείνων ἐφθέγξατο, καὶ δι' ἡμῶν φθέγγεται.

ιδ'. « Εἰδότες ὅτι ὁ ἐγείρας τὸν Κύριον Ἰησοῦν, καὶ ἡμᾶς διὰ Ἰησοῦ ἐγερεῖ, καὶ παραστήσει σὺν ὑμῖν. » Πάντων ἕνεκα τὸν θάνατον ὁ Δεσπότης κατεδέξατο, ἵνα πάντες αὐτῷ τῆς ἀναστάσεως κοινωνήσωμεν. Πιστεύομεν τοιγαροῦν, ὡς καὶ ἡμᾶς δι' αὐτοῦ κρείττους ἀποφανεῖ τοῦ θανάτου, καὶ κοινῇ ὑμᾶς τε καὶ ἡμᾶς τῷ φοβερῷ βήματι παραστήσει.

ιε'. « Τὰ γὰρ πάντα δι' ὑμᾶς· » τουτέστι τοὺς πιστεύοντας. Οὐ γὰρ περὶ μόνων ἔφη τῶν Κορινθίων, ἀλλὰ περὶ πάντων τῶν τὸ κήρυγμα δεξαμένων. « Ἵνα ἡ χάρις πλεονάσασα διὰ τῶν πλειόνων τὴν εὐχαριστίαν, περισσεύσῃ εἰς τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ. » Τῆς γὰρ κοινῆς ἁπάντων προμηθούμενος σωτηρίας, τὰ κατὰ τὸν Δεσπότην Χριστὸν ᾠκονόμησε. Προσήκει τοίνυν ἡμᾶς διηνεκῶς αὐτὸν τοῖς ὕμνοις ἀμείβεσθαι.

ις'. « Διὸ οὐκ ἐκκακοῦμεν. » Οὐκ ἀλύομεν, οὐδὲ ἀθυμοῦμεν, ἀλλὰ γενναίως ἅπαντα φέρομεν. « Ἀλλ' εἰ καὶ [41] ὁ ἔξωθεν [42] ἡμῶν ἄνθρωπος φθείρεται [43],

[m] Psal. CXIV (CXVI), 8, 9.

VARIÆ LECTIONES.

[40] Apud Œcumenium sub Theodoreti nomine subjicitur interpretatio, quam ibi legant, qui volent. Sed in illis Œcumenii scholiis alienis nominibus nihil frequentius. [41] ὅσον ὁ ἔξω ἄνθρωπος φθείρεται, τοσοῦτον ὁ ἔσωθεν ἀνακαινοῦται. Ita Noster reprehens. anathematism. Cyrilli 3. [42] ἔξω habet dial. 3, p. 3[illegible] Garn. [43] διαφθείρεται est in dial. cit.

Digitized by Google

ἀλλ' ὁ ἔσωθεν [45] ἡμῶν ἀνακαινοῦται ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ. » Μέγιστον γὰρ ἡ ψυχὴ κομίζεται κέρδος ἀνδρείᾳ χρωμένη. Εἶτα τοῖς προσδοκωμένοις ἀγαθοῖς παρεξετάζει τοῦ παρόντος βίου τὰ λυπηρά.

ιζ'. « Τὸ γὰρ [46] παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν, καθ' ὑπερβολὴν, εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται ἡμῖν. » Καὶ διὰ μὲν τοῦ παραυτίκα, ἔδειξε τὸ βραχύ τε καὶ πρόσκαιρον. Ἀντιπαρατίθησι δὲ τῷ *παραυτίκα*, τὸ *αἰώνιον*· τῷ δὲ *ἐλαφρῷ* καὶ *κούφῳ*, τὸ *βαρύ*, τουτέστι, τὸ πολύτιμον· τὸ δὲ, *καθ' ὑπερβολὴν*, *εἰς ὑπερβολήν*· τῇ δὲ θλίψει, οὐ τὴν ἄνεσιν, ἀλλὰ τὴν δόξαν, ἥπερ ἐστὶ μείζων πολλῷ. Καὶ ἐπειδὴ ταῦτα μὲν ἐωρᾶτο, ἐκεῖνα δὲ οὐκ ἐφαίνετο, εἰκότως προστέθεικε·

ιη'. « Μὴ σκοπούντων [47] ἡμῶν τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα· τὰ γὰρ βλεπόμενα, πρόσκαιρα· τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα, αἰώνια. » Πρόσκαιροι δὲ οὐχ αἱ θλίψεις μόναι, ἀλλὰ καὶ αἱ ἀνέσεις τοῦ παρόντος βίου. Οὐ χρὴ τοίνυν προσηλῶσθαι τοῖς ἐπικήροις, ἀλλὰ προσμένειν τὴν τῶν αἰωνίων ἀπόλαυσιν ἀγαθῶν.

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

α'. « Οἴδαμεν γὰρ ὅτι ἐὰν ἡ ἐπίγειος [47] οἰκία τοῦ σκήνους καταλυθῇ, οἰκοδομὴν ἐκ Θεοῦ ἔχομεν, οἰκίαν ἀχειροποίητον, αἰώνιον ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » *Ἐπίγειον οἰκίαν* τὴν κατὰ τὸν παρόντα βίον λέγει διαγωγήν· *σκῆνος* δὲ τὸ σῶμα. Ἐὰν τοίνυν, φησὶ, τέλος λάβῃ τὰ παρόντα, τὴν ἀχειροποίητον ἔχομεν οἰκίαν, τὴν αἰώνιον, τὴν οὐράνιον. Ἀντιτέθεικε γὰρ τῇ μὲν ἐπιγείῳ τὴν *οὐράνιον*, τῇ δὲ καταλυομένῃ τὴν *αἰώνιον*, τῇ δὲ ὑπ' ἀνθρώπων κατασκευαζομένῃ τὴν *ἀχειροποίητον*.

β'. « Καὶ γὰρ ἐν τούτῳ στενάζομεν, τὸ οἰκητήριον ἡμῶν τὸ ἐξ οὐρανοῦ ἐπενδύσασθαι ἐπιποθοῦντες. » *Οἰκητήριον* ἐνταῦθα τὴν ἀφθαρσίαν ἐκάλεσεν· *ἐξ οὐρανοῦ* [48] δὲ αὐτὴν εἴρηκεν, ἐπειδὴ ἐκεῖθεν ἡμῖν ἡ δωρεὰ καταπέμπεται. Οὐκ εἶπε δὲ, ἐνδύσασθαι, ἀλλ' *ἐπενδύσασθαι*, ἐπειδὴ οὐχ ἕτερον ἐνδυόμεθα σῶμα, ἀλλὰ τὸ φθαρτὸν τοῦτο τὴν ἀφθαρσίαν ἐπενδύεται.

γ'. « Εἴ γε καὶ ἐνδυσάμενοι, οὐ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα. » Πάντες μὲν γὰρ ἄνθρωποι τὸ τῆς ἀφθαρσίας ἔνδυμα περιβαλοῦνται, οὐχ ἅπαντες δὲ τῆς θείας μετασχήσουσι δόξης. *Γυμνοὺς* τοίνυν καλεῖ τοὺς τῆς δόξης γεγυμνωμένους, οἷς ἑαυτὸν συνέταξεν ὁ Ἀπόστολος, μετριάζειν καὶ Κορινθίους καὶ πάντας ἀνθρώπους διδάσκων.

δ'. « Καὶ γὰρ οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνει [49] στενάζομεν βαρούμενοι, ἐφ' ᾧ [50] οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι, ἀλλ' ἐπενδύσασθαι. » Στενάζομεν [51] δὲ, οὐκ ἀπαλλαγῆναι

A est, noster homo corrumpatur: tamen is qui intus est noster, renovatur de die in diem. » Maximum enim lucrum refert animus strenuus. Deinde cum bonis quæ exspectantur confert vitæ præsentis molestias.

Vers. 17. « Id enim quod in præsenti est levo tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur nobis. » Quod ait *in præsenti*, breve significat et ad tempus exiguum. Opponit autem *præsenti æternum*; *veloci* et *levi*, *grave*, hoc est, quod maximi pretii: illud vero *supra modum*, alii quod *supra modum* est: afflictioni autem, non remissionem, sed gloriam, quæ multo est major. Et quoniam hæc quidem videbantur, illa autem non apparebant, merito

B adjecit:

Vers. 18. « Non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna. » Ad tempus autem sunt non afflictiones solæ, sed etiam remissiones vitæ præsentis. Non oportet ergo in iis quæ caduca sunt hærere, sed æternorum bonorum fruitionem exspectare.

313 CAP. V.

Vers. 1. « Scimus enim quoniam, si terrestris domus habitationis dissolvitur, ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cœlis. » *Terrestrem domum* appellat, hujus præsentis vitæ traductionem: *habitationem* autem, seu *tabernaculum*, corpus. Si ergo, inquit, finem habuerint præsentia, habemus domum non manufactam, æternam, cœlestem. Opposuit enim terrestri *cœlestem*, ei quæ dissolvitur *æternam*, ei autem quæ ab hominibus constructa est *non manufactam*.

Vers. 2. « Nam et in hoc ingemiscimus, habitationem nostram quæ de cœlo est, superindui cupientes. » *Habitaculum* hoc loco vocavit (corporis) immortalitatem: ipsum autem *de cœlo* dixit, quoniam donum illinc ad nos demittitur. Non dixit autem, indui, sed, *superindui*, quandoquidem non alio corpore induimur, sed hoc quod est corruptibile incorruptionem induit.

Vers. 3. « Si tamen vestiti, non nudi inveniamur. » D Omnes enim homines incorruptionis indumento amicientur: sed non omnes erunt divinæ gloriæ participes. *Nudos* itaque eos appellat, qui sunt nudati gloria: inter quos seipsum quoque collocavit Apostolus, docens et Corinthios, et omnes homines uti moderatione.

Vers. 4. « Nam et qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus gravati, eo quod nolumus exspoliari, sed supervestiri. Ingemiscimus autem,

VARIÆ LECTIONES.

[45] ὁ ἔσω est in dial. commemorato. [46] Hunc v. 17 et 18 iisdem verbis habet *Hæret. fab.* V, c. 21 extr. et *Orat. de charit.* p. 685, 687 Sirm. [47] Sic etiam ad Cant. II, 14. [47] Post ἐπιγ. B addit ἡμῶν. [48] Hæc: ἐξ οὐρανοῦ — καταπέμπεται desiderantur in Œcum. [49] τούτῳ addit in excerpto in psal. XXVIII, quod edidit in Auctario Garnerius, p. 12. [50] Hæc: ἐφ' ᾧ — τῆς ζωῆς habet etiam noster *Hæret. fab.* V, c. 19 med.; itemque epist. 146, pag. 1039 Sirm., nisi quod ἐφ' ᾧ non commemoret. [51] στένομεν. Œc.

Digitized by Google

non a corpore liberari cupientes, sed ab hujus pravis affectionibus liberi esse desiderantes. Non enim corpus **314** exuere, sed incorruptionem superinduere concupiscimus. Sciemus autem quomodo hoc erit. « Ut absorbeatur quod mortale est a vita. » Quemadmodum lux exoriens facit tenebras evanescere : ita etiam vita carens interitu omnino tollit corruptionem.

A τοῦ σώματος ἐφιέμενοι, ἀλλὰ τῶν τούτου παθῶν[82] ἐλεύθεροι γίνεσθαι ποθοῦντες. Οὐ γὰρ ἀποδύσασθαι τὸ σῶμα, ἀλλ' ἐπενδύσασθαι τὴν ἀφθαρσίαν ὀρεγόμεθα. Γνωσόμεθα δὲ πῶς τοῦτο ἔσται. « Ἵνα καταποθῇ τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς. » Ὥσπερ ἀνίσχον τὸ φῶς φροῦδον τὸ σκότος ποιεῖ, οὕτως ἡ ἀνώλεθρος ζωὴ τὴν φθορὰν ἀφανίζει.

Vers. 5. « Qui autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui et dedit nobis pignus Spiritus. » Nostra autem sic ab initio dispensavit Creator : et cum prævideret Adami transgressionem, vulneri conveniens medicamentum paravit. Ipse etiam nobis arrham Spiritus largitus est. Hoc autem posuit, ex miraculis quæ fiebant per Spiritum, veras esse de futuris promissiones, ostendens.

ε'. « Ὁ δὲ κατεργασάμενος ἡμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο Θεός, ὁ καὶ δοὺς ἡμῖν τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ Πνεύματος. » Ἄνωθεν δὲ τὰ καθ' ἡμᾶς οὕτως ὁ Ποιητὴς ᾠκονόμησε· καὶ προορῶν τοῦ Ἀδὰμ τὴν παράβασιν, προκατεσκεύασε τῷ τραύματι κατάλληλον φάρμακον. Αὐτὸς δὲ ἡμῖν καὶ τοῦ Πνεύματος τὸν ἀῤῥαβῶνα κεB χάρισται. Τοῦτο δὲ τέθεικεν, ἀπὸ τῶν διὰ τοῦ Πνεύματος ἐνεργουμένων θαυμάτων τὰς περὶ τῶν μελλόντων ἐπαγγελίας δεικνὺς ἀληθεῖς.

Vers. 6-8. « Audentes igitur semper, et scientes quoniam, dum sumus in corpore, peregrinamur a Domino. (Per fidem enim ambulamus, non per speciem.) Audemus autem, et bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore, et præsentes esse ad Dominum. » Non hoc dicit, longe nos esse a Domino, dum sumus huic mortali corpori conjuncti : sed quod non videmus nunc ipsum corporeis oculis, tunc autem et videbimus, et simul cum eo versabimur. Nunc enim, inquit, non videmus ea quæ exspectantur : sed per solam fidem illa cernimus, et propterea desideramus ab hoc corpore excedere, et cum Domino versari. DoC cet autem per hæc, non timere mortem, sed ex hac vita discessionem expetere.

ς'-η'. « Θαῤῥοῦντες οὖν πάντοτε, καὶ εἰδότες, ὅτι ἐνδημοῦντες ἐν τῷ σώματι, ἐκδημοῦμεν ἀπὸ τοῦ Κυρίου. (Διὰ πίστεως γὰρ περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἴδους.) Θαῤῥοῦμεν δὲ καὶ εὐδοκοῦμεν μᾶλλον ἐκδημῆσαι ἐκ τοῦ σώματος, καὶ ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν Κύριον. » Οὐ τοῦτο λέγει, ὅτι πόῤῥω τοῦ Κυρίου ἐσμὲν ἔτι τῷ θνητῷ συνεζευγμένοι σώματι· ἀλλ' ὅτι νῦν αὐτὸν τοῖς τοῦ σώματος ὀφθαλμοῖς οὐχ ὁρῶμεν, τότε δὲ καὶ ὀψόμεθα, καὶ συνεσόμεθα. Νῦν γάρ, φησὶ, οὐκ αὐτὰ βλέπομεν τὰ προσδοκώμενα πράγματα, ἀλλὰ διὰ μόνης αὐτὰ τῆς πίστεως ὁρῶμεν. Διά τοι τοῦτο καὶ ἐφιέμεθα ἐκδημῆσαι μὲν ἐκ τοῦ σώματος, ἐνδημῆσαι δὲ πρὸς τὸν Κύριον. Διδάσκει δὲ διὰ τούτων μὴ δεδιέναι τὸν θάνατον, ἀλλὰ ποθεῖν τὴν ἐντεῦθεν ἀπαλλαγήν.

Vers. 9. « Et ideo contendimus, sive absentes, sive præsentes, placere illi. » Non sufficit enim fides ad salutem, sed convenit benefactorem in omnibus colere et observare. *Contendimus* autem posuit pro eo quod est, studium et animi alacritatem **315** adhibemus. Ostendit autem alia etiam ratione necessariam esse virtutis possessionem.

θ'. « Διὸ καὶ φιλοτιμούμεθα, εἴτε ἐνδημοῦντες, εἴτε ἐκδημοῦντες, εὐάρεστοι αὐτῷ εἶναι. » Οὐκ ἀρκεῖ γὰρ ἡ πίστις εἰς σωτηρίαν, ἀλλὰ προσήκει διὰ πάντων θεραπεῦσαι τὸν εὐεργέτην. Τὸ δὲ, *φιλοτιμούμεθα*, ἀντὶ τοῦ, προθυμούμεθα, τέθεικε. Δείκνυσι δὲ καὶ ἑτέρωθεν ἀναγκαίαν οὖσαν τὴν κτῆσιν τῆς ἀρετῆς.

Vers. 10. « Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi. » Non dixit, sisti, sed *manifestari*. Sufficit autem hoc et ad eos qui mala sua non sentiunt deterrendos, et ut peccatorum vulneribus medeantur, ne illa fiant manifesta omnibus. Et rursus alia ratione auget metum. « Ut D referat unusquisque conciliata, dum erat in corpore, prout fecit, sive bonum, sive malum. » Justus enim cum sit, pro iis quæ in vita gesta sunt dabit unicuique convenientem remunerationem. Simul autem ostendit, tam eas quæ honorantur, quam quæ puniuntur, animas una cum corporibus retributionem accipere.

ι'. « Τοὺς γὰρ πάντας ἡμᾶς φανερωθῆναι δεῖ ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ. » Οὐκ εἶπε, παραστῆναι, ἀλλὰ, *φανερωθῆναι*. Ἱκανὸν δὲ τοῦτο καὶ τοὺς ἀναλγησίαν νοσοῦντας δειδίξασθαι, καὶ θεραπεῦσαι τῆς ἁμαρτίας τὰ τραύματα, ἵνα μὴ ταῦτα πᾶσι[83] γένηται φανερά. Καὶ ἑτέρωθεν δὲ πάλιν αὔξει τὸ δέος· « Ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ[84] τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακόν. » Δίκαιος γὰρ ὢν ὁ κριτὴς ὑπὲρ τῶν βεβιωμένων ἑκάστῳ καταλλήλους τὰς ἀντιδόσεις παρέξει. Ἔδειξε δὲ κατὰ ταυτὸν, καὶ τὰς τιμωμένας καὶ τὰς κολαζομένας ψυχὰς μετὰ τῶν σωμάτων δεχομένας τὰς ἀντιδόσεις.

Vers. 11. « Scientes ergo timorem Domini, hominibus suademus, Deo autem manifesti sumus. »

ια'. « Εἰδότες οὖν τὸν φόβον τοῦ Κυρίου, ἀνθρώπους πείθομεν, Θεῷ δὲ πεφανερώμεθα. » Τοῦτο τὸ

VARIÆ LECTIONES.

[82] παθῶν αὐτοῦ. CEc. [83] πᾶσι addidimus e B, cum id etiam haberet in versione Sirmondus. [84] τὰ ἴδια τοῦ, etc., legit Theodoretus epist. 91. Sed *Hæret. fab.* V, 20, *Deque Provident.* Orat. 9 extr. iisdem, quibus hic, verbis locum nostrum profert, nisi quod in utroque in locum verborum τοὺς — ἔμπροσθεν similia verba e Rom. XIV, 10 substituit.

Digitized by Google

δέος ἐπικείμενον ἔχοντες, τοὺς περὶ ἡμῶν ψευδεῖς ἔχοντας δόξας ἐπανορθοῦν πειρώμεθα, καὶ τὰ καθ' ἡμᾶς ὅπως ἔχει διδάσκειν, καίτοι σαφῶς εἰδότες ὡς πάντων ἐστὶν ἐπόπτης ὁ τῶν ὅλων Θεός. « Ἐλπίζω δὲ καὶ ἐν ταῖς συνειδήσεσιν ὑμῶν πεφανερῶσθαι. » Ὑμᾶς δὲ οἶμαι τῶν ἡμετέρων μὴ δεῖσθαι λόγων, ἀκριβῶς τὸν ἡμέτερον ἐπισταμένους σκοπόν.

A Hunc timorem habentes qui nos urgeat, eos qui de nobis falsas habent opiniones, corrigere conamur, et nostra quomodo se habeant docere, licet recte sciamus universorum Deum omnia perspicere. « Spero autem et in conscientiis vestris manifestos nos esse. » Existimo autem vos nostra non egere oratione, ut qui institutum et * scopum nostrum recte sciatis.

ιβ'. « Οὐ πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνομεν ὑμῖν, ἀλλ' ἀφορμὴν διδόντες ὑμῖν καυχήματος ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα ἔχητε πρὸς τοὺς ἐν προσώπῳ καυχωμένους, καὶ μὴ καρδίᾳ. » Πάλιν αὐτοὺς ἐθεράπευσε, τὴν περὶ αὐτὸν αὐτοῖς μαρτυρήσας διάθεσιν. Οὐ γὰρ ὑμῶν ἕνεκα, φησί, ταῦτα λέγω· ἀλλ' ἵνα μάθητε πῶς ὑμᾶς προσήκει τῷ διδασκάλῳ συνηγορεῖν, καὶ τῶν ἐναντίων τὴν ψευδολογίαν ἐλέγχειν, οἳ διπλόην περίκεινται, καὶ ἕτερα μὲν φρονοῦσιν, ἕτερα δὲ λαλοῦσιν.

Vers. 12. « Non iterum commendamus nos vobis : sed occasionem damus vobis gloriandi pro nobis, ut habeatis ad eos qui in facie gloriantur, et non corde. » Eos rursus sibi conciliat, de illorum erga ipsum affectu reddens testimonium. Non, inquit, vestri causa hæc dico : sed ut sciatis quomodo **316** vos oporteat doctorem vestrum defen- B dere, et adversarios mendacii convincere, qui veste duplici induti sunt, et alia quidem sentiunt, alia vero loquuntur.

ιγ'. « Εἴτε γὰρ ἐξέστημεν, Θεῷ· εἴτε σωφρονοῦμεν, ὑμῖν. » *Σωφροσύνην* ἐνταῦθα τὴν ταπεινοφροσύνην ἐκάλεσε· *ἔκστασιν* δὲ τὴν τῶν κατορθωμάτων διήγησιν· ἀμφότερα δὲ ὀρθῷ ποιῶ λογισμῷ.

Vers. 13. « Sive enim mente excedimus, Deo, sive sobrii sumus, vobis. » *Sobrietatem*, seu temperantiam, hoc loco appellavit modestiam : *mentis excessum*, narrationem eorum quæ recte gesserat. Utraque autem, inquit, recta ratione facio.

ιδ', ιε'. « Ἡ γὰρ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ[55] συνέχει ἡμᾶς, κρίναντας τοῦτο, ὅτι εἷς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἄρα[56] οἱ πάντες ἀπέθανον. Καὶ ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἵνα οἱ ζῶντες μηκέτι ἑαυτοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι[57]. » Ταῦτα πάλιν τῇ προτέρᾳ συνῆψεν ἀκολουθίᾳ. Εἰρηκὼς γάρ· *Διὸ καὶ φιλοτιμούμεθα, εἴτε ἐνδημοῦντες, εἴτε ἐκδημοῦντες, εὐάρεστοι αὐτῷ εἶναι*, ἀναγκαίως C τῆς ἀγάπης τὴν αἰτίαν ἐπέδειξε. Πυρπολούμεθα γάρ, φησὶν, ὑπὸ τῆς περὶ τὸν Χριστὸν ἀγάπης, λογιζόμενοι ὅτι πάντων ἡμῶν ὑποκειμένων θανάτῳ, μόνος τὸν ὑπὲρ ἡμῶν κατεδέξατο θάνατον, ἵνα Πνεῦμα ἡμῖν[58] τὴν ζωὴν πραγματεύσηται. Οὗ δὴ χάριν ὑπειλήφαμεν δίκαιον αὐτῷ ζῆν, καὶ κατὰ τοὺς αὐτοῦ πολιτεύεσθαι νόμους· τοῦτο γὰρ αὐτῷ τὸ χρεών; ὀφείλομεν.

Vers. 14, 15. « Charitas enim Christi urget nos : æstimantes hoc, quod unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt : et pro omnibus mortuus est, ut qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, et resurrexit. » Hæc rursus priori consequentiæ conjunxit. Cum enim dixisset : *Et ideo contendimus sive præsentes, sive absentes, placere illi*, necessario ostendit causam dilectionis. Incendimur, inquit, dilectione in Christum, reputantes quod, cum essemus nos omnes morti obnoxii, solus pro nobis mortem subierit, ut Spiritus vitam nobis procuraret. Qua de causa justum existimavimus ei vivere, et vitam nostram ex ejus legibus instituere : etenim nos ei hoc debemus.

ις'. « Ὥστε ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ νῦν οὐδένα οἴδαμεν κατὰ σάρκα· εἰ δὲ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα[59] Χριστόν, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν. » Λελύσθαι γὰρ τῷ Δεσποτικῷ θανάτῳ μεμαθηκότες τὸν θάνατον, οὐδένα λοιπὸν ἀνθρώπων θνητὸν ἐπιστάμεθα. Εἰ γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ Δεσπότης Χριστὸς παθητὸν εἶχε τὸ σῶμα, ἀλλὰ μετὰ τὸ πάθος ἄφθαρτον τοῦτο πεποίηκε καὶ ἀθάνατον.

Vers. 16. « Itaque nos ex hoc neminem novimus secundum carnem : et si cognovimus secundum carnem Christum, sed nunc jam non novimus. » Cum enim morte Domini dissolutam esse mortem didicerimus, nullum deinceps hominem mortalem esse scimus. Etsi enim ipse quoque Christus Dominus **317** habuit corpus patibile, tamen post D passionem incorruptibile illud reddidit et immortale.

ιζ'. « Ὥστε[60] εἴ τις ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις, τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινά. » Προσήκει τοίνυν τοὺς τῷ Χριστῷ πεπιστευκότας, ὡς ἐν καινῇ τινι πολιτεύεσθαι κτίσει· νεουργηθέντες γὰρ

Vers. 17. « Si qua ergo in Christo nova creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt omnia nova. » Oportet ergo eos qui Christo crediderunt, tanquam in nova aliqua creatione vitam insti-

VARIÆ LECTIONES.

[55] Θεοῦ est in orat. *De charit.*, pag. 686 Sirm. [56] Hæc : ἄρα — ὑπὲρ π. ἀπέθανεν non profert Theodoret. l. c. *De charit.* [57] ἀναστάντι habet l. c. [58] πᾶσιν ἡμῖν (omisso τῷ πνεῦμα) habet B; quæ lectio nobis verior, h. e. Pauli verbis accommodatior videtur. [59] κατὰ σάρκα omittit Noster epist. 146, p. 1059 Sirm. [60] Iisdem verbis: ὥστε — καινά, Noster utitur in epist. citata, et ad Galat. VI, 15 : ὥστε — κτίσις ; sed in utroque loco paulo alia interpretatione utitur. Ad Coloss. I, 16.: ad Isa. IX, 6, et ad Dan. IX, 25 : εἴ τις γὰρ ἐν X. κ. κτ.

Digitized by Google

tuere : per sanctissimum enim baptismum renovati, peccati seninm exuimus.

VERS. 18. « Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliavit sibi per Christum, et dedit nobis ministerium reconciliationis. » Dei ineffabilem benignitatem ostendit. Non enim, inquit, ipse nobis reconciliatus est, quamvis ipse esset qui per transgressionem injuria erat affectus : sed nos sibi reconciliavit, non hominem intercessorem adhibens, sed unigenitum Filium pacis intercessorem constituens. Nobis etiam commisit faustum reconciliationis nuntium.

VERS. 19. « Quoniam quidem Deus erat. » Hic est ponendum incisum. « In Christo mundum reconcilians sibi. » Ipse enim universorum Deus per Christum cum hominibus reconciliatus est. Et quomodo ? « Non reputans illis delicta ipsorum, et ponens in nobis verbum reconciliationis. » Dedit peccatorum remissionem, et nos elegit ministros pacis.

VERS. 20. « Pro Christo ergo legatione fungimur. » Quoniam dixit pacis ministrum se fuisse constitutum, necessario exponit legationem. Et ostendens fide dignam esse legationem, subjunxit : « Tanquam Deo exhortante per nos. » Quanam autem legatione fungeris ? « Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. » Sufficiunt **318** hæc etiam ad eos qui sunt valde pervicaces pudore affi-ciendos. Primum enim dixit, quod illo interfecto non modo non succensuerit, sed nos etiam legatos miserit, ut omnibus hominibus persuadeamus, et ejus clementiam revereri, et ob Christi cædem pudore suffundi, et reconciliari Creatori, et Deo, et Domino. Adjicit autem ad superiora etiam passionis ignominiam.

VERS. 21. « Eum enim qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur justitia Dei in ipso. » Cum enim a peccato liber esset, peccatorum mortem subiit, ut hominum peccatum solveret, et id vocatus quod nos eramus, quod erat ipse nos vocavit. Justitiæ enim divitias nobis donavit.

CAP. VI.

VERS. 1. « Adjuvantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. » * Quoniam enim dixerat, *pro Christo legatione fungimur*, necessario docet, quod qui legatione funguntur, eis opem ferunt quos exhortantur, ut divinæ gratiæ lucrum accipiant, et non vacuam et inanem dispensationem (doctoris munus) ostendant, vitam huic contrariam præ se ferentes.

VERS. 2. « Ait enim : Tempore accepto exaudivi te, et in die salutis adjuvi te. » Prophetico usus testimonio, adhortationem amplificat. « Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. » Vita

A διὰ τοῦ παναγίου βαπτίσματος τὸ τῆς ἁμαρτίας ἀπεκδυσάμεθα γῆρας.

ιη'. « Τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ, τοῦ καταλλάξαντος ἡμᾶς ἑαυτῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ δόντος ἡμῖν τὴν διακονίαν τῆς καταλλαγῆς. » Τὴν ἄφατον τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν ἐδήλωσεν. Οὐ γὰρ αὐτὸς ἡμῖν, φησὶ, κατηλλάγη, καίτοι αὐτὸς ἦν ὁ διὰ τῆς παραβάσεως ὑβρισμένος· ἀλλ' ἡμᾶς ἑαυτῷ κατήλλαξεν, οὐκ ἀνθρώπῳ μεσίτῃ χρησάμενος, ἀλλὰ τὸν μονογενῆ Υἱὸν τῆς εἰρήνης ἀποφήνας μεσίτην. Ἐνεχείρισε δὲ καὶ ἡμῖν τὰ τῶν καταλλαγῶν εὐαγγέλια.

ιθ'. « Ὡς ὅτι ὁ Θεὸς ἦν. » Ἐνταῦθα δεῖ στίξαι. « Ἐν Χριστῷ κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ. » Αὐτὸς γὰρ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς διὰ τοῦ Χριστοῦ τὰς πρὸς τοὺς B ἀνθρώπους καταλλαγὰς ἐποιήσατο. Τίς δὲ ὁ τούτων τρόπος ; « Μὴ λογιζόμενος αὐτοῖς τὰ παραπτώματα αὐτῶν, καὶ θέμενος ἐν ἡμῖν τὸν λόγον τῆς καταλλαγῆς. » Ἐδωρήσατο τῶν ἁμαρτημάτων τὴν ἄφεσιν, καὶ ἡμᾶς ὑπηρέτας τῆς εἰρήνης ἐχειροτόνησεν.

κ'. « Ὑπὲρ Χριστοῦ οὖν πρεσβεύομεν. » Ἐπειδὴ διάκονος τῶν καταλλαγῶν ἔφη προχεχειρίσθαι, ἀναγκαίως τὴν πρεσβείαν προσφέρει, καὶ δεικνὺς τῆς πρεσβείας τὸ ἀξιόπιστον, ἐπήγαγεν· « Ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν. » Τί δὲ πρεσβεύσεις ; « Δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ, καταλλάγητε τῷ Θεῷ. » Ἱκανὰ καὶ τοὺς ἄγαν ἀτεράμονας ἐντρέψαι τὰ εἰρημένα. Πρῶτον μὲν γὰρ εἶπεν, ὅτι ἐκείνου ἀναιρεθέντος οὐ μόνον οὐκ ἠγανάκτησεν, ἀλλὰ ἡμᾶς ἀπέστειλε πρεσβευτὰς, ὥστε πεῖσαι πάντας ἀνθρώπους, C καὶ τὴν αὐτοῦ μακροθυμίαν αἰδεσθῆναι, καὶ τοῦ Χριστοῦ τὴν σφαγὴν ἐντραπῆναι, καὶ καταλλαγῆναι τῷ Ποιητῇ, καὶ Θεῷ, καὶ Δεσπότῃ. Προστίθησι δὲ τοῖς προειρημένοις καὶ τοῦ πάθους τὴν ἀτιμίαν.

κα'. « Τὸν γὰρ μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν, ἵνα ἡμεῖς γενώμεθα Θεοῦ [61] δικαιοσύνη ἐν αὐτῷ. » Ἁμαρτίας γὰρ ἐλεύθερος ὢν τὸν τῶν ἁμαρτωλῶν ὑπέμεινε θάνατον, ἵνα τῶν ἀνθρώπων λύσῃ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τοῦτο κληθεὶς ὅπερ ἦμεν ἡμεῖς, ἐκάλεσεν ἡμᾶς ὅπερ ὑπῆρχεν αὐτός. Τὸν γὰρ τῆς δικαιοσύνης ἡμῖν ἐδωρήσατο πλοῦτον.

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

α'. « Συνεργοῦντες δὲ παρακαλοῦμεν μὴ εἰς κενὸν D τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ δέξασθαι ὑμᾶς. » Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, *ὑπὲρ Χριστοῦ πρεσβεύομεν*, ἀναγκαίως διδάσκει, ὡς αὐτοῖς τοῖς παρακαλουμένοις συμπράττουσιν οἱ πρεσβεύοντες, ἵνα τὸ τῆς θείας χάριτος κομίσωνται κέρδος, καὶ μὴ κενὴν δείξωσι καὶ ματαίαν τὴν οἰκονομίαν, ἐναντίον βίον ταύτῃ ἐπιδεικνύμενοι.

β'. « Λέγει γάρ· Καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου, καὶ ἐν ἡμέρᾳ σωτηρίας ἐβοήθησά σοι. » Οὕτω τῇ προφητικῇ χρησάμενος μαρτυρίᾳ τὴν παραίνεσιν αὔξει. « Ἰδοὺ νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος, ἰδοὺ νῦν ἡμέρα

VARIÆ LECTIONES

[61] Θεοῦ omittit Noster ad psal. xxi, 2. Sed integrum versum exhibet orat. *De charit.*, pag. 686 Sirm.; atque ibid., pag. 695, cum versu 20.

Digitized by Google

σωτηρίας. » Πρὸς τέλος γὰρ ὁ βίος ἐλαύνει · κἂν μὴ A
νῦν τῆς σωτηρίας μεταλάχωμεν, μετὰ τὴν ἐντεῦθεν
ἐκδημίαν οὐκ ἔρημοι ταύτης ἐσόμεθα. Εἶτα τοὺς οἰ-
κείους πόνους εἰς τὴν ἐκείνων ὠφέλειαν διέξεισι.

γ', δ'. « Μηδεμίαν ἐν μηδενὶ διδόντες προσκοπήν,
ἵνα μὴ μωμηθῇ ἡ διακονία ἡμῶν · ἀλλ' ἐν παντὶ
συνιστῶντες ἑαυτοὺς, ὡς Θεοῦ διάκονοι. » Σπουδὴ
γὰρ ἡμῖν μηδὲ τὴν τυχοῦσαν πρόφασιν σκανδάλου
παρέχειν τινὶ, ἀλλὰ διὰ πάντων ἀξίους ἡμᾶς αὐτοὺς
τῆς τοῦ Θεοῦ διακονίας δεικνύναι. Τίνα δὲ τῆς δια-
κονίας ταύτης τὰ εἴδη;

« Ἐν ὑπομονῇ πολλῇ, ἐν θλίψεσιν, ἐν ἀνάγκαις,
ἐν στενοχωρίαις, (ε'.) ἐν πληγαῖς, ἐν φυλακαῖς, ἐν
ἀκαταστασίαις. » Διαφόρως εἶπε τὰ ἔξωθεν ἐπιόντα.
Προστίθησι δὲ τοῖς ἀκουσίοις καὶ τοὺς αὐθαιρέτους B
πόνους.

« Ἐν κόποις, ἐν ἀγρυπνίαις, ἐν νηστείαις, (ς', ζ'.)
ἐν ἁγνότητι, ἐν γνώσει, ἐν μακροθυμίᾳ, ἐν χρη-
στότητι, ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, ἐν ἀγάπῃ ἀνυποκρίτῳ,
ἐν λόγῳ ἀληθείας, ἐν δυνάμει Θεοῦ. » Οὐ γὰρ ἦρ-
κειτο τοῖς ἔξωθεν ἐπιφερομένοις αὐτῷ σκυθρωποῖς,
ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐπενόει παιδαγωγίαν τῷ σώματι, οὐ
μόνην τὴν νηστείαν καὶ τὴν ἀγρυπνίαν, ἀλλὰ καὶ
τὴν τῶν χειρῶν ἐργασίαν · τοῦτο γὰρ λέγει, *ἐν κό-*
ποις. Ἁγνότητα δὲ καλεῖ τὴν τῶν χρημάτων ὑπερ-
οψίαν · οὐδὲ γὰρ τὰς ἀναγκαίας χρείας παρὰ Κορινθίων
ἐδέξατο. *Γνῶσιν* δὲ, ὡς οἶμαι, τὴν διδασκαλίαν
καλεῖ · ἐπίπονος γὰρ καὶ αὕτη. Εἶτα τὴν μακροθυ-
μίαν περὶ τοὺς ἀλλοτρίους, τὴν χρηστότητα περὶ
τοὺς οἰκείους, τὴν τοῦ Πνεύματος τοῦ παναγίου θερα- C
πείαν · τοῖς γὰρ τούτου νεύμασιν ἠκολούθει. Ἀνυπό-
κριτον δὲ *ἀγάπην* καλεῖ τὴν εἰλικρινῆ καὶ γνησίαν,
τὴν οὐκ ἐν σχήματι φαινομένην, ἀλλὰ βεβαιουμένην
τῷ πράγματι. *Λόγον* δὲ *ἀληθείας*, τῆς εὐσεβείας τὸ
κήρυγμα. Ἅπαντα δὲ ἐξήρτησε τῆς θείας δυνάμεως ·
ὑπ' ἐκείνης γὰρ βοηθούμενος τὰ εἰρημένα κατ-
ώρθου.

« Διὰ τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης τῶν δεξιῶν καὶ
ἀριστερῶν, (η'-ι'.) διὰ δόξης καὶ ἀτιμίας, διὰ δυσφη-
μίας καὶ εὐφημίας, ὡς πλάνοι, καὶ ἀληθεῖς · ὡς
ἀγνοούμενοι, καὶ ἐπιγινωσκόμενοι · ὡς ἀποθνήσκον-
τες, καὶ ἰδοὺ ζῶμεν · ὡς παιδευόμενοι, καὶ μὴ θανα-
τούμενοι · ὡς λυπούμενοι, ἀεὶ δὲ χαίροντες · ὡς
πτωχοὶ, πολλοὺς δὲ πλουτίζοντες · ὡς μηδὲν ἔχοντες, D
καὶ πάντα κατέχοντες. » Πάντα ἐκ διαμέτρου ἐναντία ·
δόξα καὶ ἀτιμία, βλασφημία καὶ εὐφημία, ζωὴ καὶ
θάνατος, εὐφροσύνη καὶ λύπη · ἀλλ' ὅμως καὶ ταῦτα
κἀκεῖνα ὅπλα δικαιοσύνης ἀπέφηνε, καὶ διὰ τῶν
ἐναντίων τὴν μίαν ἐκέρασεν ἀρετήν. Οὔτε γὰρ
δόξα αὐτὸν ἐπῆρεν, οὔτε ἀτιμία κατήνεγκεν ·
οὐκ εὐφημία ἐφύσησεν, οὐ δυσφημία ἠνίασεν ·
ἀλλὰ διὰ τῶν ἐναντίων ὁδεύων, ἀμετάβλητος
ἔμεινε. *Δεξιὰ* δὲ καλεῖ τὰ δοκοῦντα θυμήρη · *ἀρι-*
στερὰ δὲ τὰ ἐναντία, ἀπὸ τῆς κατεχούσης δόξης
τεθεικὼς τὰ ὀνόματα. Ἄξιον δὲ αὐτοῦ καὶ τὰ τελευ-
ταῖα θαυμάσαι. Εἰρηκὼς γὰρ, *ὡς πτωχοὶ*, οὐκ ἐπ-
ήγαγε, τῶν δὲ ἀναγκαίων εὐπορουῦντες, ἀλλὰ, *πολ-*
λοὺς δὲ πλουτίζοντες · καὶ γὰρ παρὰ πάντων χρή-

enim tendit ad finem : ac etiamsi nunc non fuerimus salutis participes, postquam hinc excesserimus, ea non destituemur. **319** Deinde labores suos pro illorum utilitate susceptos persequitur.

Vers. 3, 4. « Nulla in re dantes ullam offensionem : ut non vituperetur ministerium nostrum : sed in omnibus exhibentes nosmetipsos, sicut Dei ministros. » Damus enim operam, ut nec minimam ulli offensionis occasionem præbeamus, sed nos in omnibus Dei ministerio dignos ostendamus. Quænam sunt autem species hujus ministerii ?

« In multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, (Vers. 5.) in plagis, in carceribus, in seditionibus. » Varie dixit ea quæ extrinsecus invadunt. Adjicit autem laboribus involuntariis libere ac sponte susceptos.

« In laboribus, in vigiliis, in jejuniis, (Vers. 6, 7.) in castitate, in scientia, in longanimitate, in suavitate, in Spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei. » Neque enim erat contentus iis molestiis quæ ei extrinsecus inferebantur : sed ipse etiam disciplinam corpori excogitabat, non solum jejunii, et vigiliarum, sed laboris quoque manuum : hoc enim dicit, *in laboribus*. *Castitatem* autem vocat pecuniæ contemptum : nam neque necessarium rerum usum accepit a Corinthiis. *Scientiam* vero, ut puto, doctrinam vocat : quoniam et ipsa quoque est laboriosa. Deinde *longanimitatem* in alienos, *suavitatem* in suos, sanctissimi Spiritus observantiam : ejus enim nutum sequebatur. *Non fictam* autem *charitatem* vocat, sinceram et germanam, quæ non in specie cernitur, sed re ipsa confirmatur. *Verbum* autem *veritatis*, prædicationem pietatis. Omnia autem divinæ potentiæ attribuit : ea enim adjuvante se, hæc omnia **320** præstitit.

« Per arma justitiæ a dextris et a sinistris, (Vers. 8-10.) per gloriam et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam : ut seductores, et veraces ; sicut qui ignoti, et cogniti : quasi morientes, et ecce vivimus : ut castigati, et non mortificati : quasi tristes, semper autem gaudentes : sicut egentes, multos autem locupletantes : tanquam nihil habentes, et omnia possidentes. » Omnia pugnant ex diametro, gloria et ignominia, obtrectatio et laus, mors et vita, gaudium et tristitia. Sed tamen et hæc et illa esse arma justitiæ pronuntiavit, et per ea quæ sunt contraria unam virtutem temperavit. Nam neque gloria eum extulit, neque ignominia dejecit : nec eum laus inflavit, nec obtrectatio excruciavit, sed per contraria ingrediens, mansit immutabilis. *Dextra* autem vocat ea quæ animo grata esse videntur : *sinistra* autem quæ sunt contraria, ex vulgari opinione nomina imponens. Jure autem admiranda quæ sunt in fine. Cum enim dixisset, *ut mendici*, non subjunxit, necessariis autem abundantes, sed, *multos autem*

Digitized by Google

locupletantes. Ab omnibus enim pecunias colligens, A mittebat ad pauperes : et qui nihil habebat, cujusvis piæ familiæ erat dominus.

ματα συλλέγων τοῖς πενομένοις ἐξέπεμπε, καὶ μηδὲν ἔχων πάσης εὐσεβοῦς ἐδέσποζεν οἰκίας.

Vers. 11. « Os nostrum patet ad vos, o Corinthii, cor nostrum dilatatum est. » Vestri amor hæc me cogit dicere : omnes enim vos in meipso circumfero. Talis est enim natura charitatis : eorum qui illam possident corda dilatat. Hoc significant sequentia.

ια'. « Τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέῳγε πρὸς ὑμᾶς, Κορίνθιοι, ἡ καρδία ἡμῶν πεπλάτυνται. » Ἀπὸ τοῦ περὶ ὑμᾶς ταῦτα λέγειν ἀναγκάζομαι φίλτρου · πάντας γὰρ ὑμᾶς ἐν ἐμαυτῷ περιφέρω. Τοιαύτη γὰρ τῆς ἀγάπης ἡ φύσις, εὐρυχώρους ἐργάζεται τὰς τῶν κεκτημένων καρδίας. Τοῦτο δηλοῖ τὰ ἑξῆς.

Vers. 12. « Non angustiamini in nobis. » Qui enim est hostili in aliquem animo, ipsam etiam ejus memoriam e cogitatione sua ejicit. « Sed angustiamini **321** in visceribus vestris. » Maximi eos criminis insimulavit, qui eos in sui cordis amplitudine se recepisse ostenderit : illos autem B probarit nolle simili uti remuneratione, sed in uno homine angustos fuisse. Unde subjunxit :

ιβ'. « Οὐ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν. » Ὁ γὰρ ἀπεχθῶς περί τινα διακείμενος, καὶ αὐτὴν αὐτοῦ τῆς διανοίας ἐξελαύνει τὴν μνήμην. « Στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν[62] τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν. » Μέγιστον αὐτῶν ἔγκλημα κατηγόρησεν, ἑαυτὸν μὲν δείξας πάντας αὐτοὺς μετ' εὐρυχωρίας ἐν τῇ καρδίᾳ δεξάμενον, ἐκείνους δὲ ἐλέγξας, ὡς τοῖς ἴσοις ἀμείψασθαι μὴ θελήσαντας, ἀλλ' ἐν ἑνὶ στενοχωρηθέντας ἀνθρώπῳ. Ὅθεν ἐπήγαγε·

Vers. 13. « Eamdem autem habentes remunerationem, tanquam filiis dico. » Quoniam accusatione pupugit, * filiorum appellatione mitigat.

ιγ'. « Τὴν δὲ αὐτὴν ἀντιμισθίαν, ὡς τέκνοις λέγω. » Ἐπειδήπερ ἔπληξε τῇ κατηγορίᾳ, θεραπεύει τῇ τῶν τέκνων προσηγορίᾳ.

« Dilatamini et vos. (Vers. 14.) Nolite jugum ducere cum infidelibus. » Reddite mihi æqualem dilectionem. Ne imitemini boves qui alio deflectunt, et jugum inclinant, incredulorum fraudem nostræ doctrinæ præferentes.

« Πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς. (ιδ'.) Μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις. » Ἀντίδοτέ μοι τὴν ἴσην ἀγάπην · μὴ μιμήσησθε τοὺς ἑτέρως ἐννεύοντας βόας, καὶ τὸν ζυγὸν κλίνοντας, τὴν τῶν ἀπίστων ἀπάτην τῆς ἡμετέρας προτιμῶντες διδασκαλίας.

« Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras ? (Vers. 15, 16.) Quæ autem conventio Christi ad Beliar ? aut quæ pars fideli cum infideli? Quis autem consensus C templo Dei cum idolis ? » Per hæc autem omnia ostendit contrarios magistros esse iniquitatis et tenebrarum conciliatores, et magistros diaboli. *Beliar* enim appellavit diabolum. « Vos enim estis templum Dei vivi. » Deinde prophetico testimonio ostendit verum esse quod dicit.

« Τίς γὰρ μετοχὴ δικαιοσύνῃ καὶ ἀνομίᾳ ; τίς δὲ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος ; (ιε', ις'.) Τίς δὲ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαρ[63] ; ἢ τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου ; Τίς δὲ συγκατάθεσις ναῷ Θεοῦ μετὰ εἰδώλων ; » Διὰ τούτων δὲ πάντων ἔδειξε τοὺς ἐναντίους διδασκάλους ἀνομίας καὶ σκότους προξένους καὶ ὑπουργοὺς διαβόλου · *Βελίαρ* γὰρ τὸν διάβολον προσηγόρευσεν. « Ὑμεῖς γὰρ ναός ἐστε Θεοῦ ζῶντος. » Εἶτα προφητικῇ μαρτυρίᾳ ἔδειξε τοῦ λόγου τὸ ἀληθές. « Καθὼς εἶπεν ὁ Θεὸς, ὅτι Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός. (ιζ', ιη'.) Διὸ ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῶν, καὶ ἀφορίσθητε, λέγει Κύριος · καὶ ἀκαθάρτου μὴ ἅπτεσθε. Κἀγὼ εἰσδέξομαι ὑμᾶς, καὶ ἔσομαι ὑμῖν εἰς πατέρα, καὶ ὑμεῖς ἔσεσθέ μοι εἰς υἱοὺς καὶ θυγατέρας, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. » Οὕτω διὰ τῆς προφητικῆς διδασκαλίας, καὶ φυγεῖν αὐτοὺς τὴν τῶν ἐναντίων συνουσίαν διδάξας, καὶ ταῖς D θείαις ἐπαγγελίαις ψυχαγωγήσας, προσφέρει καὶ αὐτὸς τὴν οἰκείαν παραίνεσιν.

Sicut dicit Deus : Quoniam inhabitabo in illis, et inambulabo inter eos, et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus. (Vers. 17, 18.) Propter quod exite de medio eorum, et separamini, dicit Dominus, et immundum ne tetigeritis. Et ego recipiam vos : et ero vobis in patrem, et vos eritis mihi in filios et filias, dicit **322** Dominus omnipotens. » Postquam ex prophetica doctrina et congressionem cum adversariis eos fugere docuit, et divinis eos promissionibus est consolatus, affert etiam ipse suam admonitionem.

CAP. VII

Vers. 1. « Has ergo habentes promissiones, charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei. » *Spiritum* hic vocat animam : *spiritus*

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

α'. « Ταύτας οὖν ἔχοντες τὰς ἐπαγγελίας, ἀγαπητοὶ, καθαρίσωμεν[64] ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ Θεοῦ. » *Πνεῦμα* ἐνταῦθα[65] τὴν ψυχὴν καλεῖ·

VARIÆ LECTIONES.

[62] ἐν abest a B. [63] Βελίαρ est etiam in his verbis a Theodoreto recitatis *Hist. eccl.* I, 3, et *Curat. Græc. affect.*, serm. 10, pag. 643 Sirm. Cætera in utroque loco, nostro cum textu consentiunt. [64] Commemorat ea quæ sequuntur Theodoretus ad psal. CXII extr. [65] Eadem interpretatio, sed aliis verbis, est sub Theodoreti nomine apud Œcum.

Digitized by Google

μολυσμὸν δὲ πνεύματος, τῶν εἰδώλων τὴν κοινωνίαν· μολυσμὸν δὲ σαρκὸς, τὴν ἐν ταῖς πράξεσι παρανομίαν.

β'. « Χωρήσατε ἡμᾶς· οὐδένα ἠδικήσαμεν, οὐδένα ἐφθείραμεν, οὐδένα ἐπλεονεκτήσαμεν. » Οὐκ ἐναντία φθέγγεται, ποτὲ μὲν αὐτοὺς ἐπαινῶν, ποτὲ δὲ αὐτῶν κατηγορῶν. Καὶ γὰρ κατορθώματα εἶχον, καὶ ἐπλημμέλουν ὡς ἄνθρωποι· καὶ ἐπαινεῖ μὲν δι' ἐκεῖνα, κατηγορεῖ δὲ διὰ ταῦτα. Σκοπὸς δὲ αὐτῷ, καὶ διὰ τῶν ἐπαίνων, καὶ διὰ τῶν ψόγων, εἰς τὴν ἄκραν αὐτοὺς παιδοτριβῆσαι φιλοσοφίαν. Ἐνταῦθα μέν τινας αἰνίττεται ὡς τοῖς ἀπατεῶσιν ὑπαχθέντας ἐκείνοις, καὶ τὰς κατ' αὐτοῦ δεξαμένους διαβολάς. Ὅθεν ἀπολογούμενος ἔφη· *Οὐδένα ἐφθείραμεν, οὐδένα ἐπλεονεκτήσαμεν*· ἀντὶ τοῦ, Οὔτε ἀπατηλοῖς ἐχρησάμεθα λόγοις, χρωννύντες τῇ κακίᾳ τὸ ψεῦδος, οὔτε ἐπὶ χρήμασιν ἐκηρύξαμεν. Τὸ δὲ, *χωρήσατε*, τοῖς στενοχωρουμένοις λέγει, καὶ ἀγάπην οὐ κεκτημένοις. Τοῦτο γὰρ καὶ ἄνω ἔφη· *Πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς*. Ἐπειδὴ δὲ εἶπεν, *Οὐδένα ἐπλεονεκτήσαμεν*, ἀναγκαίως ἐπήγαγεν·

γ'. « Οὐ πρὸς κατάκρισιν λέγω. » Ἀντὶ τοῦ, Οὐ σμικρολογίαν ὑμῖν ὀνειδίζων ταῦτα ἔφην. « Προείρηκα γὰρ ὅτι ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν ἐστε εἰς τὸ συναποθανεῖν καὶ συζῆν. » Καὶ ἐπιμένει θεραπεύων.

δ'. « Πολλή μοι παῤῥησία πρὸς ὑμᾶς. » Ὡς πατρὶ πρὸς παῖδας, ὡς διδασκάλῳ πρὸς μαθητάς. « Πολλη μοι καύχησις ὑπὲρ ὑμῶν. » Σεμνύνομαι γὰρ ἐφ' ὑμῖν, καὶ πανταχοῦ τὴν ὑμετέραν πίστιν ἀνακηρύττω. « Πεπλήρωμαι γὰρ τῇ παρακλήσει, ὑπερπερισσεύομαι τῇ χαρᾷ ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει ἡμῶν. » Πάσης γάρ μοι ψυχαγωγίας ἀφορμὴ γίνεται ἡ ὑμετέρα μνήμη. Εἶτα πάλιν ἐξηγεῖται τοὺς πειρασμούς.

ε'. « Καὶ γὰρ [66] ἐλθόντων ἡμῶν εἰς Μακεδονίαν, οὐδεμίαν ἄνεσιν ἔσχηκεν ἡ σὰρξ ἡμῶν, ἀλλ' ἐν παντὶ θλιβόμενοι· ἔξωθεν μάχαι, ἔσωθεν φόβοι. » Οὐ γὰρ μόνον ἡμᾶς συνεῖχεν ὁ πρὸς τοὺς ἐναντίους ἀγὼν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀσθενέστερον διακειμένων ἡ φροντὶς κατανήλισκεν. Ἐδεδίει μὲν γὰρ αὐτῶν τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβολήν.

ς'. « Ἀλλ' ὁ παρακαλῶν τοὺς ταπεινοὺς παρεκάλεσεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς [67] ἐν τῇ παρουσίᾳ Τίτου. » Ἐνταῦθα σκοπὸς αὐτῷ, καὶ τοῦ μακαρίου Τίτου δεῖξαι τὴν ἀρετὴν, καὶ τὴν περὶ αὐτὸν ἐν αὐτοῖς ἀγάπην πυρσεῦσαι. Αὐτὸς γὰρ τοῖσδε διηκόνει τοῖς γράμμασι. Τούτου χάριν ἔφη, ὅτι ἤρκεσεν εὐθὺς φανεὶς ἀποκεδᾶσαι τὴν τῶν ἀνιαρῶν προσβολήν.

ζ'. « Οὐ μόνον δὲ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ παρακλήσει ᾗ παρεκλήθη [68] ἐφ' ὑμῖν, ἀναγγέλλων ἡμῖν τὴν ὑμῶν ἐπιπόθησιν, τὸν ὑμῶν ὀδυρμὸν, τὸν ὑμῶν ζῆλον ὑπὲρ ἐμοῦ. » Ηὔξησε δέ μοι τὴν εὐθυμίαν καὶ τοῖς περὶ ὑμῶν διηγήμασιν· ἀπήγγειλε γάρ μοι ὅπως ἡμᾶς [69] ποθεῖτε θεάσασθαι, ὅπως δὲ ἀποδύρεσθε τὰ γινόμενα πλημμελήματα,

autem *inquinamentum*, communionem idolorum : *inquinamentum* vero *carnis*, actionum iniquitatem.

Vers. 2. « Capite nos. Neminem læsimus, neminem corrupimus, neminem circumvenimus. » Contraria non loquitur eos aliquando laudans, aliquando reprehendens. Nam in nonnullis recte se gerebant, et peccabant ut homines : et propter illa quidem laudat, propter hæc vero reprehendit. Ejus autem scopus est, per laudes et vituperationes ipsos ad perfectam exercere philosophiam. Hic vero innuit fuisse aliquos ab illis impostoribus inductos, qui prolatas in ipsum calumnias admiserant. Unde se defendens dicit : *Neminem corrupimus, neminem circumvenimus.* Nec verbis fraudulentis usi sumus, mendacium malitia colorantes; nec propter pecuniam prædicavimus. Illud autem, *capite*, iis dicit qui sunt angusti, et charitatem non possident. Hoc enim superius quoque dixit, *Dilatamini et vos.* Quoniam autem dixit, *Neminem circumvenimus*, necessario subjunxit :

323 Vers. 3. « Non ad condemnationem vestram dico. » Quasi dicat : Non hæc dixi vobis avaritiæ sordes exprobrans. « Prædiximus enim quod in cordibus nostris estis ad commoriendum et ad convivendum. » Et insistit demulcens.

Vers. 4. « Multa mihi fiducia est apud vos. » Ut patri apud filios, præceptori apud discipulos. « Multa mihi gloriatio pro vobis. » De vobis enim glorior, et fidem vestram ubique prædico. « Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. » Vestri enim recordatio omnis consolationis mihi causa est. Deinde rursus calamitates exponit.

Vers. 5. « Nam et cum venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus : foris pugnæ, intus timores. » Non solum enim nos exercebat cum adversariis suscepta contentio, sed eorum etiam cura angebat, qui imbecilliores erant. Verebatur enim ne se ad deteriora converterent.

Vers. 6. « Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus in adventu Titi. » Hic illi scopus est, et beati Titi virtutem ostendere, et illorum in ipsum dilectionem inflammare. Is enim has litteras deferebat, et ideo dixit illum simul ac apparuit sufficisse ad molestiarum impetum discutiendum.

Vers. 7. « Non solum autem in adventu ejus, sed etiam in consolatione qua consolatus est in vobis, referens nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram æmulationem pro me. Mihi etiam auxit lætitiam et iis quæ **324** de vobis narravit : renuntiavit enim mihi quomodo desideretis me videre, et quomodo admissa delicta

VARIÆ LECTIONES.

[66] Hunc ipsum versum recitat Theodoretus in præf. ad Pauli Epistolas, pag. 5. [67] ὁ Θεός omittitur l. c. præfat. [68] παρακέκληται habet l. c. [69] μὲν ἡμᾶς. B.

Digitized by Google

defleatis, et quantam pro me in adversarios contentionem susceperitis.

« Ita ut magis gauderem. (Vers. 8.) Quoniam, etsi contristavi vos in epistola, non me pœnitet: etsi pœniteret. » Hæc enim cum rescivissem, maximam cepi lætitiam, etsi valde dolerem quod vos molestia afficere per litteras illas coactus sim.

« Video enim quod epistola illa, etsi ad horam, vos constristavit. (Vers. 9.) Nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Contristati enim estis secundum Deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis. » Etsi enim litteræ illæ vos ad tempus tristitia affecerunt, maximam tamen utilitatem attulerunt. Ego autem gaudeo, quod non nudam tristitiam, sed tristitiæ fructum videam. Illa enim tristitia laudabilem pœnitentiam germinavit.

Vers. 10. « Quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam, cujus non pœniteat, in salutem operatur: sæculi autem tristitia mortem operatur. » De peccatis enim dolere veram salutem comparat. *Mundi* autem *tristitiam* vocavit, quæ pro pecuniæ jactura, pro filiorum vel uxorum morte suscipitur, cujus immoderatio mortem afferre novit. Quocirca sæpe etiam pœnitentia ducuntur, qui supra modum luxerint. Qui autem peccatum deflent, etiamsi immoderate luxerint, lætitia fruuntur, pœnitentiam non admittentes.

Vers. 11. « Ecce enim hoc ipsum, secundum Deum contristari vos, quantam in vobis operatur sollicitudinem: sed defensionem, sed **325** indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam. » Litterarum accepta reprehensione, omne quidem studium ad excusationem contulistis; adversus eos autem qui peccarant indignationem armastis, divinumque metum suscepistis; sed et nos ardentius quam antea desiderastis; justa autem æmulatione tacti ob legum transgressionem luxistis. « In omnibus exhibuistis vos incontaminatos esse in negotio. » Aperte ostendistis vos non esse lætatos iis quæ ab illis male facta sunt. Hoc enim dicit, *incontaminatos*, seu puros *esse*.

Vers. 12, 13. « Igitur etsi scripsi vobis, non propter eum qui fecit injuriam, nec propter eum qui illam passus est, sed ad manifestandam sollicitudinem nostram pro vobis apud vos, coram Deo. » Ut ostendit rerum exitus, vestra causa epistolam illam scripsimus, ut nostra erga vos aperiretur affectio. *Eum* autem *qui fecit injuriam*, dixit eum qui est fornicatus. *Eum* autem *qui passus est*, ejus patrem. Nam vel mortuus injuria affectus est, cum violatum est ejus cubile.

« Ideo consolationem accepimus per consolationem vestram. Abundantius magis gavisi sumus super gaudio Titi, quia refectus est spiritus ejus ab omnibus vobis. (Vers. 14.) Et si quid apud illum de vobis gloriatus sum, non sum confusus.

A καὶ ὅσον ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τοὺς ἐναντίους ἀνεδέξασθε ζῆλον.

« Ὥστε μᾶλλον ἐμὲ χαρῆναι. (η'.) Ὅτι εἰ καὶ ἐλύπησα ὑμᾶς ἐν τῇ Ἐπιστολῇ, οὐ μεταμέλομαι, εἰ καὶ μετεμελόμην. » Ταῦτα γὰρ μαθὼν, πολλὴν ἐδεξάμην τὴν εὐφροσύνην, καίτοι λίαν ἀλγῶν, ὅτι λυπῆσαι ὑμᾶς διὰ τῶν γραμμάτων ἠναγκάσθην ἐκείνων.

« Βλέπω γὰρ ὅτι ἡ Ἐπιστολὴ ἐκείνη, εἰ καὶ πρὸς ὥραν, ἐλύπησεν ὑμᾶς. (θ'.) Νῦν χαίρω, οὐχ ὅτι ἐλυπήθητε, ἀλλ' ὅτι ἐλυπήθητε εἰς μετάνοιαν· ἐλυπήθητε γὰρ κατὰ Θεὸν, ἵνα ἐν μηδενὶ ζημιωθῆτε ἐξ ἡμῶν. » Εἰ γὰρ καὶ πρὸς ὀλίγον ὑμᾶς ἠνίασεν ἐκεῖνα τὰ γράμματα, ἀλλ' οὖν μεγίστην ὠφέλειαν ἐπραγματεύσατο. Ἐγὼ δὲ χαίρω, οὐ γυμνὴν τὴν λύπην, B ἀλλὰ τῆς λύπης θεωρῶν τὸν καρπόν· ἡ λύπη γὰρ ἐκείνη βεβλάστηκε τὴν ἐπαινουμένην μετάνοιαν.

ι'. « Ἡ γὰρ κατὰ Θεὸν λύπη μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται· ἡ δὲ τοῦ κόσμου λύπη θάνατον κατεργάζεται. » Τὸ γὰρ ἐπὶ τοῖς ἐπταισμένοις ἀλγεῖν τὴν ἀληθῆ πραγματεύεται σωτηρίαν. *Κόσμου* δὲ *λύπην* ἐκάλεσε, τὴν ἐπὶ ζημίᾳ χρημάτων, τὴν ἐπὶ θανάτῳ παίδων ἢ γυναικῶν, ἧς ἡ ἀμετρία τὸν θάνατον οἶδεν ἐπάγειν. Οὗ δὴ χάριν καὶ μεταμέλονται πολλάκις οἱ πέρα τοῦ μέτρου θρηνήσαντες. Οἱ δὲ τὴν ἁμαρτίαν ὀλοφυρόμενοι, κἂν ἀμέτρως θρηνήσωσιν, εὐφροσύνην καρποῦνται, μεταμέλειαν οὐ δεχόμενοι.

ια'. « Ἰδοὺ γὰρ αὐτὸ τοῦτο, τὸ κατὰ Θεὸν λυπηθῆναι ὑμᾶς, πόσην κατειργάσατο ἐν ὑμῖν σπουδὴν, C ἀλλὰ ἀπολογίαν, ἀλλὰ ἀγανάκτησιν, ἀλλὰ φόβον, ἀλλὰ ἐπιπόθησιν, ἀλλὰ ζῆλον, ἀλλὰ ἐκδίκησιν. » Δεξάμενοι τῶν γραμμάτων τὸν ἔλεγχον, πᾶσαν μὲν σπουδὴν εἰς ἀπολογίαν εἰσενέγκατε, κατὰ δὲ τῶν ἡμαρτηκότων ὠπλίσατε τὸν θυμὸν, τὸ δὲ θεῖον εἰσεδέξασθε δέος, ἐποθήσατε δὲ καὶ ἡμᾶς θερμότερον ἢ πάλαι, ζῆλον δὲ δίκαιον ἀναλαβόντες, ἐπὶ τοῖς παραβεβασμένοις ἐθρηνήσατε νόμοις. « Ἐν παντὶ συνεστήσατε ἑαυτοὺς ἁγνοὺς εἶναι ἐν τῷ πράγματι. » Ἐδείξατε σαφῶς ὡς οὐ συνήσθητε τοῖς κακῶς ὑπ' ἐκείνων γεγενημένοις· τοῦτο γὰρ λέγει *ἁγνοὺς εἶναι*.

D ιβ', ιγ'. « Ἄρα εἰ καὶ ἔγραψα ὑμῖν, οὐχ εἵνεκεν τοῦ ἀδικήσαντος, οὐδὲ εἵνεκεν τοῦ ἀδικηθέντος, ἀλλ' εἵνεκεν τοῦ φανερωθῆναι τὴν σπουδὴν ἡμῶν τὴν ὑπὲρ ὑμῶν πρὸς ὑμᾶς, ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. » Ὡς ἔδειξε τῶν πραγμάτων ἡ ἔκβασις, ὑμῶν ἕνεκα τὴν Ἐπιστολὴν ἐκείνην ἐγράψαμεν, ὥστε ἡμῶν τὴν περὶ ὑμᾶς γυμνωθῆναι διάθεσιν. *Ἀδικήσαντα* δὲ λέγει τὸν πεπορνευκότα· *ἀδικηθέντα* δὲ τὸν ἐκείνου πατέρα. Καὶ τεθνεὼς γὰρ ἠδίκητο, τῆς εὐνῆς ὑβρισθείσης.

« Διὰ τοῦτο παρακεκλήμεθα ἐπὶ τῇ παρακλήσει ὑμῶν· περισσότερον μᾶλλον ἐχάρημεν ἐπὶ τῇ χαρᾷ Τίτου, ὅτι ἀναπέπαυται τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἀπὸ πάντων ὑμῶν. (ιδ'.) Ὅτι εἴ τι αὐτῷ ὑπὲρ ὑμῶν κεκαύχημαι, οὐ κατῃσχύνθην. » Διαφερόντως δὲ ἤσθην, ὅτι τὴν

Digitized by Google

ὑμετέραν μνήμην ὁ Τίτος ἐν τῇ ψυχῇ περιφέρει, τὴν ἁπάντων ὑμῶν ἀνακηρύττων ἀγάπην· καὶ διὰ τῆς πείρας μεμάθηκεν ὡς ἀληθῆ τὰ παρ' ἐμοῦ πολλάκις περὶ ὑμῶν εἰρημένα. « Ἀλλ' ὡς πάντα ἐν ἀληθείᾳ ἐλαλήσαμεν ὑμῖν, οὕτως καὶ ἡ καύχησις ἡμῶν ἡ ἐπὶ Τίτου ἀλήθεια ἐγενήθη. » Οὐδὲν γὰρ ψευδὲς εἰπεῖν ἠνεσχόμεθα πώποτε, ἀλλὰ καὶ ὑμῖν ἀληθῆ διδασκαλίαν προσενηνόχαμεν, καὶ τοὺς ὑμετέρους ἐπαίνους ἀληθείᾳ διεκοσμήσαμεν.

ιε'. « Καὶ τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ περισσοτέρως πρὸς[70] ὑμᾶς ἐστιν, ἀναμιμνησκομένου τὴν πάντων ὑμῶν ὑπακοήν, ὡς μετὰ φόβου καὶ τρόμου ἐδέξασθε αὐτόν. » Ἄγαν δὲ περὶ ὑμᾶς διάκειται, καὶ ἄληστον ὑμῶν περιφέρει τὴν μνήμην, διηγούμενος ὅπως μὲν αὐτοῦ παρεινέσεσιν εἴξατε, ὅσον δὲ αὐτῷ προσενηνόχατε γέρας, καὶ ὡς πατέρα τιμῶντες, καὶ ὡς ἄρχοντα πνευματικὸν δεδιότες.

etati fuerant assidue condemnantes, ad litem incitabant. Quos etiam hortatur Apostolus, ut manum præbeant iis qui ad legem declinarunt.

CAP. VI.

VERS. 1. « Fratres, etsi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, hujusmodi instruite. » Hoc est, Corrigite, confirmate, quod deficit supplete. Docet autem etiam, quomodo sit eorum cura gerenda: « In spiritu lenitatis. » Deinde ei qui aliis medetur metum injicit: « Considerans teipsum, ne et tu tenteris. » Homo es, mutabilem habens naturam: dole ejus vicem qui male affectus est.

VERS. 2. « Alter alterius onera portate, et sic implete legem Christi. » Tu habes hoc delictum, illud vero non habes: ille contra, quod **393** tu habes, non habet, sed aliud. Tu feras illius delictum, et ille tuum: ita enim impletur lex charitatis. Legem enim Christi vocavit charitatem, nam vox est ejus: « Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem. »

VERS. 3. « Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, seipsum decipit. » Eorum qui propter exigua aliqua recte facta intumescunt, supercilium deprimit.

VERS. 4. « Opus autem suum probet unusquisque, et sic in semetipso tantum gloriam habebit, et non in altero. » * Quod si etiam vis gloriari, tuam ipsius vitam considera, et si laudabilem inveneris, in teipso gloriare, si quidem hoc te oportet facere.

VERS. 5. « Unusquisque enim onus suum portabit. » Ne sis de alienis nimium curiosus, unusquisque enim nostrum reddet rationem de suis peccatis.

VERS. 6. « Communicet autem is qui catechizatur verbo, ei qui catechizat in omnibus bonis. » Hic præcipit, ut discipuli præceptorum convenientem curam gerant. Id autem vocat *communicationem*, et jubet, ut qui fruuntur spiritualibus, carnalia impertiantur.

VERS. 7, 8. « Nolite errare, Deus non irridetur. Quæ enim seminaverit homo, hæc et metet. » Universorum Deus omnia intuetur, ne putetis eum ignorare illa quæ fiunt. Scitote autem messem futuram sementi congruentem, et te, quod seminaveris, hoc messurum. « Quoniam qui seminat in carne sua, de carne sua metet corruptionem. » Qui **394** enim carni voluptatem et delicias largitur, hinc corruptionem colliget. Corpus enim in corruptionem dissolvitur. « Qui au-

A θέντων συνεχῶς καταγινώσκοντες, εἰς ἔριν παρέθηγον· οἷς καὶ παραινεῖ ὀρέξαι χεῖρα τοῖς ἐπὶ τὸν νόμον νενευκόσιν.

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

α'. « Ἀδελφοί, ἐὰν καὶ προληφθῇ ἄνθρωπος ἔν τινι παραπτώματι, ὑμεῖς οἱ πνευματικοί, καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον. » Ἀντὶ τοῦ, Διορθοῦσθε, στηρίζετε, τὸ ἐλλεῖπον ἀναπληροῦτε. Διδάσκει δὲ καὶ τῆς θεραπείας τὸν τρόπον· « Ἐν πνεύματι πραότητος. » Εἶτα ἐμβάλλει δέος τῷ ἰατρεύοντι· « Σκοπῶν σεαυτόν, μὴ καὶ σὺ πειρασθῇς. » Ἄνθρωπος εἶ, ῥεπτὴν ἔχων τὴν φύσιν· συνάλγησον τῷ κακῶς διακειμένῳ.

β'. « Ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζετε, καὶ οὕτως ἀναπληρώσατε[88] τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ. » Τόδε ἔχεις τὸ ἐλάττωμα σὺ, τόδε οὐκ ἔχεις· ἐκεῖνος τὸ ἐναντίον, ὃ μὲν ἔχεις οὐκ ἔχει, ἕτερον δέ. Σὺ φέρε τὸ ἐκείνου, κἀκεῖνος τὸ σόν· οὕτω γὰρ πληροῦται τῆς ἀγάπης ὁ νόμος. Νόμον γὰρ Χριστοῦ τὴν ἀγάπην ἐκάλεσεν· αὐτοῦ γάρ ἐστι φωνή· « Ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. .

γ'. « Εἰ γὰρ δοκεῖ τις εἶναί τι, μηδὲν ὢν, ἑαυτὸν φρεναπατᾷ. » Τῶν φυσωμένων ἐπὶ σμικροῖς τισι κατορθώμασι κατέστειλε τὴν ὀφρύν.

δ'. « Τὸ δὲ ἔργον ἑαυτοῦ δοκιμαζέτω ἕκαστος, καὶ τότε εἰς ἑαυτὸν μόνον τὸ καύχημα ἕξει, καὶ οὐκ εἰς τὸν ἕτερον. » Εἰ δὲ καὶ σεμνύνεσθαι θέλεις, τὸν ἑαυτοῦ[89] περισκόπησον βίον, κἂν ἀξιάγαστον[90] εὕρῃς, κατὰ σαυτὸν σεμνύνου, εἴπερ ἄρα τοῦτό σε δεῖ ποιεῖν.

ε'. « Ἕκαστος γὰρ τὸ ἴδιον φορτίον βαστάσει. » Μὴ περιεργάζου τὰ ἀλλότρια· ἕκαστος γὰρ ἡμῶν ὑπὲρ τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων λόγον ὑφέξει.

ϛ'. « Κοινωνείτω δὲ ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον τῷ κατηχοῦντι ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς. » Ἐνταῦθα τοὺς διδασκάλους παρεγγυᾷ τῆς προσηκούσης θεραπείας παρὰ τῶν μαθητευομένων μεταλαγχάνειν· καὶ *κοινωνίαν* τὸ πρᾶγμα καλεῖ, καὶ κελεύει τοῖς τῶν πνευματικῶν ἀπολαύουσι μεταδιδόναι τῶν σαρκικῶν.

ζ', η. « Μὴ πλανᾶσθε, Θεὸς οὐ μυκτηρίζεται. Ὃ γὰρ[91] ἐὰν σπείρῃ ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ θερίσει. » Ἐφορᾷ πάντα ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, μὴ νομίσητε αὐτὸν ἀγνοεῖν τὰ γενόμενα. Γινώσκετε δὲ ὡς ἀμητὸς ἔσται τῷ σπόρῳ κατάλληλος, καὶ ὅπερ ἂν σπείρῃς, τοῦτο καὶ θερίσεις. « Ὅτι ὁ σπείρων εἰς τὴν σάρκα αὐτοῦ, ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ θερίσει φθοράν. » Ὁ γὰρ τῇ σαρκὶ χαριζόμενος τρυφήν τε καὶ ἡδονήν, φθορὰν ἐντεῦθεν καρπώσεται. Τὸ σῶμα γὰρ εἰς φθορὰν διαλύεται. « Ὁ δὲ σπείρων εἰς τὸ πνεῦμα, ἐκ τοῦ

* Joan. XIII, 34.

VARIÆ LECTIONES.

[88] ἀναπληρώσετε. Herveti liber. Atque hanc lectionem suadet interpretatio Theodoreti. [89] σαυτοῦ. B et Theodoretus (sine nomine) apud OEcumenium. [90] ἀκατάγνωστον. OEcum. [91] Versum 8 habet Noster ad Isa. LXV, 21: nisi quod ibi ὅτι ante ὁ σπείρων omittat; et post σπείρων εἰς τὸ πν. addat αὐτοῦ. Verba illa, Ὃ γὰρ ἂν σπ. ἄ., τ. κ. θερίσει, sunt etiam in epist. 106.

Digitized by Google

πνεύματος θερίσει ζωὴν αἰώνιον. » Ὁ δὲ τῷ σκοπῷ τοῦ πνεύματος ἀκολουθῶν, καὶ τοῖς τούτου νόμοις ἑπόμενος, τὴν αἰώνιον τρυγήσει ζωήν.

θ'. « Τὸ δὲ καλὸν ποιοῦντες μὴ ἐκκακῶμεν· καιρῷ γὰρ ἰδίῳ θερίσομεν μὴ ἐκλυόμενοι. » Μηδὲν τῶν ἀνιαρῶν διακοπτέτω τὴν περὶ τὰ καλὰ προθυμίαν. Πόνου γὰρ δίχα θερίσομεν τὰ σπειρόμενα· τοῦτο γὰρ ἔφη, *μὴ ἐκλυόμενοι*. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν αἰσθητῶν σπερμάτων [92] καὶ ὁ σπόρος ἔχει πόνον [93], καὶ ὁ ἀμητὸς ὡσαύτως· διαλύει δὲ πολλάκις [94] τοὺς ἀμῶντας [95] καὶ τὸ τῆς ὥρας θερμόν· ἀλλ' ἐκεῖνος οὐ τοιοῦτος ὁ ἀμητός· πόνου γάρ ἐστι καὶ ἱδρῶτος ἐλεύθερος.

ι'. « Ἄρα [96] οὖν ὡς καιρὸν ἔχομεν, ἐργαζώμεθα τὸ ἀγαθὸν πρὸς πάντας, μάλιστα δὲ πρὸς τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως. » Οὕτω καὶ ὁ Κύριος ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις ἔφη· « Γίνεσθε οἰκτίρμονες, καθὼς καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος οἰκτίρμων ἐστίν, ὅτι ἀνατέλλει τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. » Διαφερόντως μέντοι προσήκει θεραπεύειν τοὺς ὁμοπίστους.

ια'. « Ἴδετε πηλίκοις ὑμῖν γράμμασιν ἔγραψα τῇ ἐμῇ χειρί. » Πᾶσαν, ὡς ἔοικε, τήνδε τὴν Ἐπιστολὴν αὐτὸς ἔγραψε, διδάσκων ὡς οὐχ ὑφορᾶται προσώπων ἄξίωμα προκειμένης τῆς ἀληθείας. Τὸ δὲ, *πηλίκοις γράμμασι*, τινὲς μὲν, *μεγάλοις*, τινὲς δὲ, *φαύλοις*, ἡρμήνευσαν. Ἐγὼ γὰρ, φησὶν, ἔγραψα τὴν Ἐπιστολὴν, καίτοι μὴ γράφων εἰς κάλλος.

ιβ'. « Ὅσοι θέλουσιν εὐπροσωπῆσαι ἐν σαρκὶ, οὗτοι ἀναγκάζουσιν ὑμᾶς περιτέμνεσθαι, μόνον ἵνα μὴ τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ διώκωνται. » Τὴν παρὰ ἀνθρώπων θηρώμενοι δόξαν, καὶ τῆς ἀσφαλείας προμηθούμενοι τῆς οἰκείας, τὴν ἀναγκαστικὴν τῆς περιτομῆς ὑμῖν διδασκαλίαν προσφέρουσιν, ἵνα μὴ παραπλησίως ἡμῖν τοῖς κηρύττουσι τὸν Χριστὸν αἰκίζωνται, καὶ καθείργωνται.

ιγ'. « Οὐδὲ γὰρ οἱ περιτεμνόμενοι αὐτοὶ νόμον φυλάττουσιν, ἀλλὰ θέλουσιν ὑμᾶς περιτέμνεσθαι, ἵνα ἐν τῇ ὑμετέρᾳ σαρκὶ καυχήσωνται. » Πῶς γὰρ ἔστιν αὐτοὺς φυλάξαι τὸν νόμον πόρρω τῶν Ἱεροσολύμων διάγοντας; Πῶς ἐπιτελοῦσι τὰς ἑορτάς; Πῶς τὰς θυσίας προσφέρουσι; Πῶς ἀκαθάρτων ἁπτόμενοι περιῤῥαίνονται; Δῆλον τοίνυν ὡς αὐχεῖν ἐθέλοντες, ἅτε δὴ μεταμαθόντες, περιτμηθῆναι ὑμᾶς παρεσκεύασαν.

ιδ'. « Ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ [97], δι' οὗ ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ. » Ἐγὼ δὲ ἐπὶ μόνῳ τῷ σωτηρίῳ σταυρῷ μεγαλοφρονεῖν εὔχομαι. Διὰ τοῦτον περιττός μοι πᾶς ὁ βίος, καὶ νεκρῷ παραπλήσιος. Οὐ μόνον δὲ αὐτὸς ἐμοὶ, ἀλλὰ κἀγὼ αὐτῷ· τὴν γὰρ ἀθάνατον προσμένω ζωήν. Τοῦτο γὰρ ἐπήγαγεν·

tem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. » Qui autem spiritus institutum et ejus leges sequitur, vitam æternam colliget.

VERS. 9. « Bonum autem facientes non deficiamus : tempore enim suo metemus non deficientes. » Nihil eorum quæ molesta sunt animi ad honesta promptitudinem abrumpat. Absque labore enim seminata metemus. Hoc enim est, *non deficientes*. In sensibilibus enim seminibus sementis quoque ipsa laborem habet, et messis itidem : metentes autem sæpe resolvit æstus. Sed messis illa non est ejusmodi : est enim a labore et sudore libera.

VERS. 10. « Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. » Ita etiam Dominus in sacris Evangeliis dixit : « Estote misericordes, sicut et Pater vester cœlestis est misericors, qui facit solem suum oriri super bonos et malos, et pluit super justos et injustos P. » Præcipue autem cura gerenda est eorum, qui sunt ejusdem fidei.

VERS. 11. « Videte qualibus litteris scripsi vobis mea manu. » Totam, ut videtur, hanc scripsit Epistolam, docens non esse respectum personarum quando veritas proponitur. Illud autem, *qualibus litteris*, nonnulli, *magnis*, alii, *malis*, interpretati sunt. Ego enim, inquit, hanc **395** epistolam scripsi, etsi pulchre non scribens.

VERS. 12. « Quicunque volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi, tantum ut crucis Christi persecutionem non patiantur. » Gloriam ab omnibus aucupantes, et suæ securitati studentes, tradunt vobis doctrinam qua circumcidi cogamini, ne injuriis afficiantur, et in vincula conjiciantur, sicut nos qui Christum prædicamus.

VERS. 13. « Neque enim qui circumciduntur legem custodiunt : sed volunt vos circumcidi, ut in carne vestra glorientur. » Quomodo enim fieri potest, ut ipsi legem servent, qui procul ab Hierosolymis degunt? Quomodo dies festos peragunt? Quomodo sacrificia offerunt? Quomodo dum immunda tangunt abluuntur? Clarum est ergo quod gloriari volentes, quasi sententiam mutarint, hoc agunt ut circumcidamini.

VERS. 14. « Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi : per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo. » Ego autem propter solam salutarem crucem gloriari cupio. Propter hanc enim tota vita est mihi supervacanea, et mortuæ similis. Non solum autem ipsa mihi, sed ego quoque ipsi : immortalem enim vitam exspecto. Hoc enim subjunxit :

P Luc. VI, 36; Matth. V, 45.

VARIÆ LECTIONES.

[92] πραγμάτων. Theodoret. (sine nomine) apud OEcum. [93] κόπον. OEcum. [94] γὰρ πολλά. OEcum. Add. pag. 395, 400. [95] καὶ τὸ ἀμᾶν, addit OEcum. [96] Ἄρα—ἀγαθόν. Noster ad Jer. XIII, 16. [97] Pro τοῦ K. ἡ. Ἰ. X. habet τοῦ Χριστοῦ ad Cant. II, 16. Cætera : ἐμοὶ δὲ — κόσμῳ eadem ut in nostro loco.

Digitized by Google

VERS. 15. « In Christo enim Jesu neque circumcisio valet, neque præputium, sed nova creatura. » Hoc etiam dixit scribens ad Corinthios : « Quare, si qua in Christo nova creatura [q]. » *Novam* autem *creaturam* appellat proprie quidem futuram post mortuorum **396** resurrectionem rerum mutationem. Tunc enim et creatura liberatur ab urgente (nunc) corruptione, et hominum natura immortalitatem induit. Salutarem autem baptismum ostendit esse veluti quamdam imaginem futurorum. In eo enim veterem hominem exuimus, novumque induimus : et onus peccatorum deponentes, gratiam Spiritus suscipimus. Nec ergo sanctissimum baptisma, nec futura vita, novit circumcisionis et præputii [98] differentiam. *Mundum* autem vocavit, res quæ ad vitam pertinent, honorem, gloriam, divitias : his se dixit esse mortuum.

A ιε'. « Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ οὔτε περιτομή [99] ἰσχύει, οὔτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ καινὴ κτίσις. » Τοῦτο καὶ Κορινθίοις ἐπιστέλλων ἔφη· « Ὥστε εἴ τις ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις. » *Καινὴν* δὲ *κτίσιν* κυρίως μὲν καλεῖ τὴν ἐσομένην μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν τῶν πραγμάτων μεταβολήν. Τότε γὰρ καὶ ἡ κτίσις τῆς ἐπικειμένης ἐλευθεροῦται φθορᾶς, καὶ τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις τὴν ἀθανασίαν ἐνδύεται. Οἷον δέ τινα τῶν μελλόντων εἰκόνα δείκνυσι τὸ σωτήριον βάπτισμα. Ἐν τούτῳ γὰρ ἀποδυόμεθα τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, ἐνδυόμεθα δὲ τὸν νέον· καὶ τῶν ἁμαρτημάτων τὸ φορτίον ἀποτιθέμενοι, δεχόμεθα τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος. Οὔτε τοίνυν τὸ πανάγιον βάπτισμα, οὔτε ὁ μέλλων βίος, οἶδε περιτομῆς καὶ ἀκροβυστίας διαφοράν. *Κόσμον* δὲ ἐκάλεσε τὰ βιωτικὰ πράγματα, τὴν τιμὴν, τὴν δόξαν, τὸν πλοῦτον· τούτοις εἶπεν εἶναι νεκρός.

B

VERS. 16. « Et quicunque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, et misericordia, et super Israel Dei. » *Regulam* vocavit propositam doctrinam, ut quæ rectitudine ornetur, et nihil habeat quod sit mancum, vel superfluum. Iis autem qui eam amplectuntur misericordiam precatus est et pacem. *Israelem* vero *Dei* appellavit fideles, ut qui Deum per fidem videant. Hoc enim nomen significat.

ις'. « Καὶ ὅσοι [99] τῷ κανόνι τούτῳ στοιχήσουσιν, εἰρήνη ἐπ' αὐτοὺς καὶ ἔλεος, καὶ ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ τοῦ Θεοῦ. » *Κανόνα* ἐκάλεσε τὴν προκειμένην διδασκαλίαν, ὡς εὐθύτητι κοσμουμένην, καὶ μήτε ἐλλεῖπόν τι, μήτε περιττὸν ἔχουσαν· τοῖς δὲ ταύτην ἀσπαζομένοις ἐπηύξατο τὸν ἔλεον καὶ τὴν εἰρήνην. *Ἰσραὴλ* δὲ *τοῦ Θεοῦ* τοὺς πιστοὺς ὠνόμασεν, ἅτε δὴ τὸν Θεὸν ὁρῶντας διὰ τῆς πίστεως. Τοῦτο γὰρ ἑρμηνεύει τὸ ὄνομα.

VERS. 17. « De cætero, nemo mihi molestus sit. Ego enim stigmata Domini Jesu in corpore meo porto. » In memoriam revocans labores quos pertulit, dum eis divinum prædicaret Evangelium, in hanc vocem veluti quoddam testimonium erupit. Non amplius, inquit, ad vos scribere animum inducam, sed pro litteris vibices ostendam, et plagarum signa. Hæc prædicationi veritatis ferant testimonium : pro illa enim omnia perpeti non refugio.

ιζ'. « Τοῦ λοιποῦ, κόπους μοι μηδεὶς παρεχέτω. Ἐγὼ γὰρ τὰ στίγματα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματί μου βαστάζω. » Εἰς μνήμην ἐλθὼν ὧν ὑπέμεινε πόνων, τὸ θεῖον αὐτοῖς προσφέρων Εὐαγγέλιον, οἷόν τινα μαρτυρίαν ταύτην ἔρρηξε τὴν φωνήν. Οὐκέτι, φησὶ, γράψαι τι πάλιν ἀνέξομαι· ἀντὶ δὲ γραμμάτων τοὺς μώλωπας δείκνυμι, καὶ τῶν αἰκισμῶν τὰ σημεῖα. Ταῦτα μαρτυρείτω τῇ τοῦ κηρύγματος ἀληθείᾳ· ὑπὲρ ἐκείνης γὰρ πάντα παθεῖν ἀνέχομαι.

C

VERS. 18. « Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro, fratres. Amen. » **397** Consuetam benedictionem, veluti quoddam signaculum, litteris imposuit. Adjecit autem spiritus mentionem, donum datum eis in memoriam revocans, quod non per legem, sed per fidem acceperant. Hanc nos quoque gratiam custodiamus, et ne Spiritum sanctum contristemus, in quo signati sumus in diem redemptionis : sed bonam actionem, veluti quoddam oleum, intelligenti huic luci adhibeamus, ut illuminati recta incedamus, et expetendum viæ finem consequamur, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et potentia, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Epistola ad Galatas scripta est Romæ, cum divinus Apostolus eos jam vidisset, et docuisset.

ιη'. « Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν, ἀδελφοί. Ἀμήν. » Τὴν συνήθη εὐλογίαν οἷόν τινα σφραγῖδα τοῖς γράμμασιν ἐπιτέθεικε. Προστέθεικε δὲ τὴν τοῦ πνεύματος μνήμην, τῆς δοθείσης ἀναμιμνήσκων αὐτοὺς δωρεᾶς, ἣν οὐ διὰ τοῦ νόμου, διὰ δὲ τῆς πίστεως ἔλαβον. Ταύτην καὶ ἡμεῖς τὴν χάριν φυλάξωμεν, καὶ μὴ λυπῶμεν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐν ᾧ ἐσφραγίσθημεν εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως, ἀλλ' οἷόν τι ἔλαιον τὴν ἀγαθὴν πρᾶξιν τῷ νοερῷ τούτῳ φωτὶ προσενέγκωμεν, ἵνα φωτιζόμενοι τὴν εὐθεῖαν ὁδεύωμεν, καὶ τὸ ἀξιάγαστον τῆς ὁδοῦ καταλάβωμεν τέλος, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

D

Ἡ πρὸς Γαλάτας Ἐπιστολὴ ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης, ἐωρακὼς αὐτοὺς ἤδη ὁ θεῖος Ἀπόστολος, καὶ διδάξας. (*)

[q] II Cor. v, 17.

VARIÆ LECTIONES.

[98] τὴ additum in B et in Herveti libro, ut ex ejus silentio alicujus a Vulg. interpretatione diversitatis colligo. [99] Hunc versum iisdem habet verbis Theodoretus in epist. ad Joannem Antiochen., 5 tom. Opp., pag. 61 Garn. (*) Posset hæc subscriptio Theodoreti esse, cum eadem dicat in præf. ad Epistolas Pauli et in ὑποθέσει ad nostram Epistolam. Sed cum cæteræ subscriptiones non sint, ut passim diximus ab ejus manu, nec hujus auctoritatem admittendam putamus.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΕΦΕΣΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.

—

BEATI THEODORETI

EPISCOPI CYRENSIS

INTERPRETATIO EPISTOLÆ AD EPHESIOS.

—

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Τινὲς τῶν προηρμηνευκότων τὸν θεῖον Ἀπόστολον, ἔφασαν τὸν θεσπέσιον Ἰωάννην τὸν εὐαγγελιστὴν πρῶτον παραδεδωκέναι τοῖς Ἐφεσίοις τὸ σωτήριον κήρυγμα· τινὲς δὲ ἄλλους μέν τινας εἰρήκασι πεποιηκέναι, τὸν δὲ θειότατον Παῦλον μηδέπω τοὺς Ἐφεσίους τεθεαμένον, τήνδε τὴν Ἐπιστολὴν πρὸς αὐτοὺς γεγραφέναι. Ἀλλ' ἡ τῶν ἀποστολικῶν Πράξεων ἱστορία τούτων ἡμᾶς οὐδέτερον διδάσκει. Σαφέστερον δὲ μαθησόμεθα τὴν ἀλήθειαν, εἰ τῆς διηγήσεως ἐκείνης ἀναμνησθείημεν. Ἐν Ἀντιοχείᾳ γὰρ, τῆς περὶ τοῦ νόμου ζητήσεως γενομένης, ἀπεστάλησαν πρὸς τοὺς ἁγίους ἀποστόλους οἱ θειότατοι Βαρνάβας καὶ Παῦλος, καὶ τῆς ἀμφισβητήσεως τὴν λύσιν δεξάμενοι, καὶ τὰ περὶ ταύτης κομισάμενοι γράμματα, κατέλαβον πάλιν τὴν Ἀντιόχειαν. Δῆλον δὲ ὡς κατὰ τουτονὶ τὸν καιρὸν, καὶ τὰς πρὸς τοὺς κορυφαίους τῶν ἀποστόλων ἐποιήσατο συνθήκας, περὶ ὧν ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας ὁ θεσπέσιος ἔφη Παῦλος· « Καὶ γνόντες τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ τὴν δοθεῖσάν μοι, Ἰάκωβος, καὶ Κηφᾶς, καὶ Ἰωάννης, οἱ δοκοῦντες στύλοι εἶναι, δεξιὰς ἔδωκαν ἐμοὶ καὶ Βαρνάβᾳ κοινωνίας, ἵνα αὐτοὶ μὲν εἰς τὴν περιτομὴν, ἡμεῖς δὲ εἰς τὰ ἔθνη. » Ἐξ ὧν ῥᾴδιον κατιδεῖν, ὡς οὐδέπω καταλελοίπει τὴν Ἰουδαίαν ὁ θεῖος ἀπόστολος Ἰωάννης. Μετὰ μέντοι τὴν ἀπὸ τῶν Ἱεροσολύμων ἐπάνοδον, τῆς περὶ τοῦ μακαρίου Μάρκου φιλονεικίας τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις γεγενημένης, Βαρνάβᾳ καὶ Παύλῳ, ὁ μὲν τὸν Μάρκον λαβὼν, εἰς τὴν Κύπρον ἐξέπλευσεν, ὁ δὲ θειότατος Παῦλος μετὰ τοῦ Σίλα τὴν Συρίαν καὶ Κιλικίαν περινοστήσας, εἰς τὴν Λυκαονίαν ἀφίκετο· ἐκεῖ δὲ τὸν πάντα ἄριστον περιτεμὼν Τιμόθεον, εἰς τὴν Φρυγίαν καὶ Γαλατίαν ἐξώρμησε, τῆς εὐσεβείας κατασπείρων τὰ σπέρματα· ἐκώλυσε γὰρ αὐτοὺς, φησὶ, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λαλῆσαι τὸν λόγον ἐν τῇ Ἀσίᾳ. Εἶτα τὴν Μυσίαν διελθόντες ἐπειράθησαν καὶ Βιθυνοῖς προσενεγκεῖν τὸ σωτήριον κήρυγμα, καὶ πάλιν ὑπὸ τοῦ θείου Πνεύματος ἐκωλύθησαν. Τὴν δὲ Τρωάδα καταλαβόντες, εἰς τὴν Μακεδονίαν ὑπὸ τῆς χάριτος προσεκλήθησαν. Εἶτα μετὰ τὴν Μακε-

ARGUMENTUM.

Quidam ex iis qui divinum Apostolum antehac interpretati sunt, dixerunt, divinum Joannem evangelistam salutarem prædicationem Ephesiis primum tradidisse : quidam vero aliquos alios hoc fecisse dixerunt : divinissimum autem Paulum, cum Ephesios nondum vidisset, hanc ad eos epistolam scripsisse. Sed apostolicorum Actuum historia neutrum horum nos docet. Veritatem autem melius sciemus, si narrationem illam in memoriam revocaverimus. Cum enim Antiochiæ fuisset de lege quæstio, **399** ad sanctos apostolos missi sunt divinissimi Barnabas et Paulus : et accepta ejus dubitationis solutione, datasque de ea litteras afferentes, redierunt rursus Antiochiam. Clarum est autem, eos illo etiam tempore cum apostolorum coryphæis pactum illud fecisse, de quo dixit divinus Apostolus in Epistola ad Galatas : « Et cognoscentes gratiam Dei quæ mihi data erat, Jacobus, et Cephas, et Joannes, qui videbantur esse columnæ, dextras dederunt mihi et Barnabæ societatis, ut ipsi quidem ad circumcisionem, nos vero ad gentes [a]. » Ex quibus facile intelligi potest, quod divinus apostolus Joannes nondum reliquerat Judæam. Post eorum porro ab Hierosolymis reditum, cum inter sanctos apostolos Barnabam et Paulum de beato Marco exorta esset contentio, ille quidem, accepto Marco, navigavit in Cyprum, divinissimus autem Paulus, cum una cum Sila Syriam et Ciliciam obiisset, venit in Lycaoniam. Illic autem circumciso longe optimo Timotheo, in Phrygiam et Galatiam profectus est, spargens semina pietatis. Prohibuit enim eos, inquit [b], Spiritus sanctus loqui sermonem in Asia. Deinde, cum Mysiam peragrassent, conati sunt etiam Bithynis salutarem prædicationem tradere, et a divino Spiritu sunt rursus prohibiti. Cum venissent autem Troadem, in Macedoniam a gratia evocati sunt. Post hæc, cum post Macedoniam Atheniensibus et Corinthiis divinæ cognitionis radium attulissent,

[a] Galat. II, 9. [b] Act. XVI, 6.

Digitized by Google

venerunt Ephesum. Erant autem una cum Apostolo **400** Aquila et Priscilla. Docet itaque beatus Lucas [c], quod ingressus in synagogam cum Judæis locutus sit, qui cum eum rogassent, ut illic una cum eis ageret, non cessit, sed in Judæam enavigavit. Clarum est ergo, quod Ephesiorum civitas salutarem prædicationem nondum eo tempore acceperat. Neque enim relictis fidelibus divinus Apostolus venisset in synagogam Judæorum. Quinetiam ea quæ in historia subsequuntur hoc docent apertius. Cum enim e Judæa rediisset, reperit Ephesi aliquos, numero duodecim, qui instituti quidem erant, sed divini Spiritus gratiam non acceperant, et Joannis baptismum solum noverant. Cum eos ergo baptizasset, duobus simul annis ibi versatus est, docens Ephesios decreta salutaria. Et primum quidem disseruit in synagogis : sed quia Judæi pro more contradicebant, in schola Tyranni doctrinam exercebat. In hac civitate, et vestimentorum ejus superficies morbos expulit, et dæmon in Scevæ filios insiliens exclamavit : Jesum cognosco, et Paulum scio, vos autem qui estis? In hac etiam combusta sunt scripta maleficarum artium, quorum pretium computarunt, et invenerunt argenti quinquaginta millia. Quod ergo non divinus Joannes, sed admirabilis Paulus salutarem prædicationem eis primus tradiderit, nos aperte docuit Actuum historia. Quod autem etiam epistolam postea scripserit, ipsæ nos litteræ docent. Dicit enim in fine : « Ut **401** autem et vos sciatis [d] quæ circa me sunt, quid agam, omnia vobis nota faciet Tychicus, dilectus frater et fidelis minister in Domino, quem misi ad vos in hoc ipsum ut cognoscatis quæ circa nos sunt, et consoletur corda vestra [d]. » Beatum autem Tychicum Roma misit, idque docet in secunda ad Timotheum. Cum enim dixisset : « Festina venire ad me, Demas enim me reliquit, diligens hoc sæculum, et abiit Thessalonicam, Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam, Lucas est mecum solus, accipe Marcum, et duc tecum, est enim utilis ad ministerium [e]; » subjunxit : « Tychicum autem misi Ephesum. » Quod autem hanc ultimam omnium scripserit epistolam, in ea aperte docet : « Ego enim jam delibor, et tempus resolutionis meæ instat. » Qui ergo Ephesiis prædicaverat, secundo in Macedoniam et Achaiam profectus est, et illinc in Judæam. Deinde cum Ephesi versatus esset, venit Romam. Illinc autem scribens, Tychicum se Ephesum misisse declaravit. Tychicus porro tabellarius fuit Epistolæ ad Ephesios. Perspicue igitur ostensum est, quod cum eis Evangelium antea prædicasset, hanc demum scripserit epistolam. Epistolæ autem prior quidem pars continet doctrinam divinæ prædicationis, posterior autem moralem adhortationem.

δονίαν καὶ Ἀθηναίοις καὶ Κορινθίοις τῆς θεογνωσίας τὴν ἀκτῖνα προσενεγκόντες, εἰς τὴν Ἔφεσον ἦλθον· συνῆν δὲ τῷ Ἀποστόλῳ καὶ Ἀκύλας καὶ Πρίσκιλλα. Διδάσκει τοίνυν ὁ μακάριος Λουκᾶς, ὡς εἰσελθὼν εἰς τὴν συναγωγὴν διελέχθη τοῖς Ἰουδαίοις, καὶ παρακληθεὶς αὐτοῖς συνδιατρίψαι οὐκ εἶξεν, ἀλλ' εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἀπέπλευσεν. Εὔδηλον τοίνυν ὡς οὐδέπω τῶν Ἐφεσίων ἡ πόλις κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἀπολελαύκει σωτηρίου κηρύγματος. Οὐ γὰρ ἂν τοὺς πιστοὺς καταλελοιπὼς ὁ θεῖος Ἀπόστολος ὥρμησεν εἰς τὴν τῶν Ἰουδαίων συναγωγήν. Καὶ τὰ ἑξῆς δὲ τῆς ἱστορίας τοῦτο διδάσκει σαφέστερον. Ἐπανελθὼν γὰρ πάλιν ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας εὑρέ τινας ἐν Ἐφέσῳ τὸν ἀριθμὸν δυοκαίδεκα, κατηχηθέντας μὲν, τοῦ δὲ θείου Πνεύματος τὴν χάριν οὐ δεδεγμένους, τὸ δὲ Ἰωάννου βάπτισμα μόνον ἐπισταμένους. Τούτους τοίνυν βαπτίσας, δύο κατὰ ταυτὸν ἔτη διέτριψεν αὐτόθι, παιδεύων τοὺς Ἐφεσίους τὰ σωτήρια δόγματα. Καὶ πρῶτον μὲν ἐν ταῖς συναγωγαῖς διελέγετο· ἐπειδὴ δὲ συνήθως ἀντέλεγον Ἰουδαῖοι, ἐν τῇ Τυράννου σχολῇ τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο. Ἐν ταύτῃ τῇ πόλει, καὶ ὁ χρὼς τῶν ἱματίων αὐτοῦ τὰς νόσους ἐξήλασε, καὶ τοῖς Σκευᾶ υἱέσιν ὁ δαίμων ἐφαλλόμενος ἐβόησε· Τὸν Ἰησοῦν γινώσκω, καὶ τὸν Παῦλον ἐπίσταμαι, ὑμεῖς δὲ, τίνες ἐστέ; Ἐν ταύτῃ καὶ τὰ τῆς γοητείας ἐνεπρήσθη συγγράμματα, ὧν τὴν τιμὴν συνεψήφισαν, καὶ εὗρον ἀργυρίου μυριάδας πέντε. Ὅτι μὲν οὖν οὐχ ὁ θεῖος Ἰωάννης αὐτοῖς πρῶτος προσενήνοχε τὸ σωτήριον κήρυγμα, ἀλλ' ὁ θεσπέσιος Παῦλος, σαφῶς ἡμᾶς ἐδίδαξεν ἡ τῶν Πράξεων ἱστορία. Ὅτι δὲ καὶ τὴν Ἐπιστολὴν μετὰ ταῦτα γέγραφεν, αὐτὰ διδάσκει τὰ γράμματα. Πρὸς γὰρ τῷ τέλει φησίν· « Ἵνα δὲ εἰδῆτε καὶ ὑμεῖς τὰ κατ' ἐμὲ, ὅ τι πράσσω, πάντα ὑμῖν γνωρίσει Τυχικὸς ὁ ἀγαπητὸς ἀδελφὸς, καὶ πιστὸς διάκονος ἐν Κυρίῳ, ὃν ἔπεμψα πρὸς ὑμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο, ἵνα γνῶτε τὰ περὶ ἡμῶν, καὶ παρακαλέσῃ τὰς καρδίας ὑμῶν. » Τὸν δὲ μακάριον Τυχικὸν ἀπὸ τῆς Ῥώμης ἀπέστειλε, καὶ τοῦτο ἐν τῇ πρὸς Τιμόθεον δευτέρᾳ διδάσκει. Εἰρηκὼς γάρ· « Σπούδασον ταχέως ἐλθεῖν πρός με· Δημᾶς γάρ με ἐγκατέλιπεν ἀγαπήσας τὸν νῦν αἰῶνα, καὶ ἐπορεύθη εἰς Θεσσαλονίκην, Κρήσκης εἰς Γαλατίαν, Τίτος εἰς Δαλματίαν· Λουκᾶς ἐστι μόνος μετ' ἐμοῦ· Μάρκον ἀναλαβὼν ἄγε μετὰ σεαυτοῦ· ἔστι γὰρ χρήσιμος εἰς διακονίαν· » ἐπήγαγε· « Τυχικὸν δὲ ἀπέστειλα εἰς Ἔφεσον. » Ὅτι δὲ ἐσχάτην ταύτην ἔγραψε τὴν Ἐπιστολὴν, σαφῶς ἐν αὐτῇ διδάσκει· « Ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκεν. » Ὁ τοίνυν Ἐφεσίοις κηρύξας, τὸ δεύτερον εἰς τὴν Μακεδονίαν καὶ Ἀχαΐαν ἐξώρμησε, κἀκεῖθεν εἰς τὴν Ἰουδαίαν. Εἶτα τῇ Ἐφέσῳ χρησάμενος τὴν Ῥώμην κατέλαβεν. Ἐκεῖθεν δὲ γράφων ἐδήλωσεν ὡς Τυχικὸν ἀπέστειλεν εἰς Ἔφεσον· Τυχικὸς δὲ τῶν πρὸς Ἐφεσίους γραμμάτων διάκονος. Δέδεικται ἄρα σαφῶς, ὡς προκηρύξας αὐτοῖς τὸ Εὐαγγέλιον οὕτως ἔγραψε τὴν Ἐπιστολήν. Τῆς δὲ Ἐπιστολῆς τὰ μὲν πρῶτα περιέχει διδασκαλίαν τοῦ θείου κηρύγματος, τὰ δὲ τελευταῖα παραίνεσιν ἠθικήν.

[c] Act. XVIII, 19-21. [d] Ephes. VI, 21. [e] II Tim. IV, 9-12.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ. A **402** CAPUT PRIMUM.

α', β'. « Παῦλος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ, τοῖς ἁγίοις τοῖς οὖσιν ἐν Ἐφέσῳ, καὶ πιστοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατέρος ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Πάλιν τὴν, διά, πρόθεσιν ἐπὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατέρος τέθεικε, τῶν τῇ θεότητι τοῦ Μονογενοῦς πολεμούντων ἐμφράττων [1] τὰ στόματα, καὶ διδάσκων ὡς οὐ σμικρότητος αὕτη δηλωτική. Σὺν εὐφημίᾳ δὲ τὴν πρόσρησιν τέθεικεν. Ἁγίους γὰρ αὐτοὺς καὶ πιστοὺς προσηγόρευσεν.

Vers. 1, 2. « Paulus apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, sanctis qui sunt Ephesi, et fidelibus in Christo Jesu. Gratia vobis, et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo. » Posuit rursus præpositionem *per* in Deo et Patre, eorum qui cum divinitate Unigeniti bellum gerunt ora obstruens, et docens eam non significare parvitatem. Salutationem autem cum laude conjunxit : eos enim sanctos et fideles appellavit.

γ'. « Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Δῆλον ὡς ἡμῶν μέν ἐστι Θεὸς, τοῦ δὲ Κυρίου ἡμῶν Πατήρ. Τοῦτο δὲ καὶ τὴν πρὸς Κορινθίους ἑρμηνεύοντες τὴν δευτέραν Ἐπιστολὴν ἐσημηνάμεθα. « Ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ. » Ἐδωρήσατο γὰρ ἡμῖν τοῦ θείου Πνεύματος τὰ χαρίσματα, ἔδωκε τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως, τὰς τῆς ἀθανασίας ἐπαγγελίας, τὴν ὑπόσχεσιν τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, τὸ τῆς υἱοθεσίας ἀξίωμα. Ταύτας ἐκάλεσεν εὐλογίας πνευματικάς. Καὶ προστέθεικεν, *ἐν τοῖς ἐπουρανίοις*· ἐπουράνια γὰρ τὰ δῶρα ταῦτα. Ἐπειδὴ δέ τινες ὑπελάμβανον πρόσφατον εἶναι τὸ κήρυγμα, καὶ κατεφρόνουν ὡς νεωτέρου τῆς νομικῆς πολιτείας, ἀναγκαίως καὶ περὶ τούτου διδάσκει.

Vers. 3. « Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi. » Manifestum est, eum quidem esse Deum nostrum, Domini autem nostri Patrem. Hoc vero etiam adnotavimus, secundam ad Corinthios Epistolam interpretantes. « Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo. » Dedit enim nobis dona divini Spiritus, dedit spem resurrectionis, immortalitatis promissiones, pollicitationem regni cœlorum, et dignitatem adoptionis in filios. Has vocavit spiritales benedictiones. Et adjecit, *in cœlestibus* : sunt enim dona cœlestia. Quia autem nonnulli existimabant recentem esse prædicationem, eamque contemnebant, ut quæ esset legali observatione recentior, de hoc etiam docet necessario.

δ'. « Καθὼς ἐξελέξατο ἡμᾶς ἐν αὐτῷ πρὸ καταβολῆς κόσμου. » Ἄνωθεν γὰρ, πρὸ τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως, καὶ προέγνω τὰ καθ' ἡμᾶς, καὶ προώρισε. Διδάσκει δὲ καὶ ἐπὶ τίνι ἐξελέξατο.

Vers. 4. « Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. » Ab initio enim, ante constitutionem mundi, ea quæ ad nos pertinebant præscivit et præfiniit. Docet autem etiam qua de causa elegerit.

« Εἶναι ἡμᾶς ἁγίους καὶ ἀμώμους κατενώπιον αὐτοῦ. » Καὶ πῶς ἐξελέξατο τοὺς μηδέπω γεγενημένους;

« Ut essemus sancti et immaculati in conspectu ejus. » Et quomodo elegit eos qui **403** nondum nati erant?

« Ἐν ἀγάπῃ [2] (ε'.) προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς αὐτόν. » Καὶ προεῖδεν ἡμᾶς, καὶ ἠγάπησε, καὶ τὴν ἡμετέραν προώρισε κλῆσιν, ὥστε τοῦ τῆς υἱοθεσίας ἡμᾶς ἀπολαῦσαι χαρίσματος διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν οἰκονομίας. Τὸ δὲ *εἰς αὐτὸν*, τὸν Πατέρα λέγει, ἀντὶ τοῦ, ἵνα αὐτοῦ χρηματίζωμεν υἱοί. Εἶτα ἐκπλαγεὶς τῆς φιλοτιμίας τὸ μέγεθος, ἐπήγαγε· « Κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ. » Τοῦτο γάρ, φησὶν, ἠθέλησε, τοῦτο αὐτῷ ἤρεσεν. *Εὐδοκίαν* γὰρ τὴν ἐπ' εὐεργεσίᾳ βούλησιν ἔθος τῇ θείᾳ καλεῖν Γραφῇ. « Εὐδόκησας γὰρ, φησὶ, Κύριε, τὴν γῆν σου. » Καί· « Εὐδοκεῖ Κύριος ἐν τοῖς φοβουμένοις αὐτόν. » Καί· « Ἐὰν ὑποστείληται, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ. »

« Qui in charitate (Vers. 5.) prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum. » Et præscivit nos, et dilexit, et nostram vocationem præconstituit, ut nos filiorum adoptionis donum perciperemus per Servatoris nostri dispensationem. Illud autem, *in ipsum*, Patrem dicit, pro eo quod est, Ut ejus filii appellemur. Deinde munificentiæ magnitudinem admirans, subjunxit : « Secundum propositum voluntatis suæ. » Hoc enim, inquit, voluit, hoc est ei placuit. *Eudokiam* enim, hoc est beneplacitum, solet ponere Scriptura pro benefaciendi voluntate. « Bene placitum est, inquit, tibi, Domine, in terra tua ; » et : « Complacet Domino in timentibus eum [1] ; » et : « Si subtraxerit se, non complacet anima mea in ipso [2]. »

ς'. « Εἰς ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ. » Ἡ γὰρ τῆς εὐεργεσίας ὑπερβολὴ καὶ τῶν ἀχαρίστων τὰς γλώττας εἰς εὐχαριστίαν κινεῖ.

Vers. 6. « In laudem gloriæ gratiæ suæ. » Beneficii enim excellens magnitudo vel ingratorum linguas ad gratiarum actionem incitat.

[1] Psal. LXXXV et CXLVI, 9. [2] Hebr. X, 38.

VARIÆ LECTIONES

[1] Ita haud dubie legendum, ut etiam est in B. Sirmondus contra omnem sensum habebat ἐκφράττων.
[2] Ἐν ἀγάπῃ etiam ad sequentia προορ. refert epist. 146, pag. 1035 Sirm. Consentit Herveti liber.
[3] Legendum αὐτόν, non αὐτόν, ut ipsa Theodoreti interpretatio docet.

Digitized by Google

« In qua gratificavit nos in dilecto, (VERS. 7.) In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum. » Dignos amore nos fecit mors Domini. Per illam enim, peccatorum depositis maculis, et a tyranni servitute liberati, divinæ imaginis characterem recepimus. Docet autem etiam quomodo hæc assecuti simus.

* « Secundum divitias gratiæ ejus, (VERS. 8.) quæ superabundavit erga nos. » Misericordiæ enim fontes effundit, et his nos fluentis irrigat.

« In omni sapientia et prudentia, (VERS. 9.) ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis **404** suæ. » *Mysterium voluntatis suæ* occultam voluntatem vocavit. Cum hæc enim, inquit, ab initio præconstituisset, postea revelavit. Hoc enim subjungit :

« Secundum beneplacitum ejus, quod proposuit in ipso, (VERS. 10.) in dispensatione plenitudinis temporum. » *In ipso* dicit, in Christo. *Plenitudinem* autem *temporum* vocat tempus Deo definitum. Ita etiam in Epistola ad Galatas : « Quando autem venit plenitudo temporis [h]. » — « Instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis, et quæ in terra sunt in ipso. » Hæc docet apertius in Epistola ad Romanos. « Omnis enim creatura, inquit, ingemiscit et parturit usque adhuc [i]. » Et rursus : « Exspectatio creaturæ revelationem filiorum Dei exspectat [j]. » Hoc etiam dicit in Epistola ad Hebræos : « Ut sine Deo pro omni mortem gustaret [k]. » Sola autem divina natura ab egestate aliena est. Omnis vero creatura opus habebat incarnationis medicamento. Elementa enim, quæ propter usum hominum facta sunt, corruptioni obnoxia fecit, quandoquidem hunc etiam mortalem factura erat transgressio. Invisibiles autem potestates ægre ferebant, ut est verisimile, dum improbitatem viderent grassantem inter homines. Si enim lætantur propter unum peccatorem qui agit pœnitentiam, ut dixit Dominus [l], clarum est eas ægre ferre, dum vident contraria. Sed Unigeniti incarnatio, morte soluta, et resurrectione demonstrata, et communis resurrectionis dato pignore, tristem illam nubem discussit. Itaque appellat *anacephalæosin*, subitam **405** rerum mutationem. Per dispensationem enim, seu incarnationem Christi Domini, et hominum natura resurgit, et incorruptionem induit : et creatura visibilis corruptione liberata incorruptionem assequetur, et invisibilium populi perpetuo in lætitia degent, quoniam abscessit dolor, tristitia et gemitus. Hoc per hæc verba docuit divinus Apostolus. Non * enim simpliciter dixit, cœlum et terram, sed, *quæ in cœlis, et quæ*

« Ἐν ᾗ ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐν τῷ ἠγαπημένῳ, ἐν (ζ'.) ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, τὴν ἄφεσιν τῶν παραπτωμάτων. » Ἀξιεράστους ἡμᾶς πεποίηκεν ὁ Δεσποτικὸς θάνατος. Δι' ἐκείνου γὰρ τὰς τῶν ἁμαρτημάτων ἀποθέμενοι κηλῖδας, καὶ τῆς τοῦ τυράννου δουλείας ἀπαλλαγέντες, τοὺς τῆς εἰκόνος τῆς θείας ἀνελάβομεν χαρακτῆρας. Διδάσκει δὲ καὶ πῶς τούτων τετυχήκαμεν.

« Κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς χάριτος αὐτοῦ, (η'.) ἧς ἐπερίσσευσεν εἰς ἡμᾶς. » Ἀναβλύζει γὰρ τὰς τοῦ ἐλέους πηγὰς, καὶ τούτοις ἡμᾶς περικλύζει τοῖς ῥεύμασιν.

« Ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ φρονήσει, (θ'.) γνωρίσας ἡμῖν τὸ μυστήριον τοῦ θελήματος αὐτοῦ. » *Μυστήριον τοῦ θελήματος αὐτοῦ* τὸ κεκρυμμένον προσηγόρευσε θέλημα. Ἄνωθεν γὰρ, φησὶ, ταῦτα προορίσας, ὕστερον ἀπεκάλυψε. Τοῦτο γὰρ ἐπάγει·

« Κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ, ἣν προέθετο ἐν αὐτῷ, (ι'.) εἰς οἰκονομίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν. » Τὸ, *ἐν αὐτῷ*, ἐν τῷ Χριστῷ λέγει. *Πλήρωμα δὲ τῶν καιρῶν*, τὸν ὁρισθέντα παρὰ τοῦ Θεοῦ καλεῖ καιρόν. Οὕτω καὶ ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας Ἐπιστολῇ· « Ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου. » — « Ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ, τὰ ἐπὶ τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ἐν αὐτῷ. » Σαφέστερον ταῦτα ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους διδάσκει. « Πᾶσα γὰρ ἡ κτίσις, φησὶ, συστενάζει καὶ συνωδῖνει ἄχρι τοῦ νῦν. » Καὶ πάλιν· « Ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ ἀπεκδέχεται. » Τοῦτο καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους φησίν· « Ὅπως χωρὶς Θεοῦ ὑπὲρ παντὸς γεύσηται θανάτου. » Μόνη δὲ ἡ θεία φύσις ἀνενδεής. Πᾶσα δὲ ἡ κτίσις ἐδεῖτο τοῦ τῆς οἰκονομίας φαρμάκου. Τὰ μὲν γὰρ στοιχεῖα, διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων χρείαν γενόμενα, τῇ φθορᾷ ὑποκεῖσθαι πεποίηκεν, ἐπειδὴ καὶ τοῦτον θνητὸν ποιήσειν ἔμελλεν ἡ παράβασις. Αἱ δέ γε ἀόρατοι δυνάμεις ἤχθοντο, ὡς εἰκὸς, τὴν ἐν ἀνθρώποις πολιτευομένην πονηρίαν ὁρῶσαι. Εἰ γὰρ ἐφ' ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι χαίρουσιν, ὡς ὁ Κύριος ἔφη, εὔδηλον ὡς ἀσχάλλουσι τἀναντία θεώμενοι. Ἀλλ' ἡ τοῦ Μονογενοῦς ἐνανθρώπησις, τὸν θάνατον λύσασα, καὶ τὴν ἀνάστασιν δείξασα, καὶ τὰ τῆς κοινῆς ἀναστάσεως ἐνέχυρα δεδωκυῖα, τὸ σκυθρωπὸν ἐκεῖνο διέλυσε νέφος. *Ἀνακεφαλαίωσιν* τοίνυν καλεῖ τὴν σύντομον τῶν πραγμάτων μεταβολήν [s]. Διὰ γὰρ τῆς κατὰ τὸν Δεσπότην Χριστὸν οἰκονομίας, καὶ τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις ἀνίσταται, καὶ τὴν ἀφθαρσίαν ἐνδύεται, καὶ ἡ ὁρωμένη κτίσις τῆς φθορᾶς ἐλευθερουμένη τεύξεται τῆς ἀφθαρσίας, καὶ τῶν ἀοράτων οἱ δῆμοι ἐν εὐφροσύνῃ διατελέσουσιν, ἐπειδὴ ἀπέδρα ὀδύνη, καὶ λύπη, καὶ στεναγμός. Τοῦτο διὰ τῶνδε τῶν ῥητῶν ἐδίδαξεν [t] ὁ θεῖος Ἀπόστολος. Οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπε, τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, ἀλλὰ, *τὰ*

[h] Galat. IV, 4. [i] Rom. VIII, 22. [j] ibid. 19. [k] Hebr. II, 9. [l] Luc. XV, 7.

VARIÆ LECTIONES.

[s] ἐν habet epist. 146, pag. 1040 Sirm., sed τὰ ante ἐπὶ τ. γ. omittit. Reliqua a verbis κατὰ τ. εὐδοκ. desunt. [t] ἐν αὐτῷ ibi reperias. [u] βουλὴν est in Theodoreti (sine nomine) interpretatione apud Œcumenium. τούτων τῶν ῥημάτων ἐδίδ. Œcum.

Digitized by Google

ἐπὶ τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ δεικνὺς τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον, ἐπήγαγεν, *ἐν αὐτῷ*, τουτέστιν ἐν τῷ Χριστῷ. A *in terra sunt*: et ostendens dispensationis mysterium, subjunxit, *in ipso*, hoc est in Christo.

ια'. « Ἐν ᾧ [r] καὶ ἐκληρώθημεν προορισθέντες κατὰ πρόθεσιν τοῦ τὰ πάντα ἐνεργοῦντος κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ θελήματος αὐτοῦ. » Ἄνωθεν γὰρ προορίσας ἡμᾶς, εἰς ταύτην ἀπεκλήρωσε τὴν ζωὴν ὁ πάντα ποιῶν ὅσα βούλεται. Διδάσκει δὲ σαφέστερον καὶ εἰς ποῖον προωρίσθημεν κλῆρον.

Vers. 11 « In quo et nos sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum ejus qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. » Cum enim ab initio nos prædestinasset, ad hanc vitam elegit qui quæcunque vult facit. Porro autem apertius quoque docet ad quam sortem prædestinati simus.

ιβ'. « Εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς εἰς ἔπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ, τοὺς προηλπικότας ἐν τῷ Χριστῷ. » Πάντες γὰρ εἰς ἡμᾶς ὁρῶντες, τοὺς εἰς τὸν Δεσπότην πεπιστευκότας, Χριστὸν ἀνυμνοῦσι τὸν τούτων αἴτιον τῶν ἀγαθῶν.

Vers. 12. « Ut simus in laudem gloriæ ejus nos, qui ante speravimus in Christo. » Omnes enim ad nos respicientes, qui in Dominum credidimus, Christum horum bonorum auctorem laudant.

ιγ'. « Ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς, ἀκούσαντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, τὸ Εὐαγγέλιον τῆς σωτηρίας ὑμῶν, ἐν ᾧ καὶ πιστεύσαντες ἐσφραγίσθητε τῷ Πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἁγίῳ. » Οὐ γὰρ μόνον ἠκούσατε, ἀλλὰ καὶ ἐπιστεύσατε· οὗ δὴ χάριν καὶ τῆς τοῦ παναγίου Πνεύματος τετυχήκατε χάριτος. Τὸ δὲ, *ἐσφραγίσθητε*, ἔοικε τῷ προφητικῷ ῥητῷ· « Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, Κύριε. » ἀντὶ τοῦ· Οἷόν τινα σφραγῖδα τὴν τοῦ Πνεύματος ἐκομίσασθε δωρεάν. Ἐπαγγελίαν δὲ αὐτὴν καλεῖ, ὡς τοῦ Κυρίου ἐπαγγελλομένου πέμψειν τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος. B

Vers. 13. « In quo et vos, cum audissetis verbum veritatis, Evangelium salutis vestræ, in quo et credentes signati estis Spiritu promissionis sancto. » Non solum enim audivistis, sed etiam credidistis: unde sanctissimi etiam Spiritus gratiam adepti estis. Illud autem, *signati estis*, simile est dicto prophetico: « Signatum est super nos **406** lumen vultus tui, Domine [m]. » Hoc est, Veluti signaculum quoddam Spiritus donum accepistis. Ipsum autem vocat *promissionem*, nempe quod promiserat Dominus se missurum gratiam Spiritus.

ιδ'. « Ὅς ἐστιν ἀρραβὼν τῆς κληρονομίας ἡμῶν. » Ἔδειξε τῶν προσδοκωμένων τὸ μέγεθος. Εἰ γὰρ ἡ δοθεῖσα χάρις, δι' ἧς τὰ θαύματα ἐνηργεῖτο, καὶ λεπροὶ ἐκαθαίροντο, καὶ δαίμονες ἠλαύνοντο, καὶ τἄλλα τὰ τούτοις ἐγίνετο παραπλήσια, ἀρραβῶνος τάξιν ἐπέχει, δῆλον ὡς πολὺ μείζονος οἱ πιστεύοντες τῆς χάριτος ἀπολαύσονται. « Εἰς ἀπολύτρωσιν τῆς περιποιήσεως, εἰς ἔπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ. » Οὗτος, φησὶν, ὁ ἀρραβὼν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἡμῖν ἐδόθη, ὥστε ἡμᾶς ἐλευθερῶσαι μὲν τῆς τοῦ Δυσμενοῦς τυραννίδος, προσοικειῶσαι δὲ τῷ Θεῷ· ἵνα διὰ παντὸς αὐτὸν ὑμνῶμεν μεμνημένοι τῆς χάριτος. C

Vers. 14. « Qui est pignus hæreditatis nostræ. » Ostendit magnitudinem eorum quæ exspectantur. Si enim data gratia, per quam fiebant miracula, et mortui excitabantur, et leprosi mundabantur, et dæmones expellebantur, et alia fiebant his similia, arrhæ locum obtinet, clarum est fore, ut qui credunt majorem gloriam assequantur. « In redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius. » Hæc, inquit, arrha nobis in præsentia data est, ut nos a tyrannide inimici liberaret, Deoque familiares redderet, ut ipsum perpetuo laudemus gratiæ acceptæ memores.

ιε', ις'. « Διὰ τοῦτο κἀγὼ ἀκούσας τὴν καθ' ὑμᾶς πίστιν ἐν τῷ Κυρίῳ Ἰησοῦ, καὶ τὴν ἀγάπην τὴν εἰς πάντας τοὺς ἁγίους, οὐ παύομαι εὐχαριστῶν ὑπὲρ ὑμῶν, μνείαν ὑμῶν ποιούμενος ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου. » Ἐντεῦθέν τινες ὑπετόπησαν, ὡς μηδέπω θεασάμενος αὐτοὺς ὁ θεῖος Ἀπόστολος γέγραφε τὴν Ἐπιστολήν. Ἔδει δὲ συνιδεῖν, ὅτι καὶ Κορινθίοις ἐπιστέλλων τὰ λυπηρὰ ἀκούσας, ἀπέστειλεν· « Ἀνηγγέλη γάρ μοι, φησὶ, περὶ ὑμῶν, ἀδελφοί μου, ὑπὸ τῶν Χλόης, ὅτι ἔριδες ἐν ὑμῖν εἰσιν. » Ὥσπερ τοίνυν ἐκεῖ τὰ λυπηρὰ μαθὼν, ἀθυμῶν ἐπιστέλλει· οὕτω καὶ περὶ τούτων ἀκούσας τὰ θυμήρη, τὴν εὐφημίαν ὑφαίνει. Ἐπαινεῖ δὲ αὐτῶν οὐ μόνον τὴν περὶ τὴν εὐσέβειαν σπουδὴν, ἀλλὰ καὶ τὴν περὶ τοὺς D

Vers. 15, 16. « Propterea et ego audiens fidem vestram in Christo Jesu, et dilectionem in omnes sanctos, non cesso gratias agere pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis. » Hinc nonnulli conjecerunt, divinum Apostolum scripsisse hanc Epistolam, cum eos nondum vidisset. * Oportebat autem eos animadvertere, quod etiam ad Corinthios scribens, cum molesta audivisset, Epistolam miserit: « Renuntiatum est enim mihi, inquit, fratres, ab iis qui sunt Chloes, quod contentiones sunt inter vos [n]. » Quemadmodum ergo illic, cum molesta didicisset, dolens scribit, ita etiam cum de his grata audivisset, laudationem texit. Laudat autem eos, non solum propter stu-

[m] Psal. IV, 7. [n] I Cor. I, 11.

VARIÆ LECTIONES.

[r] Hunc ipsum versum habet Noster quæst. 46 in Numeros, nisi quod ibi καί ante ἐκληρώθημεν, et τὰ ante πάντα omissum sit.

Digitized by Google

dium pietatis, sed etiam et hoc nomine laudat Deum omnium bonorum auctorem, et **407** dicit:

VERS. 17, 18. « Ut Deus Domini nostri Jesu Christi, Pater gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ et revelationis, in agnitione ejus illuminatos oculos cordis vestri. » Orans autem peto ut vos impleamini spiritali sapientia, ut cognoscatis fruitionem bonorum quæ sperantur. Hoc appellavit *revelationem*. Illud autem, *Deus Domini nostri Jesu Christi*, per divisionem posuit. Eumdem enim ejusdem Deum et Patrem appellavit: *Deum* quidem, ut hominis, *Patrem* vero ut Dei. *Gloriam* enim divinam naturam nominavit. Ita etiam in Epistola ad Hebræos, « Qui est splendor gloriæ [o], » hoc est, divinæ naturæ. Ita etiam divinus Ezechiel: « Hæc est, inquit, similitudo gloriæ Domini [p]. » Quoniam enim fieri omnino non potest ut divina natura cognoscatur, eam *gloriam* nominant, ab adoratione et glorificatione appellationem imponentes.

« Ut sciatis quæ sit spes vocationis ejus, et quæ divitiæ gloriæ hæreditatis ejus in sanctis, (VERS. 19.) et quæ sit supereminens magnitudo virtutis ejus in nos qui credimus. » Supplico autem ut intelligenti luce mentis vestræ visus illustretur, ut et propter quæ vocati sumus dignoscatis, et promissorum bonorum magnitudinem prænoscatis. Carnea autem lingua disserens divinus Apostolus, et Dominum ut vellet laudare non valens, donorumque ostendere magnitudinem, multa simul nomina congerit, pro viribus hæc ostendere contendens. Propterea *spem vocationis*, et **408** *divitias gloriæ hæreditatis*, et *exsuperantem potentiæ magnitudinem*, et *beneplacitum voluntatis*, et alia ejusmodi colligit. *Exsuperantem* vero *potentiæ magnitudinem* posuit, crucis * ignominiam animo versans, et quanta per eam perfecerit recogitans. Hoc enim subjunxit:

« Secundum operationem potentiæ virtutis ejus, (VERS. 20-22.) quam operatus est in Christo, suscitans illum a mortuis, et constituit ad dexteram suam in cœlestibus, supra omnem principatum, et potestatem, et virtutem, et dominationem, et omne nomen quod nominatur, non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro. Et omnia subjecit sub pedibus ejus. » Clarum est, eum hæc omnia tanquam de homine posuisse: hoc enim est quod illi admirationem injecit. Quod enim qui Deus est una cum Deo sedeat, et qui est Filius una cum Patre regnet, non est admirabile. Nam cum eadem

A ἁγίους φιλοτιμίαν, καὶ ἐπὶ τούτοις ἀνυμνεῖ τὸν Θεὸν τὸν ἁπάντων αἴτιον τῶν ἀγαθῶν, καί φησιν·

ιζ', ιη'. « Ἵνα ὁ Θεὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ Πατὴρ τῆς δόξης, δῴη ὑμῖν Πνεῦμα σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως, ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ, πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας ὑμῶν. » Αἰτῶ δὲ προσευχόμενος σοφίας ὑμᾶς ἐμπλησθῆναι * πνευματικῆς, ὥστε γνῶναι τῶν ἐλπιζομένων ἀγαθῶν τὴν ἀπόλαυσιν. Τοῦτο ἐκάλεσεν *ἀποκάλυψιν*. Τὸ μέντοι, *Ὁ Θεὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ*, κατὰ διαίρεσιν τέθεικε. Τὸν γὰρ αὐτὸν τοῦ αὐτοῦ καὶ Θεὸν ἐκάλεσε καὶ Πατέρα· *Θεὸν* μὲν ὡς ἀνθρώπου, *Πατέρα* δὲ ὡς Θεοῦ. *Δόξαν* γὰρ τὴν θείαν φύσιν ὠνόμασεν. Οὕτω καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῇ· « Ὅς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, » τουτ- B ἔστι τῆς θείας φύσεως. Οὕτω καὶ ὁ θεῖος Ἰεζεκιήλ, « Τοῦτο, φησὶν, ὁμοίωμα δόξης Κυρίου. » Ἐπειδὴ γὰρ τὴν θείαν φύσιν διαγνῶναι πάμπαν ἀδύνατον, *δόξαν* αὐτὴν ὀνομάζουσιν, ἀπὸ τῆς προσκυνήσεως καὶ δοξολογίας τὴν προσηγορίαν τιθέντες.

« Εἰς τὸ εἰδέναι ὑμᾶς, τίς ἐστιν ἡ ἐλπὶς τῆς κλήσεως αὐτοῦ, καὶ τίς ὁ πλοῦτος τῆς δόξης τῆς κληρονομίας αὐτοῦ ἐν τοῖς ἁγίοις, (ιθ') καὶ τί τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος τῆς δυνάμεως αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς τοὺς πιστεύοντας. » Ἱκετεύω δὲ, τῷ νοερῷ φωτὶ τῆς διανοίας ὑμῶν καταυγασθῆναι τὸ ὀπτικὸν, ὥστε καὶ ἐπὶ τίσιν ἐκλήθημεν διαγνῶναι, καὶ τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν τὸ μέγεθος προμαθεῖν. Γλώττῃ δὲ σαρκικῇ * διαλεγόμενος ὁ θεῖος Ἀπόστολος, καὶ μὴ δυνάμενος ὡς βούλεται τὸν Δεσπότην ὑμνῆσαι, καὶ τῶν δωρεῶν C ὑποδεῖξαι τὸ μέγεθος, πολλὰ κατὰ ταυτὸν ὀνόματα συναθροίζει, δεῖξαι ταῦτα φιλονεικῶν κατὰ δύναμιν. Διὰ τοῦτο *ἐλπίδα κλήσεως*, καὶ *πλοῦτον δόξης κληρονομίας*, καὶ *ὑπερβάλλον μέγεθος δυνάμεως*, καὶ *εὐδοκίαν θελήματος*, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα τοιαῦτα συναγείρει [10]. Τὸ δὲ, *ὑπερβάλλον μέγεθος τῆς δυνάμεως*, τέθεικε, τοῦ σταυροῦ τὴν ἀτιμίαν εἰς νοῦν λαβὼν, καὶ ἐνθυμηθεὶς ἡλίκα διὰ τούτου κατώρθωσε. Τοῦτο γὰρ ἐπήγαγε·

« Κατὰ τὴν [11] ἐνέργειαν τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, (κ', κβ'.) ἣν ἐνήργησεν ἐν τῷ Χριστῷ, ἐγείρας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις [12], ὑπεράνω [13] πάσης ἀρχῆς, καὶ ἐξουσίας, καὶ δυνάμεως [14] καὶ κυριότητος, καὶ παν- D τὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. Καὶ πάντα ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. » Δῆλον δὲ ὅτι ταῦτα πάντα ὡς περὶ ἀνθρώπου τέθεικε· τοῦτο γὰρ αὐτῷ καὶ τὴν ἔκπληξιν ἐποίησεν. Τὸ γὰρ τὸν Θεὸν ὄντα συνεδρεύειν τῷ Θεῷ, καὶ Υἱὸν ὄντα συμβασιλεύειν τῷ Πατρὶ, θαυμαστὸν οὐδαμῶς· τῇ ταυτότητι γὰρ τῆς φύσεως

[o] Hebr. I, 3. [p] Ezech. II, 1.

VARIÆ LECTIONES.

* Ita legendum cum B. Ἐκπλησθῆναι habebat Sirm. textus. * σαρκίνῃ. B. [10] συνεγείρει. B. [11] Hæc κατὰ τὴν, etc. — ἐκ νεκρῶν sunt iisdem verbis apud nostrum contra Cyrilli anathem. 7. [12] ἐν τ. ἐπουρανίοις omittit contra Nestorium, pag. 701 Sirm. In reliquis hujus et sequentis versus planissime cum loco nostro consentit. [13] ἐπάνω. Ad Jerem. XXXII extr. et Hebr. I, 4. [14] καὶ δυν. desideratur l. c. Jeremiæ. Reliqua h. v. ibi reperias et l. c. ad Hebræos, ubi tamen κ. δυν. non omittit.

Digitized by Google

ἡ κοινωνία τῆς ἐξουσίας συνέζευκτο. Τὸ δὲ τὴν ληφθεῖσαν ἐξ ἡμῶν φύσιν τῆς αὐτῆς τῷ λαβόντι μετέχειν τιμῆς, ὥστε μηδεμίαν φαίνεσθαι διαφορὰν προσκυνήσεως, ἀλλὰ διὰ τῆς ὁρωμένης φύσεως τὴν ἀόρατον προσκυνεῖσθαι θεότητα, τοῦτο παντὸς ἐπέκεινα θαύματος. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος ὑπεραγασθεὶς, πρῶτον μὲν ὑμνεῖ τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος τῆς δυνάμεως, εἶτα τὴν ἐνέργειαν τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος· καὶ ζητεῖ ὀνόματα δηλῶσαι δυνάμενα τοῦ πράγματος τὸ παράδοξον. Πρῶτον μὲν γὰρ, φησὶν, ἤγειρεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, δῆλον ὅτι ὡς ἄνθρωπον· εἶτα ἐκάθισε. Καὶ δεικνὺς τὸ μέγεθος τῆς τιμῆς προστέθεικεν, *ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ*. Ἐπιδείκνυσι δὲ καὶ τὰ βασίλεια, *ἐν τοῖς ἐπουρανίοις*. Εἶτα καὶ τοὺς ὑπηκόους, *ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας*. Καὶ διεξελθὼν πάντα ὅσα ἐδιδάχθημεν τῶν ἀοράτων ὀνόματα, προστέθεικεν ὅτι καὶ εἴ τινας τούτων ἀγνοοῦμεν, μετὰ δὲ ταῦτα γνωσόμεθα ἐν τῷ μέλλοντι βίῳ, καὶ οὗτοι πάντες ὑπόκεινται· καὶ τὴν προφητικὴν ἐπήγαγε μαρτυρίαν· *Πάντα γὰρ ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ*. Καὶ τοῦτο δὲ ὁ Προφήτης ὡς περὶ ἀνθρώπου τέθεικεν. Τί γάρ ἐστι, φησὶν, ἄνθρωπος, ὅτι ἐμνήσθης αὐτοῦ, ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν;

A natura potestatis quoque conjuncta est societas. Quod autem sumpta ex nobis natura ejusdem honoris cum eo qui sumpsit sit particeps, ut nulla videatur adorationis esse differentia, sed per naturam quæ cernitur, invisibilis adoretur divinitas, hoc vero omne miraculum superat. Et ideo divinus Apostolus supra modum admirans, primum quidem laudat excedentem potentiæ magnitudinem, deinde operationem potentiæ virtutis : et quærit vocabula quæ possint significare rem prorsus admirabilem et incredibilem. Primum **409** enim, inquit, eum suscitavit a mortuis : clarum est, quod hominem. Deinde sedere fecit : et ostendens honoris magnitudinem, adjecit, *ad dexteram suam*. Quin et regiam quoque ostendit, *in cœlestibus*. B Deinde et subjectos, *supra omnem principatum et potestatem*. Et omnia persecutus invisibilium nomina, quæ didicimus, adjecit quod, etsi aliquos eorum nescimus, fore tamen ut postea cognoscamus in vita futura, et hi omnes subjecti sint. Et adduxit propheticum testimonium. *Omnia* enim *subjecit sub pedibus ejus*. Jam vero hoc quoque posuit Propheta tanquam de homine : « Quid est enim, inquit, homo, quod memor es ejus, aut filius hominis, quod visitas eum? »

« Καὶ αὐτὸν[15] ἔδωκε κεφαλὴν ὑπὲρ πάντα τῇ Ἐκκλησίᾳ, (κγ'.) ἥτις ἐστὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ. » Κεφαλῆς τάξιν ὁ Δεσπότης ἐπέχει Χριστός· οἱ δέ γε πιστεύοντες εἰς αὐτὸν, τὴν τοῦ σώματος. « Τὸ πλήρωμα τοῦ τὰ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου. » *Ἐκκλησίαν* καλεῖ τὸν σύλλογον τῶν πιστῶν. Ταύτην προσηγόρευσε τοῦ μὲν Χριστοῦ σῶμα, τοῦ δὲ Πατρὸς πλήρωμα. Ἐπλήρωσε γὰρ αὐτὴν παντοδαπῶν χαρισμάτων, καὶ οἰκεῖ ἐν αὐτῇ, καὶ ἐμπεριπατεῖ, κατὰ τὴν προφητικὴν φωνήν. Τοῦτο δὲ ἀκριβέστερον κατὰ τὸν μέλλοντα βίον γενήσεται. Οὕτω γὰρ καὶ Κορινθίοις ἐπιστέλλων ἐδίδαξεν. Εἰπὼν γάρ· « Ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος· » καὶ, ὅτι « Πάντα ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ· » τελευταῖον τέθεικεν· « Ἵνα ᾖ ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσι. » Καὶ ἐκεῖνα μὲν διὰ πλειόνων ἡρμηνεύσαμεν, ἐροῦμεν δὲ καὶ ἐνταῦθα συντόμως, ὅτι κατὰ τὸν παρόντα βίον ἐν πᾶσι μὲν ἔστιν ὁ Θεός· ἀπερίγραπτον γὰρ ἔχει τὴν φύσιν· οὐ πάντα δὲ ἐν πᾶσι, ἐπειδὴ οἱ μὲν δυσσεβοῦσιν, οἱ δὲ παρανομοῦσι· οἰκεῖ δὲ ἐν τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν, καὶ ἐν τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Ἐν δέ γε τῷ μέλλοντι βίῳ, τῆς θνητότητος παυομένης, καὶ τῆς ἀθανασίας χορηγουμένης, καὶ τῆς ἁμαρτίας οὐκ ἔτι χώραν ἐχούσης, πάντα ἐν πᾶσιν ἔσται.

C Et ipsum dedit caput supra omnia Ecclesiæ, (Vers. 23.) Quæ est corpus ipsius. » Christus Dominus obtinet locum capitis : qui autem in ipsum credunt, corporis. « Et plenitudo ejus qui omnia in omnibus adimplet. » *Ecclesiam* vocat · cœtum fidelium. Hanc appellavit Christi quidem corpus, Patris autem plenitudinem. Eam enim implevit donis omnis generis, et in ea habitat et obambulat, juxta vocem propheticam [q]. Hoc autem in futura vita fiet perfectius. Nam hoc etiam docuit scribens ad Corinthios. Cum enim dixisset, « Ultimus inimicus destruitur mors[r], » et, « Omnia subjecit sub pedibus ejus, » postremo posuit, « Ut sit Deus omnia in omnibus [s]. » Et illa quidem (ibi) pluribus exposuimus : dicemus autem etiam hic breviter. In præsenti quidem vita Deus est in omnibus : habet **410** enim naturam quæ non potest circumscribi. Sed non est omnia in omnibus : quandoquidem alii quidem impie, alii vero injuste se D gerunt : habitat autem in iis qui ipsum timent, et in iis qui sperant in ejus misericordia. In futura autem vita, cessante mortalitate, et donata immortalitate, et peccato non amplius locum habente, erit omnia in omnibus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Ἀπὸ τῆς θείας χάριτος κυβερνώμενος ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἀπὸ μὲν τῆς Τρωάδος εἰς Μακεδονίαν ἀφίκετο· πρώτοις δὲ Φιλιππησίοις τὸ θεῖον προσενήνοχεν Εὐαγγέλιον, ἐβεβαίωσε δὲ καὶ θαυματουργίαις τὸ κήρυγμα. Ἐκεῖ γὰρ καὶ τὸν ψευδόμαντιν ἔκ τινος κόρης ἐξήλασε δαίμονα· ἐκεῖ σὺν τῷ Σίλᾳ τὸ δεσμωτήριον οἰκήσας, καὶ πεδηθεὶς χεῖράς τε καὶ πόδας, καὶ πάννυχος διετέλεσε τὸν Θεὸν ἀνυμνῶν. Ὁ δέ γε ὑμνούμενος ἔσεισε μὲν τὸ δεσμωτήριον, ἔλυσε δὲ τὰ τῶν πεπεδημένων ἁπάντων δεσμά· διὰ δέ τινος λαμπροτάτου φωτὸς τὴν οἰκείαν ἐδήλωσεν ἐπιφάνειαν. Ταῦτα καὶ τὸν δεσμοφύλακα προσδραμεῖν τῇ σωτηρίᾳ κατήπειξεν· ἀπήλαυσε δὲ σὺν αὐτῷ καὶ πᾶς ὁ οἶκος τοῦ τῆς θεογνωσίας φωτός. Πρὸ [1] δέ γε τούτων ἡ πορφυρόπωλις εἴσω τῆς τούτου σαγήνης ἐγένετο. Θερμοὶ τοίνυν οἱ Φιλιππήσιοι τῆς εὐσεβείας ἀπεφάνθησαν ἐρασταί. Τεκμήριον δὲ τῆς περὶ τὰ θεῖα προθυμίας αὐτῶν, τὸ μὴ μόνον παρόντα θεραπεῦσαι

C

443 ARGUMENTUM.

Divinus Apostolus, qui a divina gratia regebatur, a Troade quidem venit in Macedoniam : primis autem Philippensibus divinum attulit Evangelium, et prædicationem confirmavit miraculis [a]. Illic enim dæmonem falsa vaticinantem a quadam puella exegit : illic ubi cum Sila in carcere, et manibus et pedibus vinctus erat, tota nocte 444 Deum assidue laudavit. Ille vero laudatus carcerem concussit, omnesque vinctos vinculis exuit : per quamdam autem lucem splendidissimam suum adventum significavit. Hæc carceris custodem incitarunt ut ad salutem accurreret : tota quoque ejus domus una cum eo accepit lumen divinæ cognitionis. Ante hos autem purpuraria in ejus se sagenam induit. Red-
D diti ergo sunt Philippenses ardentes pietatis amatores. Magnæ autem eorum ad res divinas alacritatis fuit argumentum, quod non solum divinum Apostolum præsentem observarint, sed etiam Thessalo-

[a] Act. xvi, 12 seqq.

VARIÆ LECTIONES.

[1] πρός. B.

Digitized by Google

mean et Corinthum pecuniam miserint, ut ejus corpori prospicerent. Hoc ipsum autem etiam fecerunt quando Romam pervenit. Beatum enim Epaphroditum, cui eorum animarum erat cura credita, in maximam illam urbem miserunt, Neronis feritatem minime pertimescentes. Per eum hanc scripsit epistolam, et eorum charitatis alacritatem animique promptitudinem grate excipiens, et ea quæ convenit suadens. Maxime autem eis præcipit fugere fraudem eorum, qui ex Judæis quidem crediderant, legem autem conabantur defendere, et prædicationem salutarem corrumpere.

445 CAPUT PRIMUM.

Vers. 1, 2. « Paulus et Timotheus, servi Jesu Christi, omnibus sanctis in Christo Jesu, qui sunt Philippis, cum episcopis et diaconis : gratia vobis, et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo. » Ad omnes simul scribit, tum eos qui sacerdotium acceperant, tum qui ab hisce pascebantur. *Sanctos* enim eos vocat qui baptismo dignati fuerant : *episcopos* vero appellat presbyteros. Utrumque enim nomen habebant illo tempore. Idque nos etiam docet Actuum historia. Cum enim dixisset beatus Lucas divinum Apostolum Ephesiorum presbyteros accersivisse Miletum, exponit etiam quæ illis dicta fuerant : « Attendite enim, inquit, vobis ipsis, et universo gregi, in quo vos posuit Spiritus sanctus episcopos pascere Ecclesiam Christi [b]. » Eosdemque nominavit presbyteros et episcopos. Ita etiam in Epistola ad beatum Titum. « Ideo reliqui te in Creta, ut constituas per civitates presbyteros, ut ego tibi disposui [c]. » Et cum dixisset, quales esse oporteat eos qui ordinantur, subjunxit : « Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem [d]. » Atque hoc etiam loco id manifestum fecit. Episcopis enim conjunxit diaconos, nulla presbyterorum facta mentione, præsertim cum fieri non posset ut multi episcopi essent unius civitatis pastores; ut liquido pateat, presbyteros eos fuisse, quos nominavit *episcopos*. Beatum porro Epaphroditum in epistola ipsa eorum **446** appellavit *apostolum*. « Vestrum enim, inquit, apostolum, et necessitatis meæ adjutorem [e]. Aperte ergo docuit episcopale munus ipsi fuisse creditum, cum appellationem haberet apostoli.

Vers. 3-5. « Gratias ago Deo meo in omni memoria [a] vestri, semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis, cum gaudio deprecationem faciens, super communione vestra cum Evangelio, a prima die usque nunc. » Assidue vestri recordans, omni lætitia repleor : universorumque Deum laudo,

τὸν θεῖον Ἀπόστολον, ἀλλὰ καὶ εἰς Θεσσαλονίκην, καὶ εἰς Κόρινθον πέμψαι χρήματα, εἰς τὴν τοῦ σώματος αὐτοῦ ἐπιμέλειαν. Ταυτὸ δὲ τοῦτο δεδράκασι καὶ ἡνίκα τὴν Ῥώμην κατέλαβε. Τὸν γὰρ μακάριον Ἐπαφρόδιτον, ὃς τῶν ψυχῶν αὐτῶν ἐπιστεύθη ἐπιμέλειαν, εἰς τὴν μεγίστην ἐκείνην ἀπέστειλαν πόλιν, οὐ δείσαντες τὸ θηριῶδες τοῦ Νέρωνος. Διὰ τούτου ταύτην γέγραφε τὴν Ἐπιστολήν, καὶ τὴν τῆς ἀγάπης αὐτῶν ἀποδεχόμενος προθυμίαν, καὶ παραινῶν τὰ προσήκοντα. Μάλιστα δὲ αὐτοῖς παρεγγυᾷ φεύγειν τὴν ἐξαπάτην τῶν ἐξ Ἰουδαίων μὲν πεπιστευκότων, συνηγορεῖν δὲ πειρωμένων τῷ νόμῳ, καὶ διαφθείρειν ἐπιχειρούντων τὸ σωτήριον κήρυγμα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

α', β'. « Παῦλος καὶ Τιμόθεος, δοῦλοι Ἰησοῦ Χριστοῦ, πᾶσι τοῖς ἁγίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τοῖς οὖσιν ἐν Φιλίπποις, σὺν ἐπισκόποις καὶ διακόνοις χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ [a] Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Πᾶσι τὰ κατ' αὐτὸν ἐπιστέλλει, τοῖς τε τῆς ἱερωσύνης ἠξιωμένοις, καὶ τοῖς ἀπὸ τούτων ποιμαινομένοις. Ἁγίους γὰρ τοὺς τοῦ βαπτίσματος [b] ἀξιωθέντας ὠνόμασεν· ἐπισκόπους δὲ τοὺς πρεσβυτέρους καλεῖ· ἀμφότερα γὰρ εἶχον κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τὰ ὀνόματα. Καὶ τοῦτο ἡμᾶς καὶ ἡ τῶν Πράξεων ἱστορία διδάσκει. Εἰρηκὼς γὰρ ὁ μακάριος Λουκᾶς, ὡς εἰς τὴν Μίλητον τοὺς Ἐφεσίων μετεπέμψατο πρεσβυτέρους ὁ θεῖος Ἀπόστολος, λέγει καὶ τὰ πρὸς αὐτοὺς εἰρημένα. « Προσέχετε γὰρ, φησὶν, ἑαυτοῖς, καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ, ἐν ᾧ ὑμᾶς ἔθετο τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπισκόπους ποιμαίνειν τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Χριστοῦ. » Καὶ τοὺς αὐτοὺς καὶ πρεσβυτέρους καὶ ἐπισκόπους ὠνόμασεν. Οὕτω καὶ ἐν τῇ πρὸς τὸν μακάριον Τίτον Ἐπιστολῇ· « Διὰ τοῦτο κατέλιπόν σε ἐν Κρήτῃ, ἵνα καταστήσῃς κατὰ πόλιν πρεσβυτέριον, ὡς ἐγώ σοι διεταξάμην. » Καὶ εἰπὼν ὁποίους εἶναι χρὴ τοὺς χειροτονουμένους, ἐπήγαγε· « Δεῖ γὰρ τὸν ἐπίσκοπον ἀνέγκλητον εἶναι, ὡς Θεοῦ οἰκονόμον. » Καὶ ἐνταῦθα δὲ δῆλον τοῦτο πεποίηκε. Τοῖς γὰρ ἐπισκόποις τοὺς διακόνους συνέζευξε, τῶν πρεσβυτέρων οὐ ποιησάμενος μνήμην· ἄλλως τε οὐδὲ οἷόν τε ἦν πολλοὺς ἐπισκόπους μίαν πόλιν ποιμαίνειν, ὡς εἶναι δῆλον ὅτι τοὺς μὲν πρεσβυτέρους *ἐπισκόπους* ὠνόμασε· τὸν δέ γε μακάριον Ἐπαφρόδιτον ἐν αὐτῇ τῇ Ἐπιστολῇ *ἀπόστολον* αὐτῶν κέκληκεν. « Ὑμῶν γάρ, φησὶν, ἀπόστολον, καὶ συνεργὸν τῆς χρείας μου. » Σαφῶς τοίνυν ἐδίδαξεν, ὡς τὴν ἐπισκοπικὴν οἰκονομίαν αὐτὸς ἐπεπίστευτο ἔχων ἀποστόλου προσηγορίαν.

γ'-ε'. « Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου ἐπὶ πάσῃ τῇ μνείᾳ ὑμῶν, πάντοτε ἐπὶ πάσῃ [a] μου τῇ δεήσει ὑπὲρ πάντων ὑμῶν μετὰ χαρᾶς τὴν δέησιν [a] ποιούμενος, ἐπὶ τῇ κοινωνίᾳ ὑμῶν εἰς τὸ Εὐαγγέλιον ἀπὸ πρώτης ἡμέρας ἄχρι τοῦ νῦν. » Διηνεκῶς ὑμῶν μεμνημένος θυμηδίας ἁπάσης ἐμπίπλαμαι· ὑμνῶ δὲ καὶ τὸν τῶν

[b] Act. xx, 28. [c] Tit. i, 5. [d] Ibid. 7. [e] Philipp. II, 25.

VARIÆ LECTIONES.

[a] παρά. B. [a] Θείου βαπτ. B. [a] Herveti liber habebat ἐ. π. τῇ δεήσει μου.. [a] καὶ τὴν δέησιν Herveti liber.

Digitized by Google

ὅλων Θεὸν, ὅτι καὶ προθύμως ἐδέξασθε τοῦ Εὐαγγελίου τὸ κήρυγμα, καὶ μέχρι καὶ τήμερον ἀσάλευτοι μεμενήκατε. *Κοινωνίαν* δὲ *τοῦ Εὐαγγελίου* τὴν πίστιν ἐκάλεσε. A

ς'. « Πεποιθὼς αὐτὸ τοῦτο, ὅτι ὁ ἐναρξάμενος ἐν ὑμῖν ἔργον ἀγαθὸν, ἐπιτελέσει ἄχρις ἡμέρας Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Πιστεύω δὲ, ὡς ὁ ταύτην ὑμῖν δωρησάμενος τὴν ἀγαθὴν προθυμίαν, ἄσυλον διατηρήσει αὐτὴν, μέχρι τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφανείας.

ζ'. « Καθώς ἐστι δίκαιον ἐμοὶ τοῦτο φρονεῖν ὑπὲρ πάντων ὑμῶν, διὰ τὸ ἔχειν με ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμᾶς, ἔν τε τοῖς δεσμοῖς μου, καὶ ἐν τῇ ἀπολογίᾳ καὶ βεβαιώσει τοῦ Εὐαγγελίου, συγκοινωνούς μου τῆς χάριτος πάντας ὑμᾶς ὄντας. » Τοῦτο δὲ ὑμῖν ὀφείλω τὸ χρέος, ἐπειδήπερ ὑμῶν καὶ φυτουργὸς ἐγενόμην. Τούτου B χάριν καὶ ἄσβεστον ὑμῶν περιφέρω τὴν μνήμην, καὶ καθειργμένος, καὶ δεδεμένος, καὶ τὴν ὑπὲρ τοῦ κηρύγματος ἀπολογίαν ποιούμενος. *Βεβαίωσιν* δὲ *τοῦ Εὐαγγελίου* τὰ παθήματα προσηγόρευσεν. Οἱ γὰρ ἐξαπατᾶν ἐπιχειροῦντες, πρὸς τοὺς καιροὺς μεταβάλλονται, καὶ μέχρι θανάτου τῷ ψεύδει συνηγορεῖν οὐκ ἀνέχονται. Ὁ δέ γε μυρίους ὑπὲρ τοῦ κηρύγματος ὑπομένων κινδύνους, καὶ τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένων, δῆλός ἐστιν ἀληθῆ πρεσβεύων, καὶ τὴν διδασκαλίαν βεβαιοῖ τοῖς παθήμασιν. Ἐπῄνεσε δὲ αὐτοὺς κομιδῇ, κοινωνοὺς καλέσας χάριτος. *Χάριν* δὲ κέκληκε τὰ παθήματα. Τοῦτο γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς διδάσκει· « Ὅτι ὑμῖν ἐχαρίσθη οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν.

η'. « Μάρτυς γάρ μου ἐστὶν ὁ Θεὸς, ὡς ἐπιποθῶ πάντας ὑμᾶς ἐν σπλάγχνοις Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Οὐκ ἀνθρώπινον τὸ φίλτρον, ἀλλὰ πνευματικόν. *Σπλάγχνα* γὰρ *Ἰησοῦ Χριστοῦ* τὴν πνευματικὴν φιλοστοργίαν ἐκάλεσε.

θ', ι'. « Καὶ τοῦτο προσεύχομαι, ἵνα ἡ ἀγάπη ὑμῶν ἔτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον περισσεύῃ ἐν ἐπιγνώσει καὶ πάσῃ αἰσθήσει, εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τὰ διαφέροντα. » Εὔχομαι δὲ καὶ τὴν ἀγάπην ὑμῶν ἐπίδοσιν λαμβάνειν ἀεὶ, καὶ γνώσεως ὑμᾶς ἐμφορεῖσθαι, καὶ διακρίσεως, ὥστε εἰδέναι τίνα μὲν καλὰ, τίνα δὲ κρείττονα, τίνα δὲ παντάπασι τὰ διαφορὰν πρὸς ἄλληλα ἔχοντα. Καὶ ἐνταῦθα δὲ τοὺς ἀπατεῶνας ἐκείνους ᾐνίξατο, καὶ διὰ τῆς εὐχῆς τὸ πρακτέον αὐτοὺς διδάσκει, ὥστε γινώσκειν τίς μὲν ἀληθὴς διδασκαλία, D τίς δὲ τῆς ἀληθείας ἐστερημένη.

« Ἵνα ἦτε εἰλικρινεῖς καὶ ἀπρόσκοποι εἰς ἡμέραν Χριστοῦ, (ια'.) πεπληρωμένοι καρπῶν δικαιοσύνης τῶν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς δόξαν καὶ ἔπαινον Θεοῦ. » Τούτων γὰρ ἀπολαύοντες τῶν χαρισμάτων, ἀκραιφνῆ μὲν τὴν πίστιν φυλάξετε, τὸν τῆς δικαιοσύνης καρπὸν προσφέροντες τῷ Θεῷ, καὶ παρασκευάζοντες αὐτὸν παρὰ πάντων ὑμνεῖσθαι. Τοῦτο γὰρ εἶπεν, *εἰς δόξαν καὶ ἔπαινον Θεοῦ*. Διηγεῖται δὲ εἰς ὠφέλειαν *αὐτῶν* καὶ τὰ ἐν τῇ Ῥώμῃ γεγενημένα.

ιβ', ιγ'. « Γινώσκειν δὲ ὑμᾶς βούλομαι, ἀδελφοὶ, ὅτι τὰ κατ' ἐμὲ μᾶλλον εἰς προκοπὴν Εὐαγγελίου ἐλήλυθεν, ὥστε τοὺς δεσμούς μου φανεροὺς ἐν Χρι-

quod et Evangelii prædicationem prompte accepe-ritis, et in hodiernum usque diem inconcussi per-manseritis : *Evangelii* autem *communionem* fidem vocavit.

Vers. 6. « Confidens hoc ipsum, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Jesu. » Credo autem eum qui hanc vobis dedit bonam animi promptitudinem, eam integram conservaturum usque ad adventum Servatoris nostri.

Vers. 7. « Sicut est mihi justum hoc sentire pro omnibus vobis : eo quod habeam vos in corde, in vinculis meis, et in defensione, et confirmatione Evangelii, socios gratiæ meæ omnes vos esse. » Hoc autem vobis debeo, quia fui vester plantator. Ea de causa perpetuam vestri memoriam circum-fero, etiam in carcere et vinculis, et pro prædica-tione defensionem suscipiens. *Evangelii* autem *con-firmationem* appellavit perpessiones. Qui enim fraudem instituunt, pro temporibus mutantur, nec falsum defendere ad mortem usque sustinent. Qui autem pro prædicatione **447** innumerabilia peri-cula suscipit, et in eisdem persistit, aperte ostendit se vera docere, et doctrinam confirmat perpessio-nibus. Laudavit autem illos non mediocriter, cum gratiæ socios et participes appellarit. *Gratiam* porro vocavit perpessiones. Hoc enim docet etiam in se-quentibus : « Quoniam vobis largitus est non solum, ut in eum credatis, sed etiam ut pro eo patiamini.

Vers. 8. Testis enim meus est Deus, quomodo cu-piam omnes vos in visceribus Jesu Christi. » Non est humanus amor, sed spiritualis. *Jesu Christi* enim *viscera* spiritualem appellat benevolentiam.

Vers. 9, 10. « Et hoc oro, ut charitas vestra adhuc magis ac magis abundet in scientia et in omni judicio, ut probetis differentia. » Precor ut vestra charitas semper incrementum capiat, et impleamini cognitione et discretione, ut cognoscatis quænam sint honesta, quænam præstantiora, et quænam sint omnino quæ inter se invicem differant. Et hic autem deceptores illos innuit, et precando eos docet quid sit agendum, ut cognoscant quænam sit vera doctrina, et quænam expers veritatis.

« Ut sitis sinceri et sine offensa in diem Christi, (Vers. 11.) repleti fructibus justitiæ, qui sunt per Jesum Christum, in gloriam et laudem Dei. » His enim donis cum fruamini, sinceram quidem fidem servabitis, Deo fructum justitiæ offerentes, et effici-entes ut ipse laudetur ab omnibus. Hoc enim dixit, *in gloriam et laudem Dei*. Narrat autem ad eorum utilitatem etiam ea quæ Romæ facta sunt.

Vers. 12, 13. « Scire autem volo vos, fratres, quia quæ circa **448** me sunt magis ad profectum venerunt Evangelii, ita ut vincula mea manifesta

Digitized by Google

flerent in Christo, in omni prætorio, et cæteris omnibus. » Quoniam beatum Epaphroditum magna sollicitudine anxii miserant, eos consolatur, docens injecta sibi vincula multis salutem conciliasse. *Profectum* enim *Evangelii* vocavit multitudinem credentium. Manifestata est autem, inquit, horum causa omnibus qui erant in regia. Regiam enim appellavit *prætorium*. Verisimile est autem illam eo tempore sic fuisse appellatam : imperium enim penes Romanos erat.

στῷ [6] γενέσθαι ἐν ὅλῳ τῷ πραιτωρίῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς πᾶσιν. » Ἐπειδὴ λίαν μεριμνῶντες τὸν μακάριον ἀπέστειλαν Ἐπαφρόδιτον, ψυχαγωγεῖ αὐτοὺς, διδάσκων ὡς τὰ περιτιθέντα αὐτῷ δεσμὰ πολλοῖς ἐγένετο πρόξενα σωτηρίας. *Προκοπὴν* γὰρ τοῦ *Εὐαγγελίου* τὸ πλῆθος τῶν πιστευόντων ἐκάλεσε. Δήλη δὲ, φησὶ, καὶ ἡ τούτων αἰτία γεγένηται πᾶσι τοῖς εἰς τὰ βασίλεια· τὰ βασίλεια γὰρ *πραιτώριον* προσηγόρευσεν. Εἰκὸς δὲ ὅτι καὶ οὕτως κατ' ἐκεῖνον ὠνομάζετο τὸν καιρόν. Ἀρχὴν γὰρ εἶχεν ἡ Ῥωμαϊκὴ δυναστεία.

Vers. 14. « Et plures e fratribus in Domino confidentes in vinculis meis abundantius auderent sine timore verbum Dei loqui. » Multis etiam ex fratribus addita est ex meis vinculis fiducia. Videntes enim me læto animo ærumnas sustinere, intrepide divinum prædicant Evangelium.

ιδ'. « Καὶ τοὺς πλείονας τῶν ἀδελφῶν ἐν Κυρίῳ πεποιθότας τοῖς δεσμοῖς μου περισσοτέρως τολμᾷν ἀφόβως τὸν λόγον λαλεῖν. » Πολλοῖς δὲ τῶν ἀδελφῶν καὶ θάρσος ἐκ τῶν ἐμῶν δεσμῶν ἐνεγένετο. Ὁρῶντες γάρ με σὺν ἡδονῇ τὰ δυσχερῆ φέροντα, ἀδεῶς τὸ θεῖον κηρύττουσιν Εὐαγγέλιον.

Vers. 15. « Quidam quidem et propter invidiam et contentionem : quidam autem et propter bonam voluntatem Christum prædicant. » Sed non idem scopus est omnium. Alii enim vehementi pietatis studio hoc faciunt : alii propter suam in me malevolentiam, ea ratione conantur mihi majora creare pericula. Hoc enim docent quæ sequuntur.

ιε'. « Τινὲς μὲν καὶ διὰ φθόνον καὶ ἔριν, τινὲς δὲ καὶ δι' εὐδοκίαν τὸν Χριστὸν κηρύττουσιν. » Ἀλλ' οὐ πάντων εἷς ὑπάρχει σκοπός. Οἱ μὲν γὰρ τοῦτο δρῶσιν ὡς θερμῶς περὶ τὴν εὐσέβειαν διακείμενοι· οἱ δὲ δι' ἣν ἔχουσι περὶ ἐμὲ δυσμένειαν, αὔξειν ταύτῃ τοὺς ἐμοὺς μηχανῶνται κινδύνους. Τοῦτο γὰρ ἐν τοῖς ἑξῆς διδάσκει.

Vers. 16. « Quidam autem ex contentione Christum annuntiant non sincere : existimantes pressuram se inducere vinculis meis. » « Quia enim videbant eos qui impietati serviunt, Evangelii cursum valde ægre ferre, et divinum Paulum horum esse causam existimare : nonnulli ut eos ad iram incitarent, forum impudenter obeuntes, Christum prædicabant, non 449 audientium salutis satagentes, sed Apostolo pericula creantes.

ις'. « Οἱ μὲν ἐξ ἐριθείας τὸν Χριστὸν καταγγέλλουσιν οὐχ ἁγνῶς, οἰόμενοι θλίψιν ἐπιφέρειν τοῖς δεσμοῖς μου. » Ἐπειδὴ γὰρ ἑώρων τοὺς τῇ δυσσεβείᾳ δουλεύοντας κομιδῇ δυσχεραίνοντας τοῦ Εὐαγγελίου τὸν δρόμον, καὶ τούτων τὸν θεσπέσιον Παῦλον ὑπολαμβάνοντες αἴτιον· τινὲς τὸν ἐκείνων θυμὸν παραθήγοντες, ἀναίδην κατὰ τὴν ἀγορὰν περιιόντες ἐκήρυττον τὸν Χριστὸν, οὐ τῆς τῶν ἀκουόντων προμηθούμενοι σωτηρίας, ἀλλὰ κινδύνους τῷ Ἀποστόλῳ τυρεύοντες.

Vers. 17. « Quidam ex charitate, scientes quoniam in defensionem Evangelii positus sum. » Alii autem, inquit, sincere prædicant, meis fidentes vinculis, aperte scientes quod Dominus Deus me Evangelii præconem elegerit.

ιζ'. « Οἱ δὲ ἐξ ἀγάπης, εἰδότες ὅτι εἰς ἀπολογίαν τοῦ Εὐαγγελίου κεῖμαι. » Ἄλλοι δὲ, φησὶν, εἰλικρινῶς κηρύττουσι, τοῖς ἐμοῖς θαῤῥοῦντες δεσμοῖς, σαφῶς ἐπιστάμενοι ὡς ὁ Δεσπότης με Θεὸς κήρυκα τοῦ Εὐαγγελίου κεχειροτόνηκε.

Vers. 18. « Quid enim ? dum omni modo sive per fictionem, sive per veritatem, Christus annuntiatur. » Vel inviti, inquit, veritatis hostes veritatem adjuvant. Hoc stulti quidam existimarunt esse dictum etiam de hæresibus. Atqui oportebat eos animadvertere, divinum Apostolum hoc non præcipiendo sed narrando posuisse. Non enim dixit, annuntietur, sed *annuntiatur* : et illos quidem accusavit, non quod mala docerent, sed quod bona quidem, at non bene : nec scopo ducti pietatis, sed extremæ malevolentiæ. Quod autem aperte hæreticos accuset, facile est volenti perspicere. Interdum enim in Phygellum et Hermogenem invehitur [f], interdum in Hymenæum et Phile-

ιη'. « Τί γάρ ; πλὴν παντὶ τρόπῳ, εἴτε προφάσει, εἴτε ἀληθείᾳ, Χριστὸς καταγγέλλεται. » Καὶ ἄκοντες, φησὶν, οἱ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ τῇ ἀληθείᾳ συμπράττουσι. Τοῦτό [7] τινες τῶν ἀνοήτων καὶ περὶ τῶν αἱρέσεων ὑπειλήφασιν εἰρῆσθαι. Καίτοι συνιδεῖν αὐτοὺς ἔδει, ὡς οὐ προστακτικῶς, ἀλλ' ἀφηγηματικῶς τοῦτο τέθεικεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος. Οὐ γὰρ εἶπε, καταγγελλέσθω, ἀλλὰ, *καταγγέλλεται*· καὶ ἐκείνων μὲν κατηγόρησεν οὐχ ὡς φαῦλα διδασκόντων, ἀλλ' ὡς καλὰ μὲν, οὐ καλῶς δέ· οὐδὲ σκοπῷ εὐσεβείας χρησαμένων, ἀλλ' ἄκρας δυσμενείας. Ὅτι δὲ τῶν αἱρετικῶν ἄντικρυς κατηγορεῖ, ῥᾴδιον τῷ βουλομένῳ καταμαθεῖν. Ποτὲ μὲν γὰρ Φύγελλον καὶ Ἑρμογένην, ποτὲ δὲ Ὑμέναιον στηλιτεύει, καὶ Φιλητὸν, καὶ αἱ-

[f] II Tim. I, 15.

VARIÆ LECTIONES.

[6] ἐν Χριστῷ omittit infra ad Col. IV, 4. [7] Œcumenius habet hanc Theodoreti interpretationem (quanquam ejus nomen omisit). Sunt ibi omnino alia verba, et multa addita, sed idem sensus, quare lectionis diversitas autem frustra fuisset commemorasse.

Digitized by Google

ρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ πρώτην καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτεῖσθαι κελεύει. Ἀλλ' ἡμεῖς ἐπὶ τὴν ἑρμηνείαν βαδίσωμεν.

« Καὶ ἐν τούτῳ χαίρω, ἀλλὰ καὶ χαρήσομαι. (ιθ', κ'.) Οἶδα γὰρ ὅτι τοῦτο ἀποβήσεταί μοι εἰς σωτηρίαν διὰ τῆς ὑμῶν δεήσεως, καὶ ἐπιχορηγίας τοῦ Πνεύματος Ἰησοῦ Χριστοῦ. Κατὰ τὴν ἀποκαραδοκίαν καὶ ἐλπίδα μου, ὅτι ἐν οὐδενὶ αἰσχυνθήσομαι. » Ἐγὼ δὲ, φησὶν, εὐφραίνομαι, καὶ ὑπὸ τῶν ἐναντίων μαρτυρουμένην ὁρῶν τὴν ἀλήθειαν. Καὶ γὰρ οἱ ἐντεῦθεν φυόμενοι κίνδυνοι, ἐμοὶ προξενοῦσι τὴν σωτηρίαν καὶ ὑμῶν θηλονότι ταῖς εὐχαῖς συνεργούντων, καὶ τοῦ θείου μοι Πνεύματος χορηγοῦντος τὴν χάριν. Ταύτῃ γὰρ πεποιθὼς, οἶδα ὡς κρείττων ἔσομαι τῶν δυσχερῶν. Τοῦτο γὰρ λέγει, *Οὐκ αἰσχυνθήσομαι. Πνεῦμα* δὲ *Ἰησοῦ* τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος προσηγόρευσεν, ἐπειδὴ αὐτὸς ταύτην αὐτοῖς ἐχορήγησε. Κατὰ γὰρ τὸν θεσπέσιον Ἰωάννην, « Ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν. » — « Ἀλλ' ἐν πάσῃ παῤῥησίᾳ, ὡς πάντοτε καὶ νῦν μεγαλυνθήσεται Χριστὸς ἐν τῷ σώματί μου, εἴτε διὰ ζωῆς, εἴτε διὰ θανάτου. » Τὸ *μεγαλυνθήσεται* εἴρηκεν, ἀντὶ τοῦ δειχθήσεται ὅς ἐστι, δῆλον αὐτοῦ τὸ τῆς δυνάμεως γενήσεται μέγεθος. Λέγει δὲ, ὅτι Κἂν διαφύγω τοῦ θανάτου τὸν κίνδυνον, καὶ ὑπομείνω τὸν θάνατον, ὁμοίως τὸ δυνατὸν δειχθήσεται τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ· ἐὰν μὲν γὰρ κρειττων γένωμαι τῶν κινδύνων, θαυμάσουσιν ἅπαντες τὸν ἐκ τοιούτων με καὶ τηλικούτων ἀρχύων ἁρπάσαντα. Εἰ δὲ καὶ ἀναιρεθείην, ἐκπλαγήσονται τοῦ κηρύγματος τὴν ἰσχὺν, ὅτι καὶ θανάτου καταφρονεῖν παρασκευάζει τοὺς κήρυκας.

κα'. « Ἐμοὶ γὰρ [8] τὸ ζῆν Χριστὸς, καὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος. » Ὠνησιφόρα μοι ἀμφότερα, καὶ ἡ ζωὴ, καὶ ὁ θάνατος. Καὶ τὴν ζωὴν γὰρ τοῖς τοῦ Χριστοῦ νόμοις διακοσμῶ, καὶ τὸν θάνατον δι' αὐτὸν αἱροῦμαι μεθ' ἡδονῆς.

κβ'-κδ'. « Εἰ δὲ τὸ ζῆν ἐν σαρκὶ τοῦτό μοι καρπὸς ἔργου, καὶ τί αἱρήσομαι οὐ γνωρίζω [9]. Συνέχομαι γὰρ ἐκ τῶν δύο, τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον· τὸ δὲ ἐπιμένειν ἐν τῇ σαρκὶ ἀναγκαιότερον δι' ὑμᾶς. » Καὶ τῆς ζωῆς ἐπιθυμίαν ἔχω διὰ τὸ συμφέρειν ὑμῖν· καὶ τοῦ θανάτου, διὰ τὸ συνεῖναι τῷ Χριστῷ. Δύσκριτον οὖν ἔχω τὴν αἵρεσιν, ἐπειδὴ καὶ τὸ ζωῆς οἶδα κέρδος, καὶ τῆς ἐντεῦθεν ἀπαλλαγῆς τὴν ἄῤῥητον ἡδονήν. Θαυμάσαι δὲ ἄξιον τὸν θεῖον Ἀπόστολον, ὅτι τὴν μετὰ πόνων καὶ κινδύνων προῃρεῖτο ζωὴν τῆς τῶν ἀνθρώπων ἕνεκα σωτηρίας. »

κε', κς'. « Καὶ τοῦτο πεποιθὼς οἶδα, ὅτι μενῶ καὶ συμπαραμενῶ πᾶσιν ὑμῖν εἰς τὴν ὑμῶν προκοπὴν, καὶ χαρὰν τῆς πίστεως. Ἵνα τὸ καύχημα ὑμῶν περισσεύῃ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐν [10] ἐμοὶ διὰ τῆς ἐμῆς παρουσίας πάλιν πρὸς ὑμᾶς. » Οἶδα ὡς τὸν προκείμενον διαφεύξομαι κίνδυνον, ὥστε ὑμᾶς καὶ ὠφελείας

tum [a], et hæreticum hominem post primam et secundam admonitionem vitari jubet [b]. Sed nos revertamur ad interpretationem.

« Et in hoc gaudeo, sed et gaudebo. (Vers. 19, 20.) Scio enim quod hoc mihi proveniet ad salutem, per vestram orationem, et subministrationem Spiritus Jesu Christi, secundum exspectationem et spem meam, quod in nullo confundar **450**. » Ego autem, inquit, lætor, dum video veritatem vel adversariorum testimonio confirmari. Etenim quæ ex his oriuntur pericula, ea mihi salutem conciliant, vestris scilicet orationibus adjuvantibus, et divino Spiritu mihi gratiam suppeditante. Hac enim fretus, scio me molesta superaturum. Hoc enim est quod ait, *Pudore non afficiar. Spiritum* autem *Jesu* appellavit gratiam Spiritus, quoniam ipse hanc illis præbuit. Nam ut dixit divinus Joannes [c] : « De plenitudine ejus nos omnes accepimus. » « Sed in omni fiducia, sicut semper, et nunc magnificabitur Christus in corpore meo, sive per vitam, sive per mortem. » *Magnificabitur* dixit, pro eo quod est, Ostendetur quisnam sit, perspicua reddetur ejus potentiæ magnitudo. Dicit autem : Sive mortis evasero periculum, sive mortem subiero, Christi Domini potentia similiter ostendetur : si enim pericula superavero, omnes admirabuntur eum qui me ex talibus et tantis laqueis eripuerit. Sin autem interemptus fuero, admirabuntur virtutem prædicationis, quæ efficit ut prædicatores vel mortem ipsam contemnant.

Vers. 21. « Mihi enim vivere Christus, et mori lucrum. » Utrumque, inquit, mihi conducibile est, et vita, et mors. Nam et vitam Christi legibus exorno, et mortem propter ipsum libenter suscipio.

Vers. 22-24. « Quod si autem vivere in carne hoc mihi fructus operis est, et quid eligam ignoro. Coarctor autem e duobus, desiderium habens **451** dissolvi, et esse cum Christo multo magis melius : permanere autem in carne magis necessarium propter vos. » Et vitæ me tenet desiderium, ut vobis prosim : et mortis, ut cum Christo verser. Difficilis ergo mihi est optio, quando et vitæ novi lucrum, et ex hoc loco discessus ineffabilem voluptatem. Est autem jure admirandus divinus Apostolus, quod vitam cum laboribus et periculis conjunctam salutis hominum causa prætulerit.

Vers. 25, 26. « Et hoc confidens scio, quia manebo et permanebo cum omnibus vobis ad profectum vestrum, et gaudium fidei : ut gratulatio vestra abundet in Christo Jesu in me, per meum adventum iterum ad vos. » Scio fore ut præsens periculum evadam, ita ut vos et utilitate rursus et

[a] II Tim. II, 17. [b] Tit. III, 10. [c] Joan. I, 16.

VARIÆ LECTIONES.

[8] Hæc ipsa habet epist. 116, p. 1054 Sirm. [9] γνώσκω habebat supra ad Galat. I, 4. [10] σὺν B et liber Herveti.

Digitized by Google

gaudio impleamini, tanquam id quod desiderabatis consecuti. Et vero eventum prædictio sortita est. Primo enim iram Neronis evasit, et hoc significavit in litteris ad beatum Timotheum. Ita autem dicit: « In prima mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me reliquerunt: ne iis imputetur. * Dominus autem mihi astitit, et me confirmavit, et liberatus sum ab ore leonis [j]. » Actuum etiam nos docuit historia [k], quod duobus primum annis Romæ egerit privatim habitans in suo conducto. Cum autem illinc profectus esset in Hispaniam, et illis etiam divinum Evangelium tradidisset, reversus est, et tunc fuit truncatus capite. Cum hæc de se ita narrasset, convertit orationem ad exhortandum.

A πάλιν ἐμπλησθῆναι καὶ θυμηδίας· ἅτε δὴ τοῦ ποθουμένου τετυχηκότας. Καὶ τέλος ἡ πρόῤῥησις ἔλαβε· διέφυγε γὰρ τὸ πρῶτον τοῦ Νέρωνος τὸν θυμόν, καὶ τοῦτο ἐν τοῖς πρὸς τὸν μακάριον Τιμόθεον δεδήλωκε γράμμασι. Λέγει δὲ οὕτως· « Ἐν τῇ πρώτῃ μου ἀπολογίᾳ οὐδείς μοι συμπαρεγένετο, ἀλλὰ πάντες με ἐγκατέλιπον· μὴ αὐτοῖς λογισθείη. Ὁ δὲ Κύριός μου παρέστηκε, καὶ ἐνεδυνάμωσέ με, καὶ ἐῤῥύσθην ἐκ στόματος λέοντος. Καὶ ἡ τῶν Πράξεων δὲ ἡμᾶς ἐδίδαξεν ἱστορία, ὡς δύο ἔτη τὸ πρῶτον ἐν τῇ Ῥώμῃ διήγαγε καθ' ἑαυτὸν οἰκῶν ἐν ἰδίῳ μισθώματι. Ἐκεῖθεν δὲ εἰς τὰς Σπανίας ἀπελθὼν, καὶ τὸ θεῖον κἀκείνοις προσενεγκὼν Εὐαγγέλιον, ἐπανῆλθε, καὶ τότε τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη. Οὕτω τὰ καθ' ἑαυτὸν διηγησάμενος, εἰς παραίνεσιν μεταφέρει τὸν B λόγον.

Vers. 27, 28. « Tantum digne Evangelio Christi conversamini; **452** ut, sive venero et videro vos, sive absens, audiam de vobis, quia statis in uno spiritu, unanimes pugnantes pro fide Evangelii; et in nullo terreamini ab adversariis, quæ illis est causa perditionis, vobis autem salutis. » Hortor ergo vos, ut Evangelio convenientem vitam degatis, ut sive ad vos accessero, sive alibi egero, vestris læter laudibus. Mihi autem lætitiam istam affert vestra concordia, et in divinis rebus consensio, et communis vestra pro veritate decertatio, et quod ab adversariis nullo modo terreamini. Hoc enim illis quidem exitium, vobis autem salutem conciliat. Sciendum est autem eum hæc temere non scripsisse, sed cum resciviſset, virtutis magnitudinem magnos quibusdam spiritus facere. Qua de causa concordiæ et consensionis consilium eis suggessit. Præterea autem animadvertendum est, quod non indefinite eis suum est adventum pollicitus, sed definitionem quamdam adjecit promissioni. Ita enim dixit, *ut, sive venero et videro vos, sive absens, audiam de vobis.*

κζ', κη'. « Μόνον ἀξίως τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ πολιτεύεσθε, ἵνα, εἴτε ἐλθὼν καὶ ἰδὼν ὑμᾶς, εἴτε ἀπὼν, ἀκούσω τὰ περὶ ὑμῶν, ὅτι στήκετε ἐν ἑνὶ πνεύματι, μιᾷ ψυχῇ συναθλοῦντες τῇ πίστει τοῦ Εὐαγγελίου, καὶ μὴ πτυρόμενοι ἐν μηδενὶ ὑπὸ τῶν ἀντικειμένων, ἥτις αὐτοῖς μέν ἐστιν [11] ἔνδειξις ἀπωλείας, ὑμῖν δὲ σωτηρίας. » Παρακαλῶ τοίνυν ὑμᾶς ἁρμόδιον τῷ Εὐαγγελίῳ βίον ἀσπάσασθαι, ἵνα κἂν ἀφίκωμαι πρὸς ὑμᾶς, κἂν ἑτέρωθί που διάγω, ταῖς ὑμετέραις εὐφημίαις εὐφραίνωμαι. Ποιεῖ δέ μοι ταύτην τὴν εὐφροσύνην ἡ ὑμετέρα συμφωνία, καὶ ἡ ἐν τοῖς θείοις ὁμόνοια, καὶ ὁ κοινὸς ὑμῶν ὑπὲρ ἀληθείας ἀγών, καὶ τὸ μηδόλως ὑπὸ τῶν ἐναντίων ταράττεσθαι. Τοῦτο γὰρ ἐκείνοις μὲν ὄλεθρον, ὑμῖν δὲ προξενεῖ σωτηρίαν. Εἰδέναι μέντοι χρὴ, ὡς οὐχ ἁπλῶς C ταῦτα γέγραφεν, ἀλλὰ μαθὼν ὡς τῆς ἀρετῆς τὸ μέγεθος ὄγκον τισὶ φρονήματος ἐνειργάσατο. Οὗ δὴ χάριν τὴν περὶ ὁμονοίας αὐτοῖς καὶ συμφωνίας προσήγαγε συμβουλήν. Πρὸς δὲ τοῦτο κἀκεῖνο χρὴ συνιδεῖν, ὡς οὐκ ἀορίστως αὐτοῖς τὴν οἰκείαν ὑπέσχετο παρουσίαν, ἀλλὰ διορισμόν τινα τῇ ἐπαγγελίᾳ συνέζευξεν. Οὕτω γὰρ ἔφη· *Ἵνα, εἴτε ἐλθὼν καὶ ἰδὼν ὑμᾶς, εἴτε ἀπὼν, ἀκούσω τὰ περὶ ὑμῶν.*

« Et hoc a Deo. (Vers. 29, 30.) Quia vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini, idem certamen habentes, quale et vidistis in me, et nunc auditis de me. » Dona Dei vocavit, et credidisse, et splendide decertasse, non liberum tollens animi arbitrium, sed docens quod ipsa per se mens aut voluntas, gratia destituta nihil boni possit recte facere. Utroque **453** enim opus est, nempe et nostra animi promptitudine, et divino auxilio. Neque enim iis qui animi alacritatem non habent, sufficit gratia Spiritus, nec rursus animi prompta voluntas, si sit gratia destituta, potest virtutis divitias colligere.

« Καὶ τοῦτο ἀπὸ Θεοῦ. (κθ', λ.) Ὅτι ὑμῖν ἐχαρίσθη τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ [12], οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν, τὸν αὐτὸν ἀγῶνα ἔχοντες, οἷον εἴδετε ἐν ἐμοὶ, καὶ νῦν ἀκούετε ἐν ἐμοί. » Δῶρα Θεοῦ κέκληκε καὶ τὸ πιστεῦσαι, καὶ τὸ λαμπρῶς ἀγωνίσασθαι, οὐ τὸ αὐθαίρετον τῆς γνώμης ἐκβάλλων, ἀλλὰ διδάσκων ὡς αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ἡ γνώμη, γεγυμνωμένη τῆς χάριτος, οὐδὲν δύναται κατορθῶσαι τῶν ἀγαθῶν. Ἀμφοτέρων γὰρ χρεία, καὶ τῆς ἡμετέρας προθυμίας, καὶ τῆς θείας ἐπικουρίας. Οὔτε γὰρ τοῖς τὴν προθυμίαν οὐκ ἔχουσιν ἐπαρκεῖ τοῦ Πνεύματος ἡ χάρις, οὔτ' αὖ πάλιν ἡ προθυμία ταύτης ἐστερημένη τῆς ἀρετῆς δύναται συναθροῖσαι τὸν πλοῦτον.

[j] II Tim. iv, 16, 17. [k] Act. xxviii, 30.

VARIÆ LECTIONES.

[11] αὐτοῖς μ. ἐστιν abest a B male. [12] τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ omissum epist. 141, et supra ad c. 1, 7.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛ. Β'.

α'. « Εἴ τις οὖν παράκλησις ἐν Χριστῷ, εἴ τις παραμυθία ἀγάπης, εἴ τις κοινωνία πνεύματος, εἴ τινα σπλάγχνα [13] καὶ οἰκτιρμοί, πληρώσατέ μου τὴν χαράν. » Πατρικῆς φιλοστοργίας τὰ ῥήματα. Εἴ τινα γὰρ ἐμοὶ παράκλησιν, φησί, προσενεγκεῖν βούλεσθε, εἴ τινα ἀγάπης παραμυθίαν καὶ ψυχαγωγίαν, διὰ τούτου παράσχετε. Λέγει δὲ καὶ ἅπερ αἰτεῖ. « Ἵνα τὸ αὐτὸ φρονῆτε, τὴν αὐτὴν ἀγάπην ἔχοντες, σύμψυχοι, τὸ ἓν φρονοῦντες. (γ', δ'.) Μηδὲν κατ' ἐριθείαν, ἢ κενοδοξίαν, ἀλλὰ τῇ ταπεινοφροσύνῃ ἀλλήλους ἡγούμενοι ὑπερέχοντας ἑαυτῶν. Μὴ τὰ ἑαυτῶν ἕκαστος σκοπεῖτε, ἀλλὰ καὶ τὰ ἑτέρων ἕκαστος. » Διὰ πάντων αὐτοὺς τὸ μέτριον ἐξεπαίδευσε φρόνημα. Ὁ γὰρ τοῦτο κεκτημένος ταῖς τῆς κενῆς δόξης οὐχ ἁλίσκεται πάγαις, οὐχ ἡγεῖται ἑαυτὸν ὑπερέχειν ἑτέρου, τὸ τῆς ἔριδος οὐ προσίεται πάθος. Ἐπειδὴ τοίνυν, ὡς ἔφην, ὑπὸ τῶν τῆς ἀρετῆς κατορθωμάτων τινὲς ἐπήρθησαν εἰς φρονήματος ὄγκον, πρόσφορον αὐτοῖς θεραπείαν προσφέρει· εἶτα ὑποδείκνυσι καὶ τὸ μέγιστον τῆς ταπεινοφροσύνης παράδειγμα.

ε'. « Τοῦτο γὰρ [14] φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. » Μιμήσασθε τὸν τῶν ἁπάντων Δεσπότην.

ς', ζ'. « Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ [15] ὑπάρχων οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. Ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε [16] μορφὴν δούλου λαβών. » Θεὸς γὰρ ὤν, καὶ φύσει Θεὸς, καὶ τὴν πρὸς τὸν Πατέρα ἰσότητα ἔχων, οὐ μέγα τοῦτο ὑπέλαβε. Τοῦτο γὰρ ἴδιον τῶν παρ' ἀξίαν τιμῆς τινος τετυχηκότων. Ἀλλὰ τὴν ἀξίαν κατακρύψας, τὴν ἄκραν ταπεινοφροσύνην εἵλετο, καὶ τὴν ἀνθρωπείαν ὑπέδυ μορφήν. « Ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος. » Περὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου ταῦτά φησιν, ὅτι Θεὸς ὢν οὐχ ἑωρᾶτο Θεὸς, τὴν ἀνθρωπείαν περικείμενος φύσιν. Αὐτῷ γὰρ τοίνυν ἁρμόττει τὸ, *ὡς ἄνθρωπος*. Ἡ γὰρ ἀναληφθεῖσα φύσις ἀληθῶς τοῦτο ἦν. Αὐτὸς δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἦν· τοῦτο δὲ περιέκειτο.

η'. « Ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν γενόμενος ὑπήκοος [17] μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. » Οὐ γὰρ ὡς δοῦλος δεσποτικὸν πεπλήρωκε πρόσταγμα, ἀλλ' ἑκὼν τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνεδέξατο σωτηρίαν, καὶ ὑπήκουσεν ὡς υἱὸς, οὐχ ὡς δοῦλος.

θ'. « Διὸ καὶ [18] ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα. » Δῆλον καὶ τοῖς ἄγαν ἀνοήτοις, ὡς ἡ θεία φύσις ἀνενδεὴς, καὶ ἀνθρωπήσας, οὐ ταπεινὸς ὢν ὑψώθη, ἀλλὰ καὶ ὕψιστος ὢν ἑαυτὸν ἐταπείνωσεν. Οὐ τοίνυν ἔλαβεν ἃ μὴ πρότερον εἶχεν, ἀλλ' ἔλαβεν ὡς ἄνθρωπος, ἅπερ

CAP. II.

Vers. 1, 2. « Si qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis, implete gaudium meum. » Verba sunt paternæ benevolentiæ. Si vultis, inquit, aliquam consolationem mihi afferre, si aliquod dilectionis levamen et solatium, per hoc præbete. Dicit autem etiam ea quæ petit.

« Ut idem sapiatis, eamdem charitatem habentes, unanimes, id ipsum sentientes : (Vers. 3, 4.) nihil per contentionem, vel per inanem gloriam, sed in humilitate, alios se superiores existimantes : non quæ sua sunt singuli considerate, sed et ea quæ aliorum. » Per hæc omnia modice illos de se sentire docuit. Qui hoc enim habuerit, vanæ gloriæ laqueis non irretitur, non existimat se alio esse superiorem, in contentionis vitium non incurrit. Quoniam ergo, ut dixi, nonnulli ob eximia virtutis facinora elati de se nimis superbe sentiebant, utilem eis exhibet medicinam. Deinde ob oculos ponit maximum omnium exemplum humilitatis.

Vers. 5. « Hæc enim mens vobis sit, quæ et in Christo Jesu. » Imitamini eum qui est omnium Dominus.

Vers. 6, 7. « Qui cum in **454** forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens. » Cum enim esset Deus, et natura Deus, et Patri æqualis, non hoc magnum existimavit : hoc enim proprium est eorum qui præter meritum honorem aliquem sunt consecuti : sed celata dignitate summam elegit humilitatem, et humanam formam suscepit. « In similitudine hominum factus, et habitu inventus ut homo. » De Deo Verbo hæc dicit, quod cum Deus esset, Deus non visus fuerit, cum humanam naturam induisset. Ei ergo convenit illud, *ut homo*. Suscepta enim natura vere hoc erat : ipse autem hoc non erat, sed hoc induerat.

Vers. 8. « Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. » Non enim tanquam servus dominicum jussum implevit : sed sponte sua salutem pro nobis suscepit, et obedivit ut filius, non ut servus.

Vers. 9. « Propter quod Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen, quod est super omne nomen. » Vel stultissimis clarum est, divinam naturam nullius egere : et cum homo factus est, nequaquam qui erat humilis exaltatus est, sed qui erat altissimus seipsum humiliavit. Non ergo accepit quæ

VARIÆ LECTIONES.

[13] εἴτε σπλ. Herveti codex. [14] V. 5 — 6 ἴσα Θεῷ iisdem verbis reperitur expressus dialog. 1 extr. [15] Hæc verba, usque ad λαβών, habet etiam ad psal. XL, 2; CVIII, 17 et 28 (ab ἑαυτὸν — λαβών); CIX, 1; ad Cant. III, 1; et cum reliquis hujus et sequentis incisi verbis ad Cant. IV, 6. [16] ἐταπείνωσεν habet noster dialog. 6. p. 391 et 399 Garn., quanquam hoc ibi videatur ductum e v. 8. [17] γεν. ὑπήκοος omittitur ad psal. CIX, 7, l. c. Cant., et dialog. 6 bis, p. 391 Garn. Sed est tamen in verbis Macedoniani quem loquentem Noster inducit dialog. 4, p. 375 Garn., neque eam lectionem ibi reprehendit et hic interpretatione sua perspicue confirmat. [18] Hunc versum habet etiam quæst. 2 in Josuam et ad psal. II, 7.

Digitized by Google

prius non habebat, sed accepit ut homo, quæ habebat ut Deus. *Nomen* autem quidam interpretati sunt gloriam. Ego autem ex Epistola ad Hebræos invenio aliam apostolici dicti intelligentiam. Cum enim dixisset: « Sedet ad dexteram **455** majestatis in excelsis, tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditavit [l], » interpretatur nominis sensum, et dicit: « Cui enim dixit aliquando angelorum : Filius meus es tu, ego hodie genui te; et rursum : Ego ero illi in patrem, et ille erit mihi in filium [m]? » Hic ergo hoc etiam dicit, quod cum seipsum humiliavit, non solum non perdiderit quod habebat ut Deus, sed hoc etiam acceperit ut homo.

A εἶχεν ὡς Θεός. Τὸ δὲ, *ὄνομα*, τινὲς δόξαν ἡρμήνευσαν [19]· ἐγὼ δὲ ἐκ τῆς πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῆς ἑτέραν εὑρίσκω τοῦ ἀποστολικοῦ ῥητοῦ διάνοιαν. Εἰρηκὼς γὰρ, ὅτι « Ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς, τοσούτῳ κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων, ὅσῳ καὶ διαφορώτερον παρ' αὐτοὺς κεκληρονόμηκεν ὄνομα, » ἑρμηνεύει τοῦ ὀνόματος τὴν διάνοιαν, καί φησιν· « Τίνι γάρ ποτε τῶν ἀγγέλων εἶπεν· Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε; καὶ πάλιν· Ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἱόν; » Καὶ ἐνταῦθα τοίνυν τοῦτο λέγει, ὅτι ἑαυτὸν ταπεινώσας, οὐ μόνον οὐκ ἀπώλεσεν ὅπερ εἶχεν ὡς Θεὸς, ἀλλὰ καὶ ὡς ἄνθρωπος τοῦτο προσέλαβεν.

Vers. 10. « Ut in nomine Jesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, et infernorum. » *Cœlestes* appellat invisibiles potestates : *terrestres*, homines qui adhuc vivunt : *infernos*, qui sunt sub terris, illos qui mortui sunt.

ι'. « Ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ B ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων [20]. » *Ἐπουρανίους* καλεῖ τὰς ἀοράτους δυνάμεις, *ἐπιγείους* δὲ τοὺς ἔτι ζῶντας ἀνθρώπους, καὶ *καταχθονίους* τοὺς τεθνεῶτας.

Vers. 11. « Et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus gloria est Dei Patris. » *Omnis lingua*, pro, omnes gentes. Si autem confiteri Christum Dominum Patrem gloria afficit, clarum est quod qui eum creaturam et servum appellant, genitori ejus inurant ignominiam. Omnem certe hæresin per pauca hæc verba expugnavit divinus Apostolus : tum eos qui Unigeniti divinitatem blasphemant, et qui ejus humanitatem negant, tum eos præterea qui hypostases (seu personas) confundunt. Et Sabellium quidem, C et Photinum, et Marcellum, et Paulum Samosatenum, impios esse convincit, duas ostendens personas. Dixit enim, *qui cum in forma Dei esset*, atque tum addit : *non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo*. Nemo autem dicitur esse sibi ipsi æqualis. Arium vero et Eunomium blasphemare iisdem **456** verbis ostendit. Non enim dixit, Qui cum in forma Dei factus esset, sed, *qui cum in forma Dei esset :* et subjunxit : *non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo*. Est enim proprium eorum qui aliena rapiunt, de iis quæ habent jactare se et efferri. Deus autem Verbum natura est Deus. In Dei enim forma erat, et non rapinam arbitratus est quod esset Deo æqualis : natura enim hanc habuit æqualitatem. Quod si D Dei formam dicunt non esse Dei substantiam, interrogentur quid intelligant per servi formam. Neque enim, ut Marcion, Valentinus, et Manes, negant carnis assumptionem. Si ergo servi forma servi est natura, Dei ergo natura, Dei quoque forma est. Ita etiam eos interrogemus, qui phantasiam seu apparitionem introducunt : Forma Dei est Dei natura? Omnino fatebuntur : non enim negant, Deum esse

ια'. « Καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται [21], ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός [22]. » *Πᾶσα γλῶσσα*, ἀντὶ τοῦ, πάντα τὰ ἔθνη. Εἰ δὲ τὸ ὁμολογεῖν Χριστὸν τὸν Κύριον τὸν Πατέρα δοξάζει, εὔδηλον ὡς οἱ κτίσμα τοῦτον καὶ δοῦλον ἀποκαλοῦντες ἀδοξίαν τῷ γεγεννηκότι προστρίβουσι. Πᾶσαν μέντοι αἵρεσιν διὰ τῶν ὀλίγων τούτων κατηγωνίσατο ῥημάτων ὁ θεῖος Ἀπόστολος, καὶ τοὺς τὴν θεότητα τοῦ Μονογενοῦς βλασφημοῦντας, καὶ τοὺς ἀρνουμένους τὴν ἀνθρωπότητα, καὶ πρὸς τούτοις τοὺς τὰς ὑποστάσεις συγχέοντας· καὶ Σαβέλλιον μὲν, καὶ Φωτεινὸν, καὶ Μάρκελλον, καὶ τὸν Σαμοσατέα Παῦλον δυσσεβοῦντας ἐλέγχει, τῶν προσώπων ὑποδεικνὺς τὴν δυάδα. Ἔφη γὰρ, *Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων*, καὶ ἐπήγαγεν, *Οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ*. Οὐδεὶς δὲ ἴσος ἑαυτῷ λέγεται. Καὶ Ἄρειον δὲ καὶ Εὐνόμιον διὰ τούτων αὐτῶν τῶν ῥητῶν ἔδειξε βλασφημοῦντας. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἐν μορφῇ Θεοῦ γενόμενος, ἀλλ', *Ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων*· καὶ ἐπήγαγεν· *Οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ*. Τῶν γὰρ τὰ ἀλλότρια ἁρπαζόντων ἴδιον τὸ μέγα φρονεῖν ἐφ' οἷς ἔχουσιν. Ὁ δὲ Θεὸς Λόγος φύσει Θεός· ἐν μορφῇ γὰρ Θεοῦ ὑπῆρχε, καὶ οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ· φύσει γὰρ εἶχε τὴν ἰσότητα ταύτην. Εἰ δὲ τὴν μορφὴν τοῦ Θεοῦ οὐ λέγουσιν οὐσίαν εἶναι Θεοῦ, ἐρωτάσθωσαν τί νοοῦσι τὴν τοῦ δούλου μορφήν. Οὐ γὰρ δήπου Μαρκίωνι, καὶ Βαλεντίνῳ, καὶ Μάνεντι παραπλησίως ἀρνοῦνται τῆς σαρκὸς τὴν ἀνάληψιν. Εἰ τοίνυν ἡ μορφὴ τοῦ δούλου οὐσία δούλου, οὐσία ἄρα τοῦ Θεοῦ καὶ ἡ μορφὴ τοῦ Θεοῦ. Οὕτως ἐρωτήσωμεν καὶ τοὺς τὴν φαντασίαν εἰσάγοντας· Ἡ μορφὴ τοῦ Θεοῦ οὐσία τοῦ Θεοῦ; Πάντως ὅτι συνομολογήσουσιν· οὐ γὰρ ἀρνοῦνται τὸ εἶναι Θεὸν τὸν Δεσπότην Χριστόν. Συλ-

[l] Hebr. i, 3, 4. [m] ibid. 5.

VARIÆ LECTIONES.

[19] ἔδοξαν ἑρμηνεῦσαι. R. [20] V. 10 et 11; est quoque ad psal. xxi, 30; lxxi, 11; ci, 16, et dialog. 3, p. 332 Garn. [21] ἐξομολογήσεται habet l. c. dialog. 3. [22] Ἀμὴν addit l. c.

Digitized by Google

λογισώμεθα τοίνυν. Εἰ τοίνυν ἡ μορφὴ τοῦ Θεοῦ οὐσία Θεοῦ, οὐσία ἄρα δούλου ἡ τοῦ δούλου μορφή· καὶ εὑρεθήσονται οἱ τἀναντία φρονοῦντες, δι' ὧν ὁμολογήσουσι βεβαιοῦντες ἅπερ ὁμολογεῖν οὐκ ἐθέλουσι. Πρὸς δὲ τούτοις κἀκεῖνο συνείδομεν, ὅτι ταπεινοφροσύνην διδάσκων ὁ θεῖος Ἀπόστολος τέθεικε τοῦ Χριστοῦ τὸ παράδειγμα· *Τῇ ταπεινοφροσύνῃ γὰρ*, φησίν, *ἀλλήλους ἡγούμενοι ὑπερέχοντας ἑαυτῶν*. Εἰ δὲ οὐκ ἴσος ἦν, ἀλλ' ἐλάττων τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός, οὐ ταπεινοφρονῶν ὑπήκουσεν, ἀλλὰ τάξιν ἐπλήρωσεν. Ἀλλὰ περὶ τούτων καὶ ἐν ἑτέροις πλείστους διεξήλθομεν λόγους. Ἐπὶ τὰ συνεχῆ τοίνυν τῆς ἑρμηνείας βαδίσωμεν.

ιβ'. « Ὥστε, ἀγαπητοί μου, καθὼς πάντοτε ὑπηκούσατε, μὴ ὡς ἐν τῇ παρουσίᾳ μου μόνον, ἀλλὰ νῦν πολλῷ μᾶλλον ἐν τῇ ἀπουσίᾳ μου μετὰ φόβου καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθε. » Εἰς τοῦτο, φησίν, ἀφορῶντες τὸ παράδειγμα, πλείονα σπουδὴν παρὰ τὴν ἐμὴν ἀπουσίαν ὑπὲρ τῆς οἰκείας εἰσενέγκατε σωτηρίας. Τοῦτο γὰρ ὑμῶν τὸν ἀγαθὸν ἐγύμνωσε σκοπὸν, ὅτι οὐ πρὸς τὸν διδάσκαλον χάριτι, ἀλλὰ τῇ περὶ τὰ καλὰ προθυμίᾳ τὸν ἀξιέπαινον ἀναδέχεσθε πόνον.

ιγ'. « Ὁ Θεὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας. » Οὐκ ἐπειδὴ καὶ ἄκοντας βιάζεται, ἀλλ' ὅτι προθυμίαν εὑρίσκων αὔξει ταύτην διὰ τῆς χάριτος. *Εὐδοκίαν* δὲ τὸ ἀγαθὸν τοῦ Θεοῦ προσηγόρευσε θέλημα· θέλει δὲ πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν.

ιδ'. « Πάντα ποιεῖτε χωρὶς γογγυσμῶν [23] καὶ διαλογισμῶν. » Προθύμως φέρετε τὸν ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς πόνον, τοὺς ὑπὲρ τοῦ Εὐαγγελίου κινδύνους, μὴ δυσχεραίνοντες τὰ προσπίπτοντα λυπηρὰ, μηδὲ διαφόροις χρώμενοι λογισμοῖς· ἑαυτοῖς γὰρ τὸν πλοῦτον ἀθροίζετε· οὐδεὶς δὲ κέρδη συλλέγων μέγιστα ἀσχάλλει καὶ τονθορύζει. Δείκνυσι δὲ καὶ τοῦ πόνου τὸ κέρδος.

ιε'. « Ἵνα γένησθε ἄμεμπτοι, καὶ ἀκέραιοι, τέκνα Θεοῦ ἀμώμητα ἐν μέσῳ γενεᾶς σκολιᾶς καὶ διεστραμμένης. » Οὕτω καὶ ὁ Κύριος προσέταξεν ἀκεραίους εἶναι ὡς τὰς περιστεράς.

« Ἐν οἷς φαίνεσθε ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ. (ις.) Λόγον ζωῆς ἐπέχοντες, εἰς καύχημα ἐμοὶ εἰς ἡμέραν Χριστοῦ. » Οὐ λυμανοῦνται, φησίν, ὑμῖν οἱ πολεμοῦντες. Δίκην γὰρ φωστήρων ἐν τῷ κόσμῳ λάμψετε, καὶ ἐμοὶ παρέξετε τὸ ἐφ' ὑμῖν σεμνύνεσθαι ἐν τῇ τοῦ Σωτῆρος ἐπιφανείᾳ. Τὸ δὲ, *Λόγον ζωῆς ἐπέχοντες*, ἀντὶ τοῦ, Τῷ λόγῳ προσέχοντες τῆς ζωῆς. Οὕτω γὰρ καὶ Τιμοθέῳ γράφων ἔφη· « Ἔπεχε σεαυτῷ καὶ τῇ διδασκαλίᾳ, » ἀντὶ τοῦ, Πρόσεχε σεαυτῷ καὶ τῇ διδασκαλίᾳ. Λόγον δὲ ζωῆς τὸ κήρυ-

A Christum Dominum. Ergo ratiocinemur : si forma Dei est Dei natura, servi utique natura est forma servi : et invenientur ii qui contraria sentiunt, per ea quæ confitebuntur, ea confirmare quæ nolunt confiteri. Præter hæc autem, hoc quoque animadvertimus, quod docens humilitatem divinus Apostolus, attulerit Christi exemplum : *In humilitate enim*, inquit, *alios se superiores existimantes*. Si autem æqualis non erat, sed minor Patre Filius, non per humilitatem obedivit, sed suo officio functus est. Sed de his etiam alibi copiose disseruimus. Ad ea ergo quæ proxime sequuntur interpretanda veniamus.

Vers. 12. « Itaque charissimi mei, sicut semper obedistis, non ut in præsentia mea tantum, sed B multo magis nunc in absentia mea, cum metu et tremore vestram salutem operamini. » Hoc, inquit, exemplar **457** intuentes, in mea absentia majus studium pro vestra salute adhibuistis. Hoc enim bonam mentem vestram et scopum declaravit, quod non doctoris gratia, sed propenso ad honesta studio laude dignos labores suscipitis.

Vers. 13. « Deus est enim qui operatur in vobis et velle et perficere pro bona voluntate. » Non quod vel invitos cogat, sed quod animi promptitudinem inveniens, hanc augeat per gratiam. *Eudokiam* autem, appellavit bonam Dei voluntatem. Vult autem omnes homines servari, et ad veritatis venire cognitionem.

C Vers. 14. « Omnia autem facite sine murmurationibus et hæsitationibus. » Prompto et alacri animo ferte labores qui pro virtute suscipiuntur, quæ pro Evangelio adeuntur pericula, et molestias quæ occurrunt iniquo animo non ferentes, nec diversis quidem cogitationibus et rationibus utentes. Vobis enim ipsis divitias congregatis. Nemo autem maxima lucra cum colligit, tristatur et murmurat. Laboris insuper lucrum ostendit.

Vers. 15. « Ut sitis sine reprehensione et simplices, filii Dei sine reprehensione in medio nationis pravæ et perversæ. » Ita etiam jussit Dominus simplices esse sicut columbas.

« Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, D (Vers. 16.) verbum vitæ continentes, ad gloriam meam in diem Christi. » Non vobis, inquit, nocebunt qui vos oppugnant. Instar enim luminarium in mundo lucebitis : facietisque ut de vobis possim gloriari in adventu Servatoris. Illud autem, *verbum vitæ continentes*, dictum pro, Attendentes verbo vitæ. Eodem enim verbo usus est etiam scribens ad Timotheum, **458** cum ait : « Contine tibi ipsi et doctrinæ [n], » pro, Attende tibi ipsi et

[n] I Tim. IV, 16.

VARIÆ LECTIONES.

[23] χωρὶς μὲν γογγυσμοῦ habet ad Isa. LVIII, 9.

Digitized by Google

doctrinæ. *Verbum* autem *vitæ* vocavit prædicationem, quia vitam æternam conciliat. « Quia non in vacuum cucurri, neque in vacuum laboravi. » Glorior autem, meque jacto, quod non frustra pro vobis laborem et studium susceperim.

Vers. 17, 18. « Sed etsi immolor supra sacrificium et obsequium fidei vestræ, gaudeo, et congratulor omnibus vobis. Idipsum autem et vos gaudete, et congratulamini mihi. » *Vestræ* posuit pro omnium, qui per ipsum crediderant. Pro vestra enim fide tanquam hostia Deo oblatus lætor et delector. Convehit autem vos quoque esse lætitiæ meæ participes. Hæc autem dicit, eos consolans, et docens dignitatem martyrii, quod immolationis et cujusdam sacrificii locum obtinet.

Vers. 19-22. « Spero autem in Domino Jesu Timotheum me cito mittere ad vos : ut et ego bono animo sim, cognitis quæ circa vos sunt. Neminem enim habeo tam unanimem, qui sincera affectione de rebus vestris sollicitus sit. Omnes enim quæ sua sunt quærunt, non quæ Jesu Christi. Experimentum autem ejus cognoscite, quia sicut patri filius, mecum servivit in Evangelio. » Veræ quidem sunt laudes beati Timothei. His autem nunc usus est divinus Apostolus, tum suam in eos ostendens affectionem, quod quem unum habebat consolatorem, hunc illorum utilitatis causa miserit : tum eos adhortans, ut veritatis prædicatorem cum omni observantia suscipiant.

Vers. 23, 24. « Hunc igitur spero me mittere, mox ut videro quæ circa me sunt. Confido **459** autem in Domino, quoniam et ipse veniam cito. » Ne hic quidem adventum suum est affirmative pollicitus, sed eum divinæ reliquit providentiæ. Satis autem ostendit se nondum prius periculum evasisse. Hoc innuit, cum dicit, *Mox ut videro quæ circa me sunt;* hoc est, si difficultates recte fuerint expeditæ.

Vers. 25. « Necessarium autem existimavi, Epaphroditum fratrem, et cooperatorem, et commilitonem meum, vestrum autem apostolum, et ministrum necessitatis meæ, mittere ad vos. » Multa et de hoc præclara dixit, qui non solum *fratrem*, sed etiam *cooperatorem*, et *commilitonem* appellavit. Eum autem *ipsorum apostolum* vocavit, ut cui esset illorum cura concredita. Ut clarum sit, sub eo fuisse eos qui in principio dicti sunt episcopi, presbyterorum scilicet in ordine constituti. *Ministrum* vero ipsum dixit *necessitatis*, quia pecunias ab his missas attulerat. Innuit autem hanc illos debere subventionem, non secus ac ministri publici illationes.

Vers. 26, 27. « Quoniam quidem omnes vos desiderabat, et mœstus erat, propterea quod audieratis

A γμα κέκληκεν, ἐπειδὴ τὴν αἰώνιον προξενεῖ ζωήν. « Ὅτι οὐκ εἰς κενὸν ἔδραμον, οὐδὲ εἰς κενὸν ἐκοπίασα. » Αὐχῶ δὲ καὶ μεγαλοφρονῶ, ὅτι οὐ μάτην τὴν ὑπὲρ ὑμῶν ἀνεδεξάμην σπουδήν.

ιζ', ιη'. « Ἀλλ' εἰ καὶ σπένδομαι ἐπὶ τῇ θυσίᾳ καὶ λειτουργίᾳ τῆς πίστεως ὑμῶν, χαίρω καὶ συγχαίρω πᾶσιν ὑμῖν. Τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ὑμεῖς χαίρετε καὶ συγχαίρετέ μοι. » Τὸ, *ὑμῶν*, ἀντὶ τοῦ, πάντων τῶν δι' αὐτοῦ πεπιστευκότων, τέθεικεν. Ὑπὲρ γὰρ τῆς ὑμετέρας πίστεως καθάπερ θυσία τῷ Θεῷ προσφερόμενος εὐφραίνομαί τε καὶ ἥδομαι. Προσήκει δὲ καὶ ὑμᾶς κοινωνεῖν μοι τῆς εὐφροσύνης. Ταῦτα δὲ λέγει ψυχαγωγῶν αὐτούς, καὶ διδάσκων τοῦ μαρτυρίου τὸ μέγεθος, ὅτι σπονδῆς τινος καὶ θυσίας
B τάξιν ἐπέχει.

ιθ'-κβ'. « Ἐλπίζω δὲ ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ Τιμόθεον ταχέως πέμψαι ὑμῖν, ἵνα κἀγὼ εὐψυχῶ γνοὺς τὰ περὶ ὑμῶν. Οὐδένα γὰρ ἔχω ἰσόψυχον, ὅστις[24] γνησίως τὰ περὶ ὑμῶν μεριμνήσει. Οἱ πάντες γὰρ τὰ ἑαυτῶν ζητοῦσιν, οὐ τὰ τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ. Τὴν δὲ δοκιμὴν αὐτοῦ γινώσκετε, ὅτι ὡς πατρὶ τέκνον σὺν ἐμοὶ ἐδούλευσεν εἰς τὸ Εὐαγγέλιον. » Ἀληθεῖς μὲν τοῦ μακαρίου Τιμοθέου αἱ εὐφημίαι· ὁ δὲ θεῖος Ἀπόστολος ταύταις ἐχρήσατο νῦν, καὶ τὴν οἰκείαν περὶ αὐτοὺς ἐπιδεικνὺς διάθεσιν, ὅτι ὃν μόνον ἔχει ψυχαγωγοῦντα, τοῦτον διὰ τὴν αὐτῶν ἀπέστειλεν ὠφέλειαν· καὶ αὐτοὺς προτρέπων, ὡς ἀληθείας
C κήρυκα μετὰ πάσης δέξασθαι θεραπείας.

κγ', κδ'. « Τοῦτον μὲν οὖν ἐλπίζω πέμψαι, ὡς ἂν ἀφίδω τὰ περὶ ἐμὲ, ἐξαυτῆς. Πέποιθα δὲ ἐν Κυρίῳ, ὅτι καὶ αὐτὸς ταχέως ἐλεύσομαι. » Οὐδὲ ἐνταῦθα τὴν οἰκείαν παρουσίαν ἀποφαντικῶς ἐπηγγείλατο, ἀλλὰ τῆς θείας αὐτὴν ἐξήρτησε προμηθείας. Δῆλος δὲ ἐστι μηδέπω παντελῶς τὸν πρότερον διαφυγὼν κίνδυνον. Τοῦτο αἰνίττεται εἰρηκώς· *Ὡς ἂν ἀφίδω τὰ περὶ ἐμὲ ἐξαυτῆς*· τουτέστιν, ἐὰν τέλεον λάβῃ λύσιν τὰ δυσχερῆ.

κε'. « Ἀναγκαῖον δὲ ἡγησάμην Ἐπαφρόδιτον τὸν ἀδελφὸν, καὶ συνεργὸν, καὶ συστρατιώτην μου, ὑμῶν δὲ ἀπόστολον, καὶ λειτουργὸν[25] τῆς χρείας μου, πέμψαι πρὸς ὑμᾶς. » Πολλὰ καὶ τούτου κατορθώματα διεξῆλθεν, οὐκ *ἀδελφὸν* μόνον, ἀλλὰ καὶ *συν-*
D *εργὸν*, καὶ *συστρατιώτην* ἀποκαλέσας. *Ἀπόστολον* δὲ αὐτὸν κέκληκεν *αὐτῶν*, ὡς τὴν ἐπιμέλειαν αὐτῶν ἐμπεπιστευμένον. Ὡς εἶναι δῆλον ὅτι ὑπὸ τοῦτον ἐτέλουν οἱ ἐν τῷ προοιμίῳ κληθέντες ἐπίσκοποι, τοῦ πρεσβυτέρου δηλονότι τὴν τάξιν πληροῦντες· *λειτουργὸν* δὲ αὐτὸν εἰρηκε *τῆς χρείας*, ὡς τὰ παρ' αὐτῶν ἀποσταλέντα κομίσαντα χρήματα. Αἰνίττεται δὲ καὶ ὅτι ταύτην τὴν θεραπείαν ὀφείλουσι, καθάπερ οἱ λειτουργοῦντες τὰς εἰσφοράς.

κς', κζ'. « Ἐπειδὴ ἐπιποθῶν ἦν πάντας ὑμᾶς, καὶ ἀδημονῶν, διότι ἠκούσατε ὅτι ἠσθένησε. Καὶ

VARIÆ LECTIONES.

[24] Pro ὅστις habebat Herveti liber ὅς, et ὑμῶν pro περὶ ὑμῶν. [25] συνεργόν habebat supra ad I Cor. xii, 28, et ad nostram Epistolam i, 2. Sed Theodoreti interpretatio τὸ λειτουργόν confirmat.

Digitized by Google

γὰρ ἠσθένησε παραπλήσιον θανάτῳ, ἀλλ' ὁ Θεὸς αὐτὸν ἠλέησεν [26]· οὐκ αὐτὸν δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐμὲ, ἵνα μὴ λύπην ἐπὶ λύπῃ σχῶ. » Ὑπὲρ τῆς γεγενημένης ἀπολογεῖται βραδυτῆτος, καὶ τῆς ἐπισκῆψάσης νόσου τὸ μέγεθος δείκνυσι, καὶ τὴν περὶ αὐτοὺς διάθεσιν τοῦ Ἐπαφροδίτου δηλοῖ· φήσας αὐτὸν διά τε τὴν βραδυτῆτα ἠθυμηκέναι, καὶ διὰ τὴν αὐτῶν φροντίδα, ἣν ἡ νόσος εἰργάζετο. Τὸ δὲ, *ἠλέησεν αὐτὸν*, δηλοῖ καὶ τὴν τοῦ Ἐπαφροδίτου περὶ τοὺς ἀγῶνας σπουδήν. Οὐ γὰρ ἤθελε τῆς ὀδυνηρᾶς ἀπαλλαγῆναι ζωῆς, τὸ ἐκ ταύτης φυόμενον ἐπιστάμενος κέρδος. *Ἐμὲ δὲ*, φησὶν, *ἠλέησεν*, μὴ γυμνώσας με τοῦ συνεργοῦ.

κη'-λ'. « Σπουδαιοτέρως οὖν ἔπεμψα αὐτὸν, ἵνα ἰδόντες αὐτὸν πάλιν χαρῆτε, κἀγὼ ἀλυπότερος ὦ. Προσδέχεσθε οὖν αὐτὸν ἐν Κυρίῳ μετὰ πάσης χαρᾶς, καὶ τοὺς τοιούτους ἐντίμους ἔχετε. Ὅτι διὰ τὸ ἔργον τοῦ Χριστοῦ μέχρι θανάτου ἤγγισε, παραβουλευσάμενος τῇ ψυχῇ, ἵνα ἀναπληρώσῃ τὸ ὑμῶν ὑστέρημα τῆς πρός με λειτουργίας. » Μέγιστον ἠνίξατο κίνδυνον διὰ τοῦ [27], *παραβουλευσάμενος τῇ ψυχῇ*. Καθειργόμενον γὰρ πάντως μαθὼν, καὶ ὑπὸ πλείστων φυλαττόμενον, εἰσελθὼν ἐθεάσατο, τοῦ κινδύνου καταφρονήσας. Ἐξέτισε δὲ, φησὶν, ὑπὲρ ἁπάντων ὑμῶν τὸ χρέος. Ὃ γὰρ πάντες ὀφείλετε μόνος πεποίηκεν. Ἐντεῦθεν εἰς τὴν κατηγορίαν τῶν τὰ περιττὰ τοῦ νόμου φυλάττειν παρεγγυώντων μεταφέρει τὸν λόγον.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

α'. « Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοί μου, χαίρετε ἐν Κυρίῳ. » Πάσης θυμηδίας πνευματικῆς ἐμφορεῖσθε. « Τὰ αὐτὰ γράφειν ὑμῖν, ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρὸν, ὑμῖν δὲ ἀσφαλές. » Οὐκ ἄλλην αὐτοῖς Ἐπιστολὴν γέγραφεν, ἀλλ' ἐν ταύτῃ πολλὰς αὐτοῖς προσήνεγκεν εἰσηγήσεις.

ζ'. « Ἐν οἷς καὶ ὑμεῖς περιεπατήσατέ ποτε, ὅτε ἐζῆτε ἐν αὐτοῖς. » Οὕτω καὶ Κορινθίοις ἐπιστέλλων εἴρηκε· « Καὶ ταῦτά τινες ἦτε, ἀλλ' ἀπελούσασθε, ἀλλ' ἡγιάσθητε, ἀλλ' ἐδικαιώθητε, » καὶ τὰ ἑξῆς. B

η'. « Νυνὶ δὲ ἀπόθεσθε καὶ ὑμεῖς τὰ πάντα. » Εἶτα λέγει ποῖα ταῦτα.

« Ὀργήν, θυμόν, κακίαν, βλασφημίαν, αἰσχρολογίαν ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν. (θ'.) Μὴ ψεύδεσθε εἰς ἀλλήλους. » Οὕτω διδάξας τίνα ἐκάλεσε τοῦ σώματος μέλη, δείκνυσι καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα, οὗ ταῦτα τὰ μέλη. « Ἀπεκδυσάμενοι [26] τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον σὺν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ. » Παλαιὸν ἄνθρωπον τὴν προτέραν ἐκάλεσε πολιτείαν. *Ἐν οἷς* γάρ, φησὶ, *καὶ ὑμεῖς περιεπατήσατέ ποτε, ὅτε ἐζῆτε ἐν αὐτοῖς*. Τοῦτον δὲ ἀπεκδύσασθε ἐν τῷ βαπτίσματι.

ι'. « Καὶ ἐνδυσάμενοι τὸν νέον, τὸν ἀνακαινούμενον εἰς ἐπίγνωσιν κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος αὐτόν. » Ἄνωθεν γὰρ ἡμᾶς ἐδημιούργησεν ὁ τῶν ὅλων Θεός, καὶ τοὺς τῆς θείας εἰκόνος χαρακτῆρας, οὓς ἡ ἁμαρτία διέφθειρεν, ἀκριβέστερον ἐν ἡμῖν ἐξετύπωτε. Τοῦτο καὶ ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους ἔφη· « Οὓς προέγνω καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ. » Καὶ ἐν τῇ πρὸς Φιλιππησίους· « Ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ. » C

ια'. « Ὅπου οὐκ ἔνι Ἕλλην καὶ Ἰουδαῖος [27], περιτομὴ καὶ ἀκροβυστία, βάρβαρος, Σκύθης [28], δοῦλος, ἐλεύθερος· ἀλλὰ τὰ πάντα, καὶ ἐν πᾶσι Χριστός. » Ἀπὸ τοῦ τύπου εἰς τὸν [29] ἀρχέτυπον τὸν λόγον μετήνεγκε. Περὶ γὰρ τοῦ παναγίου βαπτίσματος διαλεγόμενος, τοῦ μέλλοντος βίου τὴν πολιτείαν ἡμᾶς διδάσκει. Οὐδεμίαν γὰρ ἐκεῖνος τοιαύτην ἔχει διαφοράν· ἀλλὰ, τῆς ἁμαρτίας πεπαυμένης, τὸ βούλημα τὸ θεῖον ἐν ἅπασιν ἐκτελεῖται. Τοῦτο γὰρ εἶπε, *τὰ πάντα καὶ* [30] *ἐν πᾶσι Χριστός*. Οὕτω καὶ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους· « Ἵνα ᾖ ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσιν. » D

appellavit, quia **493** per hæc fiunt. Et ideo distinctione usus est, et non dixit solum, *membra vestra*, sed adjecit, *quæ sunt super terram*, hoc est, mentis inclinationem ad deteriora : pro eo quod est, Corpus amplius peccatum non exerceat. *Avaritiam* autem vocavit cultum simulacrorum, quia Servator mammonam *dominum* appellavit, docens quod qui servit vitio avaritiæ, tanquam Deum colit divitias.

Vers. 6. « Propter quæ venit ira Dei super filios incredulitatis. » Supplicii quoque minas adjecit necessario.

Vers. 7. « In quibus et vos ambulastis aliquando, cum viveretis in illis. » Ita etiam dixit scribens ad Corinthios : « Et hæc quidem eratis, sed ablati estis, sed sanctificati estis : sed justificati estis [v], » et quæ sequuntur.

Vers. 8. « Nunc autem deponite et vos omnia. » Deinde ostendit quænam ea sint.

« Iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro. (Vers. 9.) Nolite mentiri invicem. » Postquam sic docuit, quænam vocaverit corporis membra, ipsum quoque corpus ostendit, cujus hæc sunt membra. « Exspoliantes vos veterem hominem cum actibus suis. » Veterem hominem appellavit priorem vitæ institutionem. *In quibus* enim, inquit, *et vos ambulastis aliquando, cum viveretis in ipsis* [x]. Eum autem in baptismo exuistis.

Vers. 10. « Et induentes novum, eum qui renovatur in agnitionem secundum imaginem ejus qui creavit illum. » Nos enim ab initio creavit universorum Deus, et divinæ imaginis characteres, quos corrupit peccatum, in nobis perfectius expressit. Hoc etiam dixit in Epistola ad Romanos : « Quos **494** præscivit, inquit, et præfinivit esse conformes imagini Filii sui [y]. » Et in Epistola ad Philippenses : « Qui transfigurabit corpus humilitatis nostræ, ut sit ipsum conforme corpori gloriæ suæ [z]. »

Vers. 11. « Ubi non est gentilis et Judæus, circumcisio et præputium, barbarus, Scytha, servus et liber : sed omnia et in omnibus Christus. » A typo ad archetypum convertit sermonem. De sanctissimo enim baptismo disserens, futuræ vitæ formam nos docet. Illa enim nullam habet talem differentiam : sed cum cessarit peccatum, voluntas divina in omnibus perficitur. Hoc enim est quod ait, *omnia et in omnibus Christus*. Ita etiam dicit ad Corinthios : « Ut sit Deus omnia in omnibus [a]. » In illa ergo vita novum hominem perfecte indui-

[v] I Cor. vi, 11. [x] Ibid. 7. [y] Rom. viii, 29. [z] Philipp. iii, 21. [a] I Cor. xv, 28.

VARIÆ LECTIONES.

[26] Ὑπεκδυσάμενοι habebat Herveti liber. [27] Ἰουδ. κ. Ἕλλ. erat in libro Herveti, atque etiam supra apud Nostrum ad I Cor. xv, 28, itemque ad Ezech. extrem. [28] Σκύθα habebat supra ad I Cor. xv, 28, secundum Sirmondi textum. Quæ sequuntur, δοῦλος, ἐλεύθερος, omittit eo in loco, et cum præcedente Σκύθ. l. c. ad Ezech. [29] τό B. [30] καί C. Omissum in textu Sirm.

Digitized by Google

mus. In ea enim a corruptione liberamur et incorruptionem induimus. In baptismo autem illius vitæ figuram implemus.

VERS. 12, 13. « Induite ergo, sicut electi Dei, sancti et dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam. Supportantes vos invicem, et condonantes vobismetipsis si quis adversus aliquem habet querelam. » Deinde exemplo confirmat suasionem. « Sicut et Christus condonavit vobis : ita et vos. » Respicite ad Domini benignitatem, quot vobis peccata **495** condonarit. Imitamini ergo Dominum, et condonate unusquisque ea quæ in ipsum a fratre peccantur.

VERS. 14. « Super omnia autem hæc charitatem, quæ est vinculum perfectionis. » Hæc enim aliorum est mandatorum et custos et adjutrix : et quemadmodum lora trabium ædificia continent, ita hæc perfectionem conciliat, et connectit membra corporis.

VERS. 15. « Et pax Christi præmia distribuat in cordibus vestris, ad quam et vocati estis in uno corpore. » Deus qui vos vocavit, corpus unum ex vobis omnibus constituit : ne id ergo dividatis. Sed et si quis ab aliquo molestiam aliquam acceperit, habeat in corde pacem, certamini præsidentem, et præmia distribuentem, et Deo gratam concordiam procurantem. « Et grati estote. » Rebus ipsis Domino gratias agite.

VERS. 16. « Verbum Dei habitet in vobis abundanter, in omni sapientia (ut sitis) docentes et commonentes vosmetipsos, psalmis, hymnis et canticis spiritualibus, in gratia cantantes in corde vestro Domino. » Assiduam divinorum eloquiorum meditationem præcipit etiam lex vetus. « Meditaberis enim, inquit, in ipsis, sedens, et surgens, et cubans, et in via ingrediens [b]. » Hoc præcipit et divinus Apostolus, ut nos Christi doctrinam in anima semper circumferamus, et ipsum laudemus, et canticis spiritualibus linguam sanctificemus. Illud autem *in cordibus*, pro eo quod est, non ore tantum.

VERS. 17. « Et omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Jesu facite : gratias agentes Deo et Patri **496** per ipsum. » Quoniam enim illi angelos jubebant adorare, ipse contrarium præcipit, ut et dicta et facta exornent recordatione Christi Domini : Et Deo, inquit, et Patri gratiarum actionem offerte *per ipsum*, non per angelos. Hanc etiam legem sequens Laodicena synodus, et volens veteri illi morbo mederi, lege sanxit non orandos esse angelos, nec relinquendam Dominum nostrum Jesum Christum. Ab hoc

A Ἐν ἐκείνῳ τοίνυν τῷ βίῳ τὸν νέον ἀκριβῶς ἄνθρωπον ἐνδυόμεθα. Ἐν ἐκείνῳ γὰρ τῆς φθορᾶς ἀπαλλαττόμεθα, καὶ τὴν ἀφθαρσίαν ἀμφιεννύμεθα. Ἐν δὲ τῷ βαπτίσματι τὸν ἐκείνου τοῦ βίου τύπον ἀποπληροῦμεν.

ιβ', ιγ'. « Ἐνδύσασθε οὖν, ὡς ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ ἅγιοι καὶ ἠγαπημένοι, σπλάγχνα οἰκτιρμῶν, χρηστότητα, ταπεινοφροσύνην, πραότητα, μακροθυμίαν. Ἀνεχόμενοι[a1] ἀλλήλων, καὶ χαριζόμενοι ἑαυτοῖς, ἐάν τις πρός τινα ἔχῃ μομφήν. » Εἶτα ἀπὸ τοῦ παραδείγματος τὴν παραίνεσιν βεβαιοῖ. « Καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἐχαρίσατο ἡμῖν· οὕτω καὶ ὑμεῖς. » Ἀποβλέψατε εἰς τὴν τοῦ Δεσπότου φιλανθρωπίαν, πόσων ὑμῖν ἁμαρτημάτων ἄφεσιν ἐδωρήσατο. Μιμεῖσθε τοίνυν τὸν Δεσπότην, καὶ συγχωρεῖτε ἕκαστος τὰ B εἰς αὐτὸν ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ πλημμελούμενα.

ιδ'. « Ἐπὶ πᾶσιν δὲ τούτοις τὴν ἀγάπην, ἥτις ἐστὶ σύνδεσμος τῆς τελειότητος. Αὕτη γὰρ καὶ τῶν ἄλλων ἐστὶν ἐντολῶν καὶ φύλαξ καὶ συνεργός· καὶ ὥσπερ αἱ ἱμαντίαι τὰς οἰκοδομίας συνέχουσιν, οὕτως αὕτη τὴν τελειότητα προξενεῖ, καὶ συνάπτει τὰ μέλη τοῦ σώματος.

ιε'. « Καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ βραβευέτω ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, εἰς ἣν καὶ ἐκλήθητε ἐν ἑνὶ σώματι. » Ἓν σῶμα ἐκ πάντων ὑμῶν ὁ καλέσας ὑμᾶς Θεὸς συνεστήσατο· μὴ τοίνυν τοῦτο μερίζετε· ἀλλὰ κἂν τις λυπηροῦ τινος παρά τινος πειρασθῇ, ἐχέτω τὴν εἰρήνην ἐν τῇ καρδίᾳ, ἀγωνοθετοῦσάν τε καὶ βραβεύουσαν, καὶ τὴν Θεῷ φίλην πραγματευομένην ὁμόνοιαν. « Καὶ εὐχάριστοι γίνεσθε. » Δι' αὐτῶν τῶν C πραγμάτων ὁμολογεῖτε τῷ Δεσπότῃ τὰς χάριτας.

ις'. « Ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐνοικείτω ἐν ὑμῖν πλουσίως, ἐν πάσῃ σοφίᾳ διδάσκοντες, καὶ νουθετοῦντες ἑαυτούς, ψαλμοῖς, καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικοῖς ἐν τῇ χάριτι ᾄδοντες ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ Κυρίῳ. » Τὴν διηνεκῆ τῶν θείων λογίων μελέτην καὶ ὁ παλαιὸς νόμος παρεγγυᾷ. « Μελετήσεις γάρ, φησὶν, ἐν αὐτοῖς καθήμενος, καὶ διανιστάμενος, καὶ κοιταζόμενος, καὶ πορευόμενος ἐν ὁδῷ. » Τοῦτο παρακελεύεται καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος, ὥστε ἡμᾶς τὴν τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίαν ἐν τῇ ψυχῇ περιφέρειν ἀεί, ὑμνεῖν τε αὐτὸν, καὶ ταῖς πνευματικαῖς ᾠδαῖς ἁγιάζειν τὴν γλῶτταν. Τὸ δὲ *ἐν ταῖς καρδίαις*, ἀντὶ τοῦ, μὴ μόνον τῷ στόματι.

D ιζ'. « Καὶ πᾶν ὅ τι ἂν ποιῆτε ἐν λόγῳ ἢ ἐν ἔργῳ, πάντα ἐν ὀνόματι Κυρίου Ἰησοῦ, εὐχαριστοῦντες τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ δι' αὐτοῦ. » Ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνοι τοὺς ἀγγέλους σέβειν ἐκέλευον, αὐτὸς τὸ ἐναντίον παρεγγυᾷ, ὥστε καὶ τοὺς λόγους, καὶ τὰ ἔργα κοσμῆσαι τῇ μνήμῃ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ· Καὶ τῷ Θεῷ δὲ καὶ Πατρὶ τὴν εὐχαριστίαν *δι' αὐτοῦ*, φησὶν, ἀναπέμπετε, μὴ διὰ τῶν ἀγγέλων. Τούτῳ ἑπομένη τῷ νόμῳ καὶ ἡ ἐν Λαοδικείᾳ σύνοδος, καὶ τὸ παλαιὸν ἐκεῖνο πάθος θεραπεῦσαι βουλομένη, ἐνομοθέτησε μὴ εὔχεσθαι ἀγγέλοις, μηδὲ καταλιμπάνειν τὸν Κύριον ἡμῶν

[b] Deut. VI, 7.

VARIÆ LECTIONES.

[a1] ἀνεχόντες habebat Herv.

Digitized by Google

Ἰησοῦν Χριστόν. Ἐντεῦθεν λοιπὸν κατ' εἶδος τὰς παραινέσεις προσφέρει.

ιη'. « Αἱ γυναῖκες, ὑποτάσσεσθε τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν, ὡς ἀνῆκεν, ἐν Κυρίῳ. » Ἐπειδὴ συνέβαινε δυσσεβέσιν ἀνδράσι συνῆφθαι τὰς εὐσεβεῖς, ἀναγκαίως τὸν διορισμὸν τέθεικεν. *Ἐν Κυρίῳ* γὰρ εἶπεν, ἀντὶ τοῦ, ὡς ὁ τοῦ Κυρίου παρακελεύεται νόμος.

ιθ'. « Οἱ ἄνδρες, ἀγαπᾶτε τὰς γυναῖκας, καὶ μὴ πικραίνεσθε πρὸς αὐτάς. » Ταῖς γυναιξὶ τὴν ὑποταγήν, τοῖς ἀνδράσι τὴν ἀγάπην ἐνομοθέτησεν, ἡμέρως αὐταῖς προσφέρεσθαι, καὶ ὡς μέλεσιν οἰκείοις παρεγγυήσας.

κ'. « Τὰ τέκνα, ὑπακούετε τοῖς γονεῦσι κατὰ πάντα· τοῦτο γάρ ἐστιν εὐάρεστον ἐν Κυρίῳ. » Τοῦτο γὰρ καὶ νομοθετῶν προσέταξεν ὁ Θεός.

κα'. « Οἱ πατέρες, μὴ ἐρεθίζετε[33] τὰ τέκνα ὑμῶν, ἵνα μὴ ἀθυμῶσι. » Προσήκει δὲ καὶ ὑμᾶς μὴ λυπεῖν τὰ τέκνα, ἀλλὰ τὴν προσήκουσαν αὐτοῖς θεραπείαν προσφέρειν.

κβ'. « Οἱ δοῦλοι, ὑπακούετε κατὰ πάντα τοῖς κατὰ σάρκα κυρίοις. » Ἔδειξε τὴν ψυχὴν ἐλευθέραν, τὸ σῶμα δὲ μόνον ὑποκείμενον τῇ δουλείᾳ. « Μὴ ἐν ὀφθαλμοδουλείαις, ὡς ἀνθρωπάρεσκοι, ἀλλ' ἐν ἁπλότητι τῆς καρδίας, φοβούμενοι τὸν Θεόν. » Μετὰ τῆς προσηκούσης εὐνοίας θεραπεύετε τοὺς δεσπότας, πάσης κακοηθείας ἀπηλλαγμένοι. Καὶ ἑρμηνεύων τὸ, *μὴ κατ' ὀφθαλμοδουλείαν*, ἐπήγαγε·

κγ'. « Καὶ πᾶν ὅ τι ἐὰν ποιῆτε, ἐκ ψυχῆς ἐργάζεσθε. » Καὶ προθυμοτέρους ποιῆσαι βουλόμενος προστέθεικεν· « Ὡς τῷ Κυρίῳ[33], καὶ οὐκ ἀνθρώποις. » Ἀπόκειται γὰρ ὑμῖν ὑπὲρ τούτου μισθός. Καὶ τοῦτο δηλοῖ τὰ ἑξῆς.

κδ'. « Εἰδότες ὅτι ἀπὸ Κυρίου λήψεσθε τὴν ἀνταπόδοσιν τῆς κληρονομίας ὑμῶν. Τῷ γὰρ Κυρίῳ Χριστῷ δουλεύετε. » Ἱκανὴ ψυχαγωγία, τὸ τοὺς δουλεύοντας εἰδέναι, ὡς οὐκ ἀνθρώποις, ἀλλὰ τῷ Κυρίῳ δουλεύουσι. Καὶ ἐπειδὴ συμβαίνει ἀδίκους εἶναι δεσπότας, ἀναγκαίως προστέθεικεν·

κε'. « Ὁ δὲ ἀδικῶν κομίσεται ὃ ἠδίκησε, καὶ οὐκ ἔστι προσωποληψία. » Ὥστε, φησὶ, κἂν μὴ τύχητε ἀγαθῶν ἀντιδόσεων παρὰ τῶν δεσποτῶν, ἔστι δικαιοκρίτης ὃς οὐκ οἶδε δούλου καὶ δεσπότου διαφοράν, ἀλλὰ δικαίαν εἰσφέρει[34] τὴν ψῆφον.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

α'. « Οἱ κύριοι, τὸ δίκαιον καὶ τὴν ἰσότητα τοῖς δούλοις παρέχεσθε, εἰδότες ὅτι καὶ ὑμεῖς ἔχετε Κύριον ἐν οὐρανοῖς. » *Ἰσότητα* οὐ τὴν ἰσοτιμίαν ἐκάλεσεν, ἀλλὰ τὴν προσήκουσαν ἐπιμέλειαν, ἧς παρὰ τῶν δεσποτῶν ἀπολαύειν χρὴ τοὺς οἰκέτας.

β'. « Τῇ προσευχῇ προσκαρτερεῖτε[35] γρηγοροῦντες ἐν αὐτῇ ἐν εὐχαριστίᾳ. » Δεῖ γὰρ ὑπὲρ τῶν δεδομένων εὐχαριστεῖν πρότερον, καὶ τηνικαῦτα τὴν ἱκετείαν προσφέρειν.

γ'. « Προσευχόμενοι ἅμα καὶ περὶ ἡμῶν, ἵνα ὁ

A deinceps loco per singulas species adhortationes adhibet.

Vers. 18. « Mulieres subditæ estote viris, sicut oportet, in Domino. » Quoniam usu veniebat ut piæ mulieres viris impiis matrimonio junctæ essent, necessario distinctionem adhibuit. *In Domino* enim dixit, hoc est, ut præcipit lex Domini.

Vers. 19. « Viri, diligite uxores, et nolite amari esse ad illas. » Mulieribus submissionem, viris charitatem præscripsit, ut se in eas tanquam in propria membra mansuete gerant præcipiens.

Vers. 20. « Filii, obedite parentibus per omnia, hoc enim placitum est Domino. » Hoc enim etiam legem ferens præcepit Deus.

B Vers. 21. « Patres, nolite ad indignationem provocare filios vestros, ut non pusillo animo fiant. » Vos etiam convenit filios nequaquam tristitia afficere, sed congruentem illis curam impendere.

Vers. 22. « Servi, obedite per omnia dominis carnalibus. » Ostendit animam esse liberam : solum autem corpus subjacere servituti. « Non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis timentes Deum. » Qua par est benevolentia **497** dominos observate, ab omni malignitate liberi. Et interpretans illud, *non ad oculum servientes*, subjunxit :

Vers. 23. « Et quodcunque facitis, ex animo operamini. » Et volens eos promptiores reddere, C adjecit : « Sicut Domino, et non hominibus. » Pro hoc enim merces est vobis reposita. Idque declarant quæ consequuntur.

Vers. 24. « Scientes, quod a Domino accepturi sitis retributionem hæreditatis vestræ. Domino enim Christo servitis. » Magna est consolatio, quod qui serviunt, sciunt se non hominibus servire, sed Domino. Et quoniam contingit injustos esse dominos, necessario adjecit :

Vers. 25. « Qui enim injuriam facit, recipiet id quod inique gessit : et non est personarum acceptio. » Quocirca, inquit, etiamsi a dominis non recipiatis justas retributiones, est justus judex, qui servi differentiam et domini non curat, sed justam fert sententiam.

D

CAPUT IV.

Vers. 1. « Domini, quod justum est et æquum, servis præstate, scientes quod et vos Dominum habeatis in cœlo. » *Æqualitatem* dixit non honoris æqualitatem, sed curam convenientem, quam oportet dominos gerere servorum

Vers. 2. « Orationi instate, vigilantes in ea in gratiarum actione. » Oportet enim pro iis quæ data sunt prius gratias agere, et tunc supplicationem offerre.

Vers. 3. « Orantes simul pro nobis, ut Deus ape-

VARIÆ LECTIONES.

[33] παροργίζετε B. [33] ἐν Κυρίῳ habebat liber Herv. Vide versum 18. [34] ἐκφέρει B. [35] προσκαρτεροῦντες B e. liber Herv.

Digitized by Google

riat nobis ostium sermonis **498** ad loquendum mysterium Christi. » Ostendit solitam humilitatem : et nos etiam docet, non nobis ipsis fidere, sed mutuum invicem auxilium petere.

« Propter quod etiam vinctus sum : (VERS. 4.) ut manifestem illud, ita ut oportet me loqui. » Ostendit causam vinculorum. Hæc enim, inquit, faciunt prædicationem manifestiorem. Ita etiam dicit ad Philippenses : « Ita ut vincula mea manifesta fierent in omni prætorio, et in cæteris omnibus [c]. »

VERS. 5. « In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt. » Hoc est, qui nondum crediderunt. Nullam, inquit, damni occasionem eis date : pro ipsorum salute omnia molimini. « Tempus redimentes. » Vestrum non est præsens sæculum : eo ergo utimini ut oportet, et per bonas actiones id emendes vestrum facite.

VERS. 6. « Sermo vester semper in gratia sale sit conditus. » Ornamini spirituali prudentia. Ita etiam Dominus apostolos jussit habere sal [d], et ipsos vocavit *sal* [e]. Docet etiam quomodo. « Ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere. » Aliter enim infideli, aliter fideli, et aliter perfecto, aliter imperfecto, et aliter infirmo, aliter sano doctrina tradenda est.

VERS. 7—9. « Quæ circa me sunt omnia vobis nota faciet Tychicus, charissimus frater, et fidelis minister, et conservus in Domino : quem misi ad vos ad hoc ipsum, ut cognoscat quæ circa nos sunt et consoletur corda vestra, cum Onesimo charissimo et fideli fratre, **499** qui ex vobis est ; qui omnia quæ hic aguntur nota facient vobis. » Onesimus famulus erat Philemonis. Hunc in carcere cum instituisset divinus Apostolus, misit ad dominum. Scribens enim dixit, voluisse quidem eum retinere, sed præter illius sententiam hoc facere noluisse. Misit, ut verisimile est, Philemon : sed divinus Apostolus eum cum Tychico iterum misit, ut qui deinceps fuerit administer prædicationis. Hinc autem potest ejus cognosci sapientia, quod rerum suarum indicium utrique commune esse voluit : *Omnia*, inquit, *vobis nota facient quæ hic aguntur* ; consolari autem tribuit soli Tychico : *Ut cognoscat*, inquit, *quæ circa nos sunt, et consoletur corda vestra*. Quia enim sciebant servum fuisse Onesimum, et verisimile erat ægre laturos aliquos, quod qui nuper fuerat servus repente factus esset idoneus ad consolandam et docendam Ecclesiam, solum ait Tychicum ad hoc misisse. De rebus autem suis certiores eos facere utrique simul attribuit, ea ratione hunc honorans, et illos non offendens.

Θεὸς ἀνοίξῃ ἡμῖν θύραν τοῦ λόγου, λαλῆσαι τὸ μυστήριον τοῦ Χριστοῦ. » Τὴν συνήθη μὲν ταπεινοφροσύνην ἔδειξε· διδάσκει δὲ καὶ ἡμᾶς, μὴ ἑαυτοῖς θαρρεῖν, ἀλλὰ τὴν παρ' ἀλλήλων ἐπικουρίαν ζητεῖν.

« Δι' ὃ καὶ δέδεμαι, (δ'.) ἵνα φανερώσω αὐτὸ, ὡς δεῖ με λαλῆσαι. » Ἔδειξε τῶν δεσμῶν τὴν αἰτίαν. Ταῦτα γὰρ, φησὶ, ποιεῖ τὸ κήρυγμα φανερώτερον. Οὕτω καὶ ἐν τῇ πρὸς Φιλιππησίους ἔφη· « Ὥστε τοὺς δεσμούς μου φανεροὺς γενέσθαι ἐν ὅλῳ τῷ πραιτωρίῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς πᾶσιν. »

ε'. « Ἐν σοφίᾳ περιπατεῖτε πρὸς τοὺς ἔξω. » Τουτέστι, τοὺς μηδέπω πεπιστευκότας. Μηδεμίαν, φησὶν, αὐτοῖς πρόφασιν δίδοτε βλάβης· πάντα ὑπὲρ τῆς αὐτῶν μηχανᾶσθε σωτηρίας. « Τὸν καιρὸν ἐξαγοραζόμενοι. » Οὐκ ἔστιν ὑμέτερος ὁ παρὼν αἰών· χρήσασθε τοίνυν αὐτῷ εἰς δέον, καὶ οἰκεῖον ποιήσασθε, διὰ τῶν ἀγαθῶν αὐτὸν ὠνούμενοι πράξεων.

ς'. « Ὁ λόγος ὑμῶν πάντοτε ἐν χάριτι ἅλατι ἠρτυμένος. » Τῇ πνευματικῇ συνέσει κοσμεῖσθε. Οὕτω καὶ ὁ Κύριος τοῖς ἀποστόλοις ἅλας ἔχειν προσέταξε, καὶ ἅλας αὐτοὺς προσηγόρευσε. Διδάσκει δὲ καὶ τούτου τὸν τρόπον. « Εἰδέναι πῶς δεῖ ὑμᾶς ἑνὶ ἑκάστῳ ἀποκρίνεσθαι. » Ἄλλως γὰρ τῷ ἀπίστῳ, καὶ ἄλλως τῷ πιστῷ, καὶ ἄλλως τῷ τελείῳ, καὶ ἄλλως τῷ ἀτελεῖ, καὶ ἑτέρως τῷ ἀσθενεῖ, καὶ ἄλλως τῷ ὑγιαίνοντι προσφέρειν τὴν διδασκαλίαν προσήκει.

ζ'-θ'. « Τὰ κατ' ἐμὲ πάντα γνωρίσει ὑμῖν Τυχικὸς, ὁ ἀγαπητὸς ἀδελφὸς, καὶ πιστὸς διάκονος, καὶ σύνδουλος ἐν Κυρίῳ [36]· ὃν ἔπεμψα πρὸς ὑμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο, ἵνα γνῶτε τὰ περὶ ἡμῶν, καὶ παρακαλέσῃ τὰς καρδίας ὑμῶν, σὺν Ὀνησίμῳ τῷ πιστῷ καὶ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ, ὅς ἐστιν ἐξ ὑμῶν· πάντα ὑμῖν γνωριοῦσι [37] τὰ ὧδε. » Ὁ Ὀνήσιμος τοῦ Φιλήμονος ἦν οἰκέτης. Τοῦτον ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ κατηχήσας ὁ θεῖος Ἀπόστολος, ἔπεμψε τῷ δεσπότῃ· ἐπειδὴ [38] γράφων εἶπεν, ὡς ἐβουλήθη μὲν αὐτὸν κατασχεῖν, παρὰ δὲ τὴν ἐκείνου γνώμην τοῦτο οὐκ ἠθέλησε πρᾶξαι. Ἀπέστειλεν, ὡς [39] εἰκὸς, ὁ Φιλήμων· ἀλλὰ τοῦτον σὺν τῷ Τυχικῷ πάλιν ἔπεμψεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, ὡς ὑπουργὸν λοιπὸν γενόμενον τοῦ κηρύγματος. Ἔστι δὲ αὐτοῦ καὶ ἐνταῦθα τὴν σοφίαν καταμαθεῖν. Τὸ μὲν γὰρ μηνῦσαι τὰ κατ' αὐτὸν, κοινὸν πεποίηκεν ἀμφοτέρων· *Πάντα* γὰρ *ὑμῖν*, φησὶ, *γνωριοῦσι* [40] *τὰ ὧδε*. Τὸ δὲ παρακαλέσαι μόνῳ ἀπένειμεν τῷ Τυχικῷ· *Ἵνα γνῷ* γὰρ, φησὶ, *τὰ περὶ ἡμῶν, καὶ παρακαλέσῃ τὰς καρδίας ὑμῶν*. Ἐπειδὴ γὰρ ᾔδεισαν τὸν Ὀνήσιμον δοῦλον, καὶ εἰκὸς ἦν δυσχεραίνειν, ὅτι ὁ χθὲς καὶ πρώην δουλεύων, ἱκανὸς ἐξαπίνης γέγονεν Ἐκκλησίαν ὅλην παρακαλέσαι τε καὶ διδάξαι, μόνον ἔφη τὸν Τυχικὸν εἰς τοῦτο πεπομφέναι. Τὸ δέ γε μηνῦσαι τὰ κατ' αὐτὸν ἀμφοτέροις συνήρμοσε, καὶ τοῦτον ταύτῃ τιμῶν, καὶ ἐκείνους οὐ πλήττων.

[c] Philipp. I, 13. [d] Marc. IX, 50. [e] Matth. V, 13

VARIÆ LECTIONES.

[35] Χριστῷ est infra ad Philem. 14. [37] γνωρίσουσι habet l. c. Epist. ad Philem. [38] ἐπεὶ δέ B. [39] αὐτὸν ἀ-, κ. τ. λ. B. [40] γνωρίσουσι B.

Digitized by Google

ι'. « Ἀσπάζεται ὑμᾶς Ἀρίσταρχος ὁ συναιχμάλωτός μου. » Θεσσαλονικεὺς ἦν, ὡς ὁ μακάριος διδάσκει Λουκᾶς· συναπῆλθε δὲ αὐτῷ εἰς τὴν Ἰουδαίαν. Ἐκεῖθεν συνεξεδήμησεν εἰς τὴν Ῥώμην. *Συναιχμάλωτον* δὲ αὐτὸν κέκληκεν, ὡς κοινωνὸν τῶν παθημάτων γενόμενον. « Καὶ Μάρκος ὁ ἀνεψιὸς Βαρνάβα, περὶ οὗ ἐλάβετε ἐντολάς· ἐὰν ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς, δέξασθε αὐτόν. » Καὶ τοῦτο δηλοῖ, ὡς τεθεαμένος αὐτοὺς ἔγραψε τὴν ἐπιστολήν. Μετὰ γὰρ τὴν γεγενημένην αὐτῷ τε καὶ τῷ μακαρίῳ Βαρνάβᾳ περὶ τοῦ Μάρκου φιλονεικίαν, τῇ Φρυγίᾳ καὶ τῇ Γαλατίᾳ τὴν διδασκαλίαν προσήνεγκεν. Εἰκὸς οὖν ὅτι τότε τὰς περὶ αὐτῶν δέδωκεν ἐντολάς. Τοῦτον κελεύει παραγενόμενον διδασκαλικῆς ἀξιωθῆναι τιμῆς.

ια'. « Καὶ Ἰησοῦς ὁ λεγόμενος Ἰοῦστος, οἱ ὄντες ἐκ περιτομῆς. Οὗτοι μόνοι συνεργοὶ εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, οἵτινες ἐγενήθησάν μοι παρηγορία. » Μέγιστον ἐγκώμιον τὸ τῷ Ἀποστόλῳ γενέσθαι θυμηδίας πρόξενον.

ιβ'. « Ἀσπάζεται ὑμᾶς Ἐπαφρᾶς, ὁ ἐξ ὑμῶν δοῦλος Χριστοῦ. » Πολίτης αὐτῶν ἦν ὁ Ἐπαφρᾶς, ὡς καὶ ἤδη προειρήκαμεν. « Πάντοτε ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ ὑμῶν ἐν ταῖς προσευχαῖς, ἵνα στῆτε τέλειοι καὶ πεπληρωμένοι ἐν παντὶ θελήματι τοῦ Θεοῦ. » Ἀναγκαίως αὐτοῦ τὴν περὶ αὐτοὺς ἔδειξεν εὔνοιαν, ἵνα προθυμότερον αὐτοῦ τῇ διδασκαλίᾳ προσέχωσι.

ιγ'. « Μαρτυρῶ γὰρ αὐτῷ, ὅτι ἔχει ζῆλον πολὺν ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ τῶν ἐν Λαοδικείᾳ, καὶ τῶν ἐν Ἱεραπόλει. » Πελάζουσιν ἀλλήλαις αὗται αἱ πόλεις· πᾶσαι δὲ τῆς Φρυγίας εἰσίν.

ιδ'. « Ἀσπάζεται ὑμᾶς Λουκᾶς ἰατρὸς ὁ ἀγαπητὸς, καὶ Δημᾶς. » Οὗτος καὶ τὸ θεῖον συνέγραψεν Εὐαγγέλιον, καὶ τὴν ἱστορίαν τῶν Πράξεων. Καὶ ἐντεῦθεν δῆλον, ὡς ἐσχάτη πασῶν Ἐπιστολῶν ἡ δευτέρα πρὸς Τιμόθεον ἐγράφη. Ἐκεῖ γὰρ περὶ τοῦ Δημᾶ λέγει· « Δημᾶς με ἐγκατέλιπεν ἀγαπήσας τὸν νῦν αἰῶνα. »

ιε'. « Ἀσπάσασθε τοὺς ἐν Λαοδικείᾳ ἀδελφοὺς, καὶ Νυμφᾶν [11], καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτοῦ Ἐκκλησίαν. » Οὗτος, ὡς ἔοικε, τῶν ἐν Λαοδικείᾳ πιστῶν ἐτύγχανεν ὢν, ὃς καὶ τὴν οἰκίαν Ἐκκλησίαν ἀπέφηνεν, εὐσεβείᾳ ταύτην κοσμήσας.

ιϛ'. « Καὶ ὅταν ἀναγνωσθῇ παρ' ὑμῖν ἡ ἐπιστολὴ, ποιήσατε ἵνα καὶ ἐν τῇ Λαοδικέων ἀναγνωσθῇ, καὶ τὴν ἐκ Λαοδικείας ἵνα καὶ ὑμεῖς ἀναγνῶτε. » Τινὲς ὑπέλαβον καὶ πρὸς Λαοδικέας αὐτὸν γεγραφέναι· αὐτίκα τοίνυν καὶ προσφέρουσι πεπλασμένην ἐπιστολήν. Ὁ δὲ θεῖος Ἀπόστολος οὐκ ἔφη, Καὶ τὴν πρὸς Λαοδικέας, ἀλλὰ, *καὶ τὴν ἐκ Λαοδικείας*. Ἐκεῖνοι γὰρ πρὸς αὐτὸν περί τινων ἔγραψαν. Εἰκὸς δὲ αὐτοὺς ἢ τὰ ἐν Κολοσσαῖς γενόμενα αἰτιάσασθαι, ἢ τὰ αὐτὰ τούτοις νενοσηκέναι. Διὸ καὶ ταύτην εἶπε τὴν ἐπιστολὴν κἀκείνοις ἀναγνωσθῆναι.

ιζ'. « Καὶ εἴπατε [12] Ἀρχίππῳ· Βλέπετε [13] τὴν δια-

A VERS. 10. « Salutat vos Aristarchus concaptivus meus. » Thessalonicensis erat, ut docet beatus Lucas, una autem cum eo profectus est in Judæam [f]. Inde Romam usque secutus est. *Concaptivum* autem vocavit, ut qui perpessionum socius fuerat. « Et Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata; si venerit ad vos, suscipite illum. » Hoc quoque **500** arguit, eum epistolam scripsisse postquam illos viderat. Post contentionem enim, quam de Marco habuit cum beato Barnaba, Phrygiæ et Galatiæ doctrinam tradidit. Est ergo verisimile, tunc de eis data fuisse mandata. Jubet ergo, ut si accesserit, ei honorem habeant qui doctori debetur.

B VERS. 11. « Et Jesus qui dicitur Justus, qui sunt ex circumcisione. Hi soli sunt adjutores in regno Dei: qui mihi fuerunt solatio. » Maximum encomium, Apostolo animi lætitiam conciliasse.

VERS. 12. « Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est, servus Jesu Christi. » Civis eorum erat Epaphras, ut jam ante diximus. « Semper sollicitus pro vobis in orationibus, ut stetis perfecti et pleni in omni voluntate Dei. » Necessario ostendit ejus in ipsos benevolentiam, ut ejus doctrinæ mentem lubentius adhibeant.

VERS. 13. « Testimonium enim illi perhibeo, quod habeat multum laborem pro vobis, et pro iis qui sunt Laodiceæ, et qui Hierapoli. » Vicinæ inter se sunt hæ urbes, et omnes Phrygiæ.

C VERS. 14. « Salutat vos Lucas medicus charissimus, et Demas. » Ille divinum scripsit Evangelium, et historiam Actuum. Et hinc manifestum est, quod omnium Epistolarum ultima scripta est quæ est ad Timotheum secunda. Ibi enim de Dema dicit: « Demas me reliquit diligens hoc sæculum [g]. »

VERS. 15. « Salutate fratres qui sunt Laodiceæ, et Nympham, et quæ in domo est ejus Ecclesiam. » Hic, ut est **501** verisimile, fuit ex fidelibus qui erant *Laodiceæ*, qui etiam domum suam fecit Ecclesiam, pietate illam exornans.

VERS. 16. « Et cum lecta fuerit apud vos epistola hæc, facite ut in Laodicensium Ecclesia legatur, et eam quæ ex Laodicea est, vos legatis. » Quidam

D existimarunt, ipsum etiam scripsisse ad Laodicenses. Itaque fictam etiam epistolam proferunt. Divinus autem Apostolus non dixit, eam quæ est ad Laodicenses, sed, *eam quæ est ex Laodicea*. Illi enim de aliquibus rebus ad eum scripserant. Verisimile est autem, eos vel ea accusasse quæ Colossis facta fuerant, vel eodem cum his morbo laborasse. Et ideo dixit hanc quoque epistolam eis esse legendam.

VERS. 17. « Et dicite Archippo: Vide ministe-

[f] Act. xx, 4. [g] II Timoth. iv, 9.

VARIÆ LECTIONES.

[11] Νυμφᾶν B. [12] Omnem hunc versum iisdem verbis habet infra ad Philem. 5. [13] βλέπε abest a B.

Digitized by Google

rium quod accepisti in Domino, ut illud impleas. » Nonnulli dicunt eum fuisse doctorem Laodiceæ. Sed epistola ad Philemonem docet eum habitasse Colossis : conjungit enim hunc etiam cum Philemone.

VERS. 18. « Salutatio, mea manu Pauli. » Hanc adjecit, docens se confidenter jubere ne legem servent. « Memores estote vinculorum meorum. » Id est, me imitamini, et quæ molesta evenerint, ferte fortiter. « Gratia vobiscum. Amen. » Horum nos quoque vinculorum semper meminisse oportet, et quæ ex memoria provenit utilitatem percipere : et orare ut non intremus in tentationem : quod si hoc acciderit, amare divinam œconomiam, et animi sui magnitudinem ostendere, et divinæ gratiæ auxilium invocare. Ita enim fieri poterit, **502** ut et decertemus, et vincamus, et victores renuntiemur in Christo : cum quo Patri cum sanctissimo Spiritu convenit gloria et magnificentia, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Epistola ad Colossenses Roma scripta est per Tychicum et Onesimum.

χονίαν, ἣν παρέλαβες ἐν Κυρίῳ, ἵνα αὐτὴν πληροῖς. » Τινὲς ἔφασαν τοῦτον Λαοδικείας γεγενῆσθαι διδάσκαλον. Ἀλλ' ἡ πρὸς Φιλήμονα Ἐπιστολὴ διδάσκει ὡς ἐν Κολοσσαῖς οὗτος ὤκει· τῷ γὰρ Φιλήμονι καὶ τοῦτον συντάττει.

ιη'. « Ὁ ἀσπασμὸς, τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου. » Τοῦτον [a] προστέθεικε, διδάσκων ὡς σὺν παῤῥησίᾳ κελεύει μὴ φυλάττειν τὸν νόμον. « Μνημονεύετέ μου τῶν δεσμῶν. » Ἀντὶ τοῦ, Ζηλοῦτε καὶ μιμεῖσθε, καὶ τὰ προσπίπτοντα λυπηρὰ φέρετε καρτερῶς. « Ἡ χάρις μεθ' ὑμῶν. Ἀμήν. » Τούτων καὶ ἡμᾶς προσήκει τῶν δεσμῶν μνημονεύειν ἀεὶ, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς μνήμης ὠφέλειαν καρποῦσθαι· καὶ προσεύχεσθαι μὲν μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν· εἰ δὲ τοῦτο γεγένηται, στέργειν τὴν θείαν οἰκονομίαν, καὶ δεικνύναι τὴν οἰκείαν ἀνδρείαν, καὶ τὴν θείαν χάριν εἰς συμμαχίαν καλεῖν. Οὕτω γὰρ δυνατὸν ἀγωνίσασθαι, καὶ νικῆσαι, καὶ τυχεῖν τῶν ἀναῤῥήσεων ἐν Χριστῷ· μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα πρέπει καὶ μεγαλοπρέπεια, σὺν [b] τῷ παναγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Ἡ πρὸς Κολασσαεῖς ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης διὰ Τυχικοῦ καὶ Ὀνησίμου [c].

VARIÆ LECTIONES.

[a] τοῦτο B. [b] σὺν — Πνεύματι in B statim leguntur post τῷ Πατρί. [c] Onesimi nullam mentionem fecit supra in argumento hujus Epistolæ.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΤΗΣ Α' ΠΡΟΣ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΙΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.

BEATI THEODORETI

EPISCOPI CYRENSIS

INTERPRETATIO EPISTOLÆ I AD THESSALONICENSES.

ARGUMENTUM.

Thessalonica in Macedonia quidem primas obtinet : salutarem vero prædicationem alacriter suscepit. Divinus autem Apostolus hic quoque jecit fundamenta pietatis, **503** Judæis quidem contradicentibus et aperte repugnantibus, sed frustra laborantibus : fluctus enim ac tempestates superabat Evangelium. Horum insidias cum declinasset beatus Paulus, a Thessalonica venit Beroeam, a Beroea autem navigavit Athenas. Cumque eorum qui crediderant perpetuo curam gereret, beatissimum Timotheum Athenis misit Thessalonicam, ut eos fulciret et confirmaret, omnibusque adversariorum machinationibus eos potentiores efficeret. Is rever-

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ἡ Θεσσαλονίκη πρωτεύει μὲν τῆς Μακεδονίας· ἐδέξατο δὲ προθύμως τὸ σωτήριον κήρυγμα. Ὁ δὲ θεῖος Ἀπόστολος καὶ ἐνταῦθα κατέπηξε τὰ τῆς εὐσεβείας θεμέλια, ἀντιλεγόντων μὲν Ἰουδαίων καὶ προφανῶς πολεμούντων, ἀνόνητα δὲ πονούντων· ὑπερέπλει γὰρ τῶν κυμάτων τὸ Εὐαγγέλιον. Τὰς τούτων ἐκκλίνας ἐπιβουλὰς ὁ θεσπέσιος Παῦλος, ἀπὸ μὲν τῆς Θεσσαλονίκης εἰς τὴν Βέροιαν ἦλθεν, ἀπὸ δὲ τῆς Βεροίας εἰς τὰς Ἀθήνας ἀπέπλευσε. Τῶν δέ γε πεπιστευκότων διηνεκῶς περιφέρων τὴν μέριμναν, τὸν τρισμακάριον Τιμόθεον ἀπὸ τῶν Ἀθηνῶν εἰς τὴν Θεσσαλονίκην ἐξέπεμψεν, ὥστε αὐτοὺς ἐρεῖσαι καὶ κρατῦναι, καὶ τῶν παρὰ τῶν ἐναντίων προσφερομένων

Digitized by Google

μηχανημάτων δεῖξαι δυνατωτέρους. Οὗτος ἐπανελθὼν ἐπῄνεσε μὲν τὸ τῆς πίστεως ἄμαχον, ἔφη δὲ δεῖσθαι αὐτοὺς διδασκαλίας τινὸς παραινέσεως περί τινων ζητημάτων παρ' αὐτοῖς κινουμένων. Γέγραφε τοίνυν τὴν ἐπιστολήν, πρῶτον μὲν αὐτῶν τὸ στερρὸν τῆς πίστεως εὐφημῶν, ἔπειτα προσμένειν τῶν νεκρῶν τὴν ἀνάστασιν παραινῶν, τῆς δὲ τοῦ Κυρίου παρουσίας μὴ πολυπραγμονεῖν τὸν καιρόν. Προσενήνοχε δὲ αὐτοῖς καὶ τῆς ἠθικῆς διδασκαλίας παραίνεσιν. Ἀκριβέστερον δὲ ταῦτα ἡ κατὰ μέρος ἑρμηνεία διδάξει.

A sus laudavit, quidem eorum fidem inexpugnabilem : dixit tamen eos opus habere aliqua exhortationis doctrina de quibusdam quæstionibus quæ apud eos movebantur. Scripsit ergo epistolam, primum quidem laudans eorum fidei firmitatem : deinde adhortans ut mortuorum resurrectionem exspectent, de Domini autem adventus tempore ne nimis curiose inquirant. Adjecit porro illis etiam moralis doctrinæ adhortationem. Accuratius vero hæc docebit singulorum interpretatio.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

α'. « Παῦλος καὶ Σιλουανὸς καὶ Τιμόθεος τῇ Ἐκκλησίᾳ Θεσσαλονικέων, ἐν Θεῷ Πατρὶ καὶ Κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ· χάρις ὑμῖν, καὶ εἰρήνη, ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς καὶ Κυρίου [1] Ἰησοῦ Χριστοῦ. » *Σιλουανὸν* ἡγοῦμαι τὸν Σίλαν καλεῖσθαι. Οὗτος γὰρ αὐτῷ καὶ ἐν Φιλίπποις, καὶ ἐν Θεσσαλονίκῃ, καὶ ἐν Βεροίᾳ συνῆν, καὶ τοῦτον σὺν τῷ τρισμακαρίῳ Τιμοθέῳ καταλιπὼν, εἰς τὰς Ἀθήνας ἀπῆρε. Τούτοις ἐν ταῖς Ἀθήναις διατρίβων προσέμενεν· οὗτοι αὐτῷ καὶ ἐν Κορίνθῳ συνῆσαν κηρύττοντι.

B

β'. « Εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ πάντοτε περὶ πάντων ὑμῶν, μνείαν ὑμῶν ποιούμενοι ἐπὶ τῶν προσευχῶν ἡμῶν. » Διδασκόμεθα πρῶτον εὐχαριστεῖν ὑπὲρ τῶν προϋπηργμένων ἡμῖν ἀγαθῶν, εἶθ' οὕτως αἰτεῖν τὰ ἐλλείποντα. Τοῦτο γὰρ ἔστιν εὑρεῖν πανταχοῦ ποιοῦντα τὸν θεῖον Ἀπόστολον. Διδάσκει δὲ καὶ ἐφ' οἷς ἂν ὑμνεῖ τὸν τῶν ὅλων Θεόν.

« Ἀδιαλείπτως (γ'.) μνημονεύοντες ὑμῶν τοῦ ἔργου τῆς πίστεως, καὶ τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης, καὶ τῆς ὑπομονῆς τῆς ἐλπίδος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἡμῶν. » *Ἔργον τῆς πίστεως*, τὸ ἐν κινδύνοις βέβαιον· οὐ γὰρ μόνον ἐνειρήνῃ καὶ γαλήνῃ δεικνύναι προσήκει τὴν πίστιν, ἀλλὰ καὶ ἐν κλύδωνι καὶ ζάλῃ ταύτης ἔχεσθαι δεῖ. Οὕτω καὶ ἡ ἀγάπη οὐ μόνον ἔχει τὴν ἡδίστην ἀπόλαυσιν, ἀλλὰ καὶ τὸν ὑπερβάλλοντα κόπον. Φέρειν γὰρ προσήκει τὰ τοῦ ἀδελφοῦ πλημμελήματα, κἂν φθονῇ, κἂν ὀργίζηται, κἂν ἐπαίρηται, κἂν ἀχαριστίαν νοσῇ. Τούτου χάριν τῇ ἀγάπῃ τὸν κόπον συνέζευξε, τῇ δὲ ἐλπίδι συνέταξε τὴν ὑπομονήν. Ἐλπίδα δὲ ἡμῖν δέδωκεν ὁ Δεσπότης Χριστὸς τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν, τῆς ἀθανάτου ζωῆς, τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. Ὑπομένειν δὲ προσήκει τὸν ταύτην δεξάμενον τὴν ἐλπίδα καὶ φέρειν γενναίως τὰ προσπίπτοντα σκυθρωπά. Ἐπόπτης δὲ τούτων, φησὶν, ἐστὶν ὁ τῶν ὅλων Θεός· τὸ γὰρ, *ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἡμῶν*, τοῦτο δηλοῖ.

C

D

δ', ε'. « Εἰδότες, ἀδελφοὶ ἠγαπημένοι, ὑπὸ Θεοῦ τὴν ἐκλογὴν ὑμῶν, ὅτι τὸ Εὐαγγέλιον ἡμῶν οὐκ ἐγενήθη εἰς ὑμᾶς ἐν λόγῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν δυνάμει, καὶ ἐν [2] Πνεύματι ἁγίῳ, καὶ ἐν πληροφορίᾳ πολλῇ, καθὼς οἴδατε οἷοι ἐγενήθημεν ἐν ὑμῖν δι' ὑμᾶς. » Ὑμεῖς ἐστε τῆς τοῦ Εὐαγγελίου δυνάμεως μάρτυ-

CAPUT I.

Vers. 1. « Paulus et Silvanus et Timotheus Ecclesiæ Thessalonicensium in Deo Patre et Domino Jesu Christo : gratia vobis, et pax a Deo Patre et Domino Jesu Christo. » Existimo *Silvanum* vocari Silam. Is enim cum eo et Philippis, et Thessalonicæ, et Beroeæ versatus est, eoque cum beatissimo Timotheo relicto, profectus est Athenas. Hos, dum Athenis ageret, exspectabat : hi quoque una cum eo erant, cum prædicaret **504** Corinthii -

Vers. 2. « Gratias agimus Deo semper pro omnibus vobis, memoriam vestri facientes in orationibus nostris. » Docemur prius gratias agere pro bonis quæ nobis obtigerunt, tum deinde petere ea quæ desunt. Hoc enim semper facere divinum Apostolum deprehendere est. Docet autem præterea, quibusnam de rebus laudet Deum universorum.

« Sine intermissione (Vers. 3.) memores operis fidei vestræ, et laboris charitatis, et sustinentiæ spei Domini nostri Jesu Christi, coram Deo et Patre nostro. » *Opus fidei*, constantia in periculis. Non solum enim in pace et tranquillitate fidem oportet ostendere, sed etiam in fluctu et tempestate retinenda est. Ita etiam charitas non solum habet in fruendo voluptatem, sed etiam maximum laborem. Ferenda sunt enim fratris delicta, sive invideat, sive irascatur, sive efferatur, et ingrati animi vitio laboret. Ea de causa laborem conjunxit charitati. Spei vero apposuit tolerantiam. Spem autem nobis dedit Christus Dominus resurrectionis mortuorum, vitæ immortalis, regni cœlorum. Sustinere autem oportet eum qui spem istam accepit, et forti animo ferre molestias quæ accidunt. Horum autem inspector est Deus universorum. Quod enim ait, *coram Deo et Patre nostro*, hoc significat.

Vers. 4, 5. « Scientes, fratres dilecti, a Deo electionem vestram, quia Evangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantum, sed et in virtute, et in Spiritu sancto, et in plenitudine multa, sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos. » Vos estis testes potentiæ Evangelii. Non **505** so-

VARIÆ LECTIONES.

[1] K. ἡμῶν. Ilerv. liber. [2] ἐν abest a B.

Digitized by Google

lum enim doctrinæ verba vobis attulimus, sed verborum quoque veritatem per miracula ostendimus. Vos etiam gratiæ quam acceperamus participes fecimus. Hoc enim est quod dixit, *in Spiritu sancto*. Vobis porro persuasit etiam periculorum quibus non cessimus magnitudo, divina esse quæ a nobis afferebantur. Illud enim *quales fuerimus in vobis propter vos*, significat pericula quæ pro eis adierunt, dum salutarem afferrent eis prædicationem.

A ρες. Οὐ γὰρ λόγον ὑμῖν διδασκαλικὸν προσηνέγκαμεν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀλήθειαν τῶν λόγων διὰ τῶν θαυμάτων ἐδείξαμεν. Μεταδεδώκαμεν δὲ ὑμῖν καὶ ἧς μετειλήφαμεν χάριτος. Τοῦτο γὰρ λέγει *ἐν Πνεύματι ἁγίῳ*. Ἔπεισε δὲ ὑμᾶς καὶ τῶν κινδύνων τὸ μέγεθος, οἷς οὐκ εἴξαμεν, ὡς θεῖα τὰ παρ' ἡμῶν προσφερόμενα. Τὸ γὰρ, *οἷοι ἐγενήθημεν ἐν ὑμῖν δι' ὑμᾶς*, τοὺς κινδύνους δηλοῖ, οὓς ὑπὲρ αὐτῶν ὑπέστησαν, τὸ σωτήριον αὐτοῖς προσφέροντες κήρυγμα.

Vers. 6. « Et vos imitatores nostri facti estis, et Domini, excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio Spiritus sancti. » Magnum quidem encomium Thessalonicensium, quod æmulati sint apostolos. Longe autem majus, vel omnium maximum, quod ipsius etiam Domini perpessiones imitentur, ita ut in periculis nec mœrore conficiantur, nec animum abjiciant, sed spirituali voluptate impleantur.

ς'. « Καὶ ὑμεῖς μιμηταὶ ἡμῶν ἐγενήθητε, καὶ τοῦ Κυρίου, δεξάμενοι τὸν λόγον ἐν θλίψει πολλῇ, μετὰ χαρᾶς Πνεύματος ἁγίου. » Μέγα μὲν Θεσσαλονικέων ἐγκώμιον καὶ τὸ τοὺς ἀποστόλους ζηλῶσαι· πολλῷ δὲ μεῖζον, μᾶλλον δὲ πάντων μέγιστον, τὸ καὶ αὐτοῦ τοῦ Δεσπότου μιμήσασθαι τὰ παθήματα, καὶ μὴ ἀλύειν, μηδὲ ἀθημονεῖν ἐν τοῖς κινδύνοις, ἀλλὰ πνευματικῆς ἡδονῆς ἐμφορεῖσθαι.

Vers. 7. « Ita ut facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia, et in Achaia. » Laudem auxit, dicens exemplaria pietatis illos fuisse gentibus maximis, et sapientiæ fama celeberrimis.

ζ'. « Ὥστε γενέσθαι ὑμᾶς τύπους πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν ἐν τῇ Μακεδονίᾳ, καὶ ἐν τῇ Ἀχαΐᾳ. » Ηὔξησε τὴν εὐφημίαν, ἀρχέτυπα αὐτοὺς εὐσεβείας γεγενῆσθαι φήσας ἔθνεσι μεγίστοις καὶ ἐπὶ σοφίᾳ θαυμαζομένοις.

Vers. 8. « A vobis enim resonuit sermo, non solum in Macedonia et in Achaia, sed et in omni loco fides vestra quæ est ad Deum profecta est. » Et quid dico, inquit, Macedoniam et Achaiam? Ubique enim decantatur fervor vestræ fidei. Illud autem, *a vobis resonuit sermo Domini*, dixit, non quod prædicatio illinc cœperit, sed quod eorum ad res divinas passim laudata alacritas multos ad pietatis studium commoverit.

η'. « Ἀφ' ὑμῶν γὰρ ἐξήχηται [a] ὁ λόγος τοῦ Κυρίου, οὐ μόνον ἐν τῇ Μακεδονίᾳ καὶ Ἀχαΐᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν παντὶ τόπῳ ἡ πίστις ὑμῶν ἡ πρὸς τὸν Θεὸν ἐξελήλυθε. » Καὶ τί λέγω, φησὶ, τὴν Μακεδονίαν καὶ τὴν Ἀχαΐαν; Πανταχοῦ γὰρ ᾄδεται τῆς πίστεως ὑμῶν ἡ θερμότης. Τὸ δὲ, *ἀφ' ὑμῶν ἐξήχηται ὁ λόγος τοῦ Κυρίου*, εἴρηκεν, οὐκ ἐπειδὴ ἐκεῖθεν τὴν ἀρχὴν ἔλαβε τὸ κήρυγμα, ἀλλ' ὅτι τούτων ἡ περὶ τὰ θεῖα προθυμία πολυθρύλλητος γενομένη, πολλοὺς εἰς ζῆλον τῆς εὐσεβείας ἐκίνησεν.

« Ita ut non sit nobis necesse quidquam loqui. (Vers. 9.) Ipsi enim **506** de nobis annuntiant, qualem introitum habuerimus ad vos. » Prævenit nos fama, et ab aliis audimus quæ dicere volumus. Omnibus enim manifestus evasit doctrinæ nostræ abundans fructus, qui in vobis exstitit. « Et quomodo conversi estis ad Deum a simulacris, servire Deo vivo et vero. » Aperte nos docuit divinus Apostolus, quomodo sit intelligendum illud, *ut cognoscant te solum verum Deum*. Non enim cum Filio comparans, sed cum iis qui dii non sunt eum qui est, vivum illum et verum appellavit. Et *viventem* quidem eum nominavit, quod illi nempe non vivant : *verum* autem, quod illi videlicet dii falso vocentur.

« Ὥστε μὴ χρείαν ἔχειν ἡμᾶς λαλεῖν τι. (θ'.) Αὐτοὶ γὰρ [b] περὶ ἡμῶν ἀπαγγέλλουσιν ὁποίαν εἴσοδον ἔσχομεν πρὸς ὑμᾶς. » Προῦλαβεν ἡμᾶς ἡ φήμη, καὶ παρ' ἄλλων ἀκούομεν ἃ λέγειν ἐθέλομεν. Δῆλη γὰρ ἅπασι γέγονε τῆς ἡμετέρας διδασκαλίας ἡ ἐν ὑμῖν εὐκαρπία. « Καὶ πῶς ἐπεστρέψατε πρὸς τὸν Θεὸν ἀπὸ τῶν εἰδώλων, δουλεύειν [c] Θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ. » Διαῤῥήδην ἡμᾶς ἐδίδαξεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, πῶς προσήκει νοεῖν τὸ, *ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν*. Οὐ γὰρ τῷ Υἱῷ συγκρίνων, ἀλλὰ τοῖς οὐκ οὖσι θεοῖς τὸν ὄντα Θεὸν, ζῶντα καὶ ἀληθινὸν αὐτὸν προσηγόρευσε. Καὶ *ζῶντα* μὲν αὐτὸν ὠνόμασεν, ὡς ἐκείνων οὐ ζώντων· *ἀληθινὸν* δὲ, ὡς ἐκείνων ψευδῶς θεῶν καλουμένων.

Vers. 10. « Et exspectare Filium ejus de cœlis, quem suscitavit ex mortuis, Jesum qui eripuit nos ab ira ventura. » Nos, inquit, ab idolorum errore liberatos, et ad suum dominium traductos, jussit exspectare secundum adventum Unigeniti, qui nos intentatis supplicii minis superiores efficiet.

ι'. « Καὶ ἀναμένειν [d] τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἐκ τῶν οὐρανῶν, ὃν ἤγειρεν ἐκ τῶν νεκρῶν, Ἰησοῦν, τὸν ῥυόμενον ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς ἐρχομένης. » Τῆς τῶν εἰδώλων, φησὶ, πλάνης ἐλευθερώσας, καὶ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ μεταθεὶς δεσποτείαν, τὴν δευτέραν ἡμᾶς προσμένειν ἐκέλευσε τοῦ Μονογενοῦς ἐπιφάνειαν, ὃς

VARIÆ LECTIONES.

[a] ἐξηχήθη. Herv. codex. [b] A. γ. περὶ αὐτῶν ἀπαγγέλλουσιν habet Epist. 146, p. 1038 Sirm. Cætera hujus et seq. versus plane cum nostro textu consentiunt. [c] δουλεύειν — ἐρχομένης, v. 10, est iisdem verbis *Hæret. fab.* v, 22. [d] προσμένειν. Liber Herv.

Digitized by Google

τῆς ἠπειλημένης τιμωρίας κρείττους ἡμᾶς ἀποφανεῖ. Εἰδέναι μέντοι προσήκει, ὡς οὔτε ἡ θεία τοῦ Μονογενοῦς φύσις ἐκ νεκρῶν ἠγέρθη, ἀπαθὴς γάρ· οὔτε μὴν ἕτερος υἱὸς ὁ Ἰησοῦς παρὰ τὸν μονογενῆ Υἱόν· ἀλλ' ὁ αὐτὸς μὲν ἔστιν, ἔπαθε δὲ ὡς ἄνθρωπος, καὶ ἀνέστη ὡς ἄνθρωπος.

A Sciendum autem est, nec divinam Unigeniti naturam esse a mortuis excitatam, est enim passionis expers : neque alium filium Jesum ab Unigenito : sed idem quidem est. Passus est autem ut homo, et resurrexit ut homo.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

CAPUT II.

α', β'. « Αὐτοὶ γὰρ οἴδατε, ἀδελφοί, τὴν εἴσοδον ἡμῶν τὴν πρὸς ὑμᾶς, ὅτι οὐ κενὴ γέγονεν. Ἀλλὰ προπαθόντες, καὶ ὑβρισθέντες, καθὼς οἴδατε, ἐν Φιλίπποις, ἐπαρρησιασάμεθα ἐν τῷ Θεῷ ἡμῶν λαλῆσαι πρὸς ὑμᾶς τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ ἐν πολλῷ ἀγῶνι. » Ἱκανὴ καὶ τῶν παθημάτων ἡ μαρτυρία δεῖξαι τοῦ κηρύγματος τὴν ἀλήθειαν. Οἱ γὰρ ἐξαπατᾶν ἐπιχειροῦντες μέχρι τῶν κινδύνων τὸ προσωπεῖον περίκεινται· ὅταν δὲ τούτους θεάσωνται, σφᾶς αὐτοὺς ἀπογυμνοῦσι, καὶ τὸ ψεῦδος ἐλέγχουσι. Τούτου χάριν ὁ θεῖος Ἀπόστολος τῶν ἐν Φιλίπποις δεσμῶν, καὶ μαστίγων, καὶ τῆς μετὰ ταῦτα παῤῥησίας ἀνέμνησε· διδάσκων ὡς πλείονος ἐνεπλήσθη μετὰ τὰ σκυθρωπὰ προθυμίας, ἐπειδὴ προεώρα τῶν πόνων τὸ κέρδος.

Vers. 1, 2. « Nam ipsi scitis, fratres, introitum nostrum ad vos, quod non inanis fuerit. Sed ante passi, et contumeliis affecti, sicut scitis, Philippis, fiduciam habuimus per Deum nostrum proponendi apud vos Evangelium Dei in multa sollicitudine. » **507** Sufficit vel ærumnarum testimonium ad ostendendam veritatem prædicationis. Qui enim decipere conantur, ad pericula usque B larvam gerunt : sed ubi ea viderint, seipsos detegunt, et mendacium patefaciunt. Ea de causa divinus Apostolus vincula * et verbera quæ passus est Philippis, et dicendi libertatem, qua postea usus est, in memoriam revocavit : docens se post graves molestias, majori alacritate repletum fuisse, quoniam laborum prævidebat emolumentum.

γ'. « Ἡ γὰρ παράκλησις ἡμῶν οὐκ ἐκ πλάνης, οὔτε ἐξ ἀκαθαρσίας [7], οὔτε ἐν δόλῳ. » *Παράκλησιν* τὴν διδασκαλίαν ἐκάλεσεν. Οὐκ ἔοικε, φησὶ, τὰ παρ' ἡμῶν προσφερόμενα τῇ μυθολογίᾳ τῶν ποιητῶν, ἃ πολλοῦ μὲν ψεύδους, πολλῆς δὲ ἀκολασίας ἐμπέπλησται· οὔτε μὴν δόλῳ χρώμενοι συνεργῷ εἰς ὄλεθρον ὑμᾶς θηρεύομεν.

Vers. 3. « Exhortatio enim nostra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo. » *Exhortationem* appellavit doctrinam. Quæ, inquit, afferimus, non sunt similia poetarum fabulis, quæ plurimis mendaciis, plurima lascivia plenæ sunt : sed neque dolo utentes vos captamus in perniciem.

δ'. « Ἀλλὰ καθὼς δεδοκιμάσμεθα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πιστευθῆναι τὸ Εὐαγγέλιον, οὕτως λαλοῦμεν, οὐχ ὡς ἀνθρώποις ἀρέσκοντες, ἀλλὰ τῷ Θεῷ τῷ δοκιμάζοντι τὰς καρδίας ἡμῶν. » Οὐκ αὐτοχειροτόνητοι διδάσκαλοι καθεστήκαμεν, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τὸ Εὐαγγέλιον ἐπιστεύθημεν. Οὗ δὴ χάριν ὡς ὑπὸ μάρτυρι τῷ Θεῷ πάντα λέγομέν τε καὶ πράττομεν· ἴσμεν γὰρ ὡς οὐδὲν αὐτὸν λέληθε τῶν τῆς ψυχῆς κινημάτων. Τὸ δὲ, *καθὼς δεδοκιμάσμεθα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ*, ἀντὶ τοῦ, Ἐπειδὴ ἔδοξεν αὐτῷ καὶ ἐδοκίμασε πιστεῦσαι ἡμῖν.

Vers. 4. « Sed sicut probati sumus a Deo, ut crederetur (nobis) Evangelium, ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed Deo qui probat corda nostra. » Non ipsi a nobis constituti doctores sumus, sed a Deo creditum est nobis Evangelium. Quare tanquam Deo teste omnia dicimus et facimus. Scimus enim nullum nostri animi motum eum latere. Illud autem, *sicut probati sumus a Deo*, quasi dicat, quoniam ei visum est et probavit ut nobis crederet.

ε'. « Οὔτε γάρ ποτε ἐν λόγῳ κολακείας ἐγενήθημεν, καθὼς οἴδατε, οὔτε ἐν προφάσει πλεονεξίας, Θεὸς μάρτυς. » Τῆς μὲν κολακείας αὐτοὺς ἐκάλεσε μάρτυρας· δῆλα γὰρ τοῖς ἀκούουσι τῶν κολάκων τὰ ῥήματα· τῆς δὲ πλεονεξίας οὐκ ἔτι αὐτοὺς, ἀλλὰ τὸν τῶν ὅλων Ἐπόπτην. Λανθάνει γὰρ πολλάκις ἀνθρώπους ὁ τοῦ γιγνομένου σκοπός. *Πλεονεξίαν* δὲ κέκληκε τὸ ἐπὶ χρήμασι κηρύξαι.

Vers. 5. « Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis, neque in prætextu avaritiæ, Deus testis est. » Adulationis quidem testes illos appellavit, verba enim adulatorum D aperta sunt iis qui audiunt : avaritiæ autem, non jam ipsos, sed Inspectorem universorum. Sæpe enim homines latet **508** ejus quod fit scopus. *Avaritiam* autem vocavit quæstus gratia prædicare.

ς', ζ'. « Οὔτε ζητοῦντες ἐξ ἀνθρώπων δόξαν, οὔτε ἀφ' ὑμῶν, οὔτε ἀπ' ἄλλων, δυνάμενοι ἐν βάρει εἶναι, ὡς Χριστοῦ ἀπόστολοι. » Οὔτε μὴν δόξης ἀνθρωπίνης ἐρῶμεν. Τοῦτο διὰ μέσου τέθεικε· τὰ δὲ ἐπαγόμενα πρὸς τὸ πρὸ τούτου εἰρημένον, *οὔτε προφάσει πλεονεξίας*. Τούτῳ γὰρ ἁρμόττει, *δυνάμενοι ἐν βάρει εἶναι, ὡς Χριστοῦ ἀπόστολοι*. Προσετάχθημεν, φησὶν, ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου ζῆν, ἀλλ' οὐκ

Vers. 6, 7. « Nec quærentes ab hominibus gloriam, neque a vobis, neque ab aliis, cum possemus oneri esse ut Christi apostoli. » Neque vero sumus gloriæ humanæ amantes. Hoc in medio interjecit; quæ autem subjunguntur, ad id spectant quod ante dictum est, *neque in prætextu avaritiæ*. Cum hoc enim cohæret, *cum possemus vobis oneri esse, ut Christi apostoli*. Præceptum quidem,

VARIÆ LECTIONES

[7] κλῆσις ἐξ ἀκαθ. addit B.

Digitized by Google

inquit, nobis fuerat ut de Evangelio viveremus, sed potestate usi non sumus. Illud autem *oneri esse* dixit propter eos qui non lubenter suppeditant.

A ἐχρησάμεθα τῇ ἐξουσίᾳ. Τὸ δὲ, *ἐν βάρει*, πρὸς τοὺς οὐ μεθ' ἡδονῆς παρέχοντας εἴρηκεν.

« Sed facti sumus humani in medio vestrum : tanquam si nutrix foveat filios suos, (VERS. 8.) ita desiderantes vos, cupide volumus tradere vobis non solum Evangelium Dei, sed etiam animas nostras, quoniam chari nobis facti estis. » Per similitudinem ostendit humanitatem et sollicitudinem. Assimilat enim seipsum matri, quæ parvulorum suorum curam gerit. Eamdem enim et nutricem vocat, et matrem. Quemadmodum, inquit, nutrix fovet filios suos, similiter et nos quoque desideramus et cupimus animas nostras vobis tradere præter spiritualem doctrinam : adeo nobis desiderabiles facti estis.

« Ἀλλ' ἐγενήθημεν ἤπιοι [9] ἐν μέσῳ ὑμῶν· ὡς ἂν τροφὸς θάλπῃ τὰ ἑαυτῆς τέκνα (ἡ'), οὕτως ἱμειρόμενοι ὑμῶν εὐδοκοῦμεν ὑμῖν μεταδοῦναι οὐ μόνον τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ τὰς ἑαυτῶν ψυχάς, διότι ἀγαπητοὶ ἡμῖν γεγένησθε. » Ἔδειξε διὰ τῆς εἰκόνος, καὶ τὴν ἠπιότητα, καὶ τὴν κηδεμονίαν. Μητρὶ γὰρ οἰκείων ἐπιμελουμένῃ βρεφῶν ἀπείκασεν ἑαυτόν. Τὴν αὐτὴν γὰρ καὶ τροφὸν καλεῖ, καὶ μητέρα. Ὡς ἐὰν τροφὸς γὰρ, φησὶ, θάλπῃ τὰ ἑαυτῆς τέκνα, ταύτῃ καὶ ἡμεῖς παραπλησίως ἱμειρόμεθα καὶ ποθοῦμεν πρὸς τῇ πνευματικῇ διδασκαλίᾳ καὶ τὰς ἡμετέρας ὑμῖν δοῦναι ψυχάς· οὕτως ἡμῖν ἐγένεσθε περιπόθητοι.

B

VERS. 9. « Memores enim estis, fratres, laboris nostri, et fatigationis. » Docet etiam quænam ea sit. « Nocte ac die operantes, ne quem vestrum gravaremus, prædicavimus vobis Evangelium Dei. » Ostendit laboris excessum, non solum laborem vocans et fatigationem, sed etiam diebus nocturnum tempus conjungens.

509 VERS. 10. « Vos testes estis et Deus, quam sancte, et juste, et sine reprehensione vobis qui creditis affuerimus. » Addita distinctio accuratum episto'æ modum ostendit. Non enim dixit, Irreprehensibiles omnibus visi sumus, sed, *vobis credentibus*. Dei autem adjecit testimonium : quoniam hominibus ea sola manifesta sunt quæ videntur, Deo autem etiam ea quæ homines latent.

Θ'. « Μνημονεύετε γὰρ, ἀδελφοὶ, τὸν κόπον ἡμῶν, καὶ τὸν μόχθον. » Διδάσκει δὲ καὶ τίς οὗτος. « Νυκτὸς γὰρ καὶ ἡμέρας ἐργαζόμενοι πρὸς [9] τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαί τινα ὑμῶν, ἐκηρύξαμεν εἰς ὑμᾶς τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ. » Ἔδειξε τοῦ πόνου τὴν ὑπερβολὴν, οὐ μόνον κόπον καὶ μόχθον εἰπὼν, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἡμέραις τὸν νυκτερινὸν συζεύξας καιρόν.

ι'. « Ὑμεῖς μάρτυρες καὶ ὁ Θεὸς, ὡς ὁσίως καὶ δικαίως καὶ ἀμέμπτως ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν ἐγενήθημεν. » Ὁ διορισμὸς τὴν ἐπιστολικὴν ἡμῖν ἀκρίβειαν ἔδειξεν. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἀμεμπτοι πᾶσιν ὤφθημεν, ἀλλ', *ὑμῖν τοῖς πιστεύουσι*. Τοῦ δὲ Θεοῦ τὴν μαρτυρίαν προστέθεικεν· ἐπειδὴ τοῖς ἀνθρώποις δῆλα τὰ ὁρώμενα μόνα, τῷ δὲ Θεῷ καὶ τὰ τοὺς ἀνθρώπους λανθανόμενα [10].

C

VERS. 11, 12. « Sicut scitis, quemadmodum unumquemque vestrum, sicut pater filios suos, deprecantes vos et consolantes, obtestati simus ut ambularetis digne Deo, qui vocavit vos in regnum suum et gloriam. » Rursus aliam proposuit similitudinem, et patri seipsum comparavit, pluribus ostendens suam in eos benevolentiam. Valde autem apposite tria posuit, *deprecantes*, *consolantes*, et *obtestantes*. Non solum enim adhibenda est consolatio iis qui afflicto sunt animo : sed terrendi sunt etiam socordes, admonendique malorum impendentium. Hæc autem faciebam, inquit, vos adhortans ut vitam institueretis Deo dignam, qui vos vocavit, et cœlorum regnum est pollicitus.

ια', ιβ'. « Καθάπερ οἴδατε, ὡς ἕνα ἕκαστον ὑμῶν, ὡς πατὴρ τέκνα ἑαυτοῦ, παρακαλοῦντες ὑμᾶς, καὶ παραμυθούμενοι, καὶ μαρτυρούμενοι, εἰς τὸ περιπατῆσαι ὑμᾶς ἀξίως τοῦ Θεοῦ τοῦ καλέσαντος ὑμᾶς εἰς τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν καὶ δόξαν. » Πάλιν ἑτέραν εἰκόνα προὔθηκε, καὶ πατρὶ ἑαυτὸν ἀπείκασε, διὰ πλειόνων ἣν περὶ αὐτοὺς ἔχει φιλοστοργίαν δεικνύς. Ἄγαν δὲ ἁρμοδίως τὰ τρία τέθεικε, τὸ *παρακαλοῦντες*, καὶ *παραμυθούμενοι*, καὶ *μαρτυρούμενοι*. Οὐ γὰρ μόνον ψυχαγωγίαν δεῖ τοῖς ἀθυμοῦσι προσφέρειν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ῥᾳστώνῃ συζῶντας δεδίττεσθαι τῇ μνήμῃ τῶν ἠπειλημένων κακῶν. Ταῦτα δὲ ἐποίουν, φησὶ, προτρέπων ὑμᾶς κατάλληλον ἐλέσθαι βίον τῷ κεκληκότι Θεῷ, καὶ τῶν οὐρανῶν ὑποσχομένῳ τὴν βασιλείαν.

D

VERS. 13. « Ideo et nos gratias agimus Deo sine intermissione, quod cum accepissetis verbum Dei auditum e nobis, acceperitis illud non ut verbum hominum, sed sicut est vere, verbum Dei, qui operatur in vobis qui creditis. » Quoniam contestatione metum incussit, laudibus consolatur. Non enim ut humanos, inquit, sed ut divinos sermones nostros suscepistis. Tales autem eos esse docuit ipsa etiam rerum experientia. Propheticum

ιγ'. « Διὰ τοῦτο καὶ [11] ἡμεῖς εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ ἀδιαλείπτως, ὅτι παραλαβόντες λόγον ἀκοῆς παρ' ἡμῶν τοῦ Θεοῦ, ἐδέξασθε οὐ λόγον ἀνθρώπων, ἀλλὰ, καθώς ἐστιν ἀληθῶς, λόγον Θεοῦ, ὃς καὶ ἐνεργεῖται ἐν ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν. » Ἐπειδὴ τῇ διαμαρτυρίᾳ δέος ἐνέθηκε, τοῖς ἐπαίνοις παρεμυθήσατο. Οὐ γὰρ ὡς ἀνθρωπίνους, φησὶ, λόγους, ἀλλ' ὡς θείους τοὺς παρ' ἡμῶν προσενεχθέντας ἐδέξασθε. Ἔδειξε δὲ αὐτοὺς τοιούτους καὶ τῶν πραγμάτων ἡ

VARIÆ LECTIONES.

[9] Ita quidem legit B et liber Herveti (cum Sirmondi edit. haberet νήπιοι), eamque lectionem Theodoreti interpretatio perspicue confirmat. [9] εἰς est in *Philotheo*, 10. [10] λανθάνοντα B [11] Καὶ διὰ B.

Digitized by Google

πεῖρα. Προφητικῆς γὰρ καὶ αὐτοὶ χάριτος ἀπολαύσαντες, καὶ προεφήτευον, καὶ γλώτσαις ἐλάλουν, καὶ θαύματα ἐπετέλουν παράδοξα. Οὐ μόνον δὲ ὁ λόγος ταῦτα ἠνίξατο, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑπὸ τῶν ἐναντίων προσενεχθέντας αὐτοῖς κινδύνους. Τοῦτο γὰρ τὰ ἐπαγόμενα δηλοῖ.

A enim ipsi quoque beneficium assecuti, et **510** prophetabant, et linguis loquebantur, et admirabilia miracula faciebant. Non hæc autem tantummodo significavit, sed etiam pericula, quæ illis ab adversariis creata fuerant. Hoc enim significant quæ sequuntur.

ιδ', ιε'. « Ὑμεῖς [11a] γὰρ μιμηταὶ ἐγενήθητε, ἀδελφοί, τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ, τῶν οὐσῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὅτι τὰ αὐτὰ ἐπάθετε καὶ ὑμεῖς ὑπὸ τῶν ἰδίων συμφυλετῶν, καθὼς καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, τῶν καὶ τὸν Κύριον ἀποκτεινάντων Ἰησοῦν, καὶ τοὺς ἰδίους προφήτας, καὶ ἡμᾶς ἐκδιωξάντων, καὶ Θεῷ μὴ ἀρεσκόντων, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐναντίων. » Εἶτα δείκνυσι τῆς ἐναντιώσεως τὸν τρόπον.

Vers. 14, 15. « Vos enim imitatores facti estis, fratres, Ecclesiarum Dei, quæ sunt in Judæa, in Christo Jesu, quia eadem passi estis et vos a contribulibus vestris, sicut et ipsi a Judæis, qui et Dominum occiderunt Jesum, et proprios prophetas, et nos persecuti sunt, et Deo non placent, et omnibus hominibus adversantur. » Deinde ostendit quomodo adversentur.

ις'. « Κωλυόντων ἡμᾶς τοῖς ἔθνεσι λαλῆσαι ἵνα σωθῶσιν, εἰς τὸ ἀναπληρῶσαι αὐτῶν τὰς ἁμαρτίας πάντοτε. Ἔφθασε δὲ ἐπ' αὐτοὺς ἡ ὀργὴ εἰς τέλος. » Ἱκανὸν εἰς παραψυχὴν τὸ παράδειγμα. Ἡ γὰρ τοῦ πάθους ὁμοιότης ἀρκοῦσαν προσφέρει ψυχαγωγίαν. Διδάσκει δὲ ἡμᾶς ὁ λόγος, ὡς καὶ οἱ ἐν Θεσσαλονίκῃ πεπιστευκότες ὑπὸ τῶν ἀπίστων ἐπορθήθησαν, καὶ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῖς ἐγυμνώθησαν. Ταυτὸ δὲ τὸ πάθος ὑπέμειναν καὶ οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ τὸ σωτήριον ἐξάμενοι κήρυγμα. Προηγόρευσε δὲ καὶ τῶν Ἰουδαίων τὴν πανωλεθρίαν· *Ἔφθασε γὰρ ἐπ' αὐτοὺς ἡ ὀργὴ εἰς τέλος.* Οὐκ ἔτι γὰρ ἀνακλήσεως ἀπολαύσουσι. Οὕτω καὶ ὁ μακάριος ἔφη Δαβίδ· « Ἰνατί, ὁ Θεὸς, ἀπώσω εἰς τέλος; » Τὸ δὲ, *πᾶσιν ἀνθρώποις ἐναντίων*, οὕτω νοητέον· Τῇ οἰκουμένῃ, φησὶ, προσενεγκεῖν προσετάχθημεν τὸ σωτήριον κήρυγμα. Οὗτοι δὲ ἡμῖν ἀντιπράττουσιν. Οὐκοῦν πάντων ἀνθρώπων εἰσὶ δυσμενεῖς.

Vers. 16. « Prohibentes nos gentibus loqui ut salvæ fiant, quo impleant peccata sua semper. Pervenit enim ira super illos usque in finem. » Sufficit exemplum ad consolationem. Affert enim sufficiens solatium perpessionis similitudo. Docet autem nos his verbis quod in eorum facultates qui Thessalonicæ crediderant, invaserint infideles, eosque spoliarint. Id ipsum porro iis etiam usu venit qui salutarem prædicationem in Judæa acceperunt. Prædixit insuper futurum Judæorum exitium. *Pervenit enim ira (Dei) in illos usque in finem.* Revocationem enim non amplius consequentur. Ita etiam dixit beatus David : « Ut quid, Deus, repulisti in finem? » Illud autem, *omnibus hominibus adversantur*, ita est intelligendum : Orbi quidem, inquit, terrarum jussi **511** sumus afferre salutarem prædicationem : hi autem nobis repugnant. Sunt ergo omnium hominum inimici.

ιζ'. « Ἡμεῖς δὲ, ἀδελφοὶ, ἀπορφανισθέντες [12] ἀφ' ὑμῶν πρὸς καιρὸν ὥρας, προσώπῳ, οὐ καρδίᾳ, περισσοτέρως ἐσπουδάσαμεν τὸ πρόσωπον ὑμῶν ἰδεῖν ἐν πολλῇ ἐπιθυμίᾳ. » Ἀπείκασεν ἑαυτὸν μητρὶ τρεφούσῃ καὶ θαλπούσῃ τὰ βρέφη, εἶτα πατρὶ φιλοστόργως περὶ τοὺς παῖδας διακειμένῳ, νῦν μειρακίῳ παραπλησίως ἄωρον ὀρφανίαν ὀδυρομένῳ, καὶ τοὺς γεγεννηκότας ἐπιζητοῦντι, ποθεῖν αὐτοὺς ἔφη, καίτοι πρὸς ὀλίγον αὐτῶν χωρισθείς. Καλὴ δὲ καὶ ἡ προσθήκη. *προσώπῳ καὶ οὐ καρδίᾳ*, ἀντὶ τοῦ, Τῆς αἰσθητῆς ὑμῶν ἐστέρημαι θέας, τῆς δὲ νοητῆς ἀπολαύω διηνεκῶς.

Vers. 17. « Nos autem, fratres, desolati a vobis ad tempus horæ, aspectu, non corde, abundantius festinavimus faciem vestram videre cum multo desiderio. » Assimilavit seipsum matri nutrienti et foventi infantes, deinde patri, filios impense amanti : nunc autem dicit se eos desiderare, licet parvo tempore fuerit ab eis separatus, instar parvuli, qui deflet immaturam orbitatem, et parentes requirit. Pulchra est autem adjectio *facie* et *non corde*. Hoc est, Sum sensibili privatus vestri aspectu, sed eo qui est mentis fruor assidue.

ιη'. « Διὸ [13] ἠθελήσαμεν ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, ἐγὼ μὲν Παῦλος καὶ ἅπαξ καὶ δίς, καὶ ἐνέκοψεν ἡμᾶς ὁ Σατανᾶς. » Ἐπέσχον, φησὶ, τὴν προθυμίαν οἱ ἐπάλληλοι πειρασμοί· τούτους δὲ ὁ κοινὸς κινεῖν πολέμιος εἴωθεν. Οὗ δὴ χάριν αὐτὸν ἔφη κεκωλυκέναι τὴν πρὸς αὐτοὺς ἔκδημίαν.

Vers. 18. « Quoniam voluimus venire ad vos, ego quidem Paulus semel et iterum, sed impedivit nos Satanas. » Animi nostri promptitudinem retardarunt continuæ tentationes : has autem movere solet communis hostis. Unde illum prohibuisse ait ne adveniret.

ιθ', κ'. « Τίς γὰρ ἡμῶν ἐλπὶς, ἢ χαρὰ, ἢ στέφανος

Vers. 19, 20. « Quæ est enim nostra spes, aut

VARIÆ LECTIONES.

[11a] Qu. 42 in Deuteron. habet : Μιμηταὶ γὰρ ἐγένεσθε τῶν ἁγίων τῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ. Τὰ γὰρ αὐτὰ καὶ ὑμεῖς ἐπάθετε ὑπὸ — συμφ., καθάπερ ἐκεῖνοι ὑπὸ τ. Ἰουδ. — Κύριον Ἰησοῦν ἀποκτ. — ἐναντίων. Et infra in ὑποθέσει Ep. ad Hebræos : Μιμηταὶ ἐγενήθητε τῶν Ἐκκλ. τ. Θ. τ. οὐσ. ἐ. τ. Ἰουδ. Τὰ γὰρ αὐτὰ καὶ ὑμεῖς ἐπάθετε — συμφ. καθάπερ κἀκεῖνοι ὑπὸ τ. Ἰουδαίων. Ad Isa. v. 17 : Ὑμεῖς γὰρ, ἀδελφοί μου, μιμ. ἐγενήθ. τ. Ἐκ. τ. Θ. τ. οὐ. ε. τ. Ἰ. ἐ. Χ. Ἰ. Τὰ γὰρ αὐτὰ ἐπάθ. et quæ sequuntur, plane consentientia cum textu nostro, nisi quod omiserit Ἰησοῦν. [12] ὀρφανισθέντες. Herveti liber. [13] Δι' ὃ legit Hervetus.

Digitized by Google

gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos coram Domino nostro Jesu estis in adventu ejus? Vos enim estis gloria nostra et gaudium. » Quoniam seipsum matri assimilavit quæ lactat infantes, ejus quoque verba imitatur. Eæ siquidem parvulos filios suos et spem et gaudium, et alia ejusmodi appellare consueverunt.

A καυχήσεως; ἢ οὐχὶ καὶ ὑμεῖς ἔμπροσθεν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ ἐν τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ; Ὑμεῖς γάρ ἐστε ἡ δόξα ἡμῶν καὶ ἡ χαρά. » Ἐπειδὴ μητρὶ ἑαυτὸν ἀπείκασε τιθηνουμένῃ τὰ βρέφη, τὰ αὐτῆς φθέγγεται ῥήματα. Αὐταὶ γὰρ τὰ κομιδῇ νέα παιδία καὶ ἐλπίδα, καὶ χαράν, καὶ τὰ τοιαῦτα προσαγορεύειν εἰώθασι.

CAPUT III.

VERS. 1-3. « Propter quod non sustinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis solis, et misimus **512** Timotheum, fratrem nostrum, et ministrum Dei, et commilitonem nostrum in Evangelio Christi, ad confirmandos vos, et exhortandos de fide vestra, ut nemo moveatur tribulationibus istis. » Quoniam prohibiti sumus ad vos venire, misimus Timotheum, qui est frater noster, et cui B divinum creditum est Evangelium. Misimus autem ipsum, non ut aliam vobis afferret doctrinam, sed ut vos in priori confirmaret, et hortaretur ad ferendas forti animo adversariorum insidias, et ne labefactaremini, nec a priore sententia dimoveremini. Notandum est autem, quod ministrum Dei illum vocavit, cui creditum est Christi Evangelium, docens se non agnoscere Filium minorem Patre. « Ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus. » Nobis hæc Christus Dominus prædixit ab initio. Nihil ergo novi patimur, sed ea quæ ipse prædixit: « Ecce mitto vos, tanquam oves in medio lupo- rum [a]. » Et: « Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam [a] quoniam ipsorum est regnum C cœlorum [b]. » Et plurima his similia.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ.

α'-γ'. « Διὸ [15] μηκέτι [16] στέγοντες, εὐδοκήσαμεν καταλειφθῆναι ἐν Ἀθήναις μόνον [17], καὶ ἐπέμψαμεν Τιμόθεον, τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν, καὶ διάκονον [18] τοῦ Θεοῦ, καὶ συνεργὸν ἡμῶν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸ στηρίξαι ὑμᾶς, καὶ παρακαλέσαι ὑμᾶς, περὶ [19] τῆς πίστεως ὑμῶν, τῷ μηδένα σαίνεσθαι ἐν ταῖς θλίψεσι ταύταις. » Ἐπειδὴ ἡμεῖς δραμεῖν πρὸς ὑμᾶς ἐκωλύθημεν, ἀπεστείλαμεν Τιμόθεον, ὃς ἡμέτερός ἐστιν ἀδελφὸς, τὸ θεῖον δὲ πεπίστευται Εὐαγγέλιον. Ἀπεστείλαμεν δὲ αὐτὸν, οὐχ ἵνα ἑτέραν ὑμῖν προσενέγκῃ διδασκαλίαν, ἀλλ' ἵνα ἐπὶ τῇς προτέρας ὑμᾶς ἐρείσῃ, καὶ παρακαλέσῃ φέρειν γενναίως τὰς τῶν ἐναντίων ἐπιβουλὰς, καὶ μὴ κλονεῖσθαι, μηδὲ τῆς προτέρας ἐξίστασθαι γνώμης. Ἐπισημήνασθαι μέντοι δεῖ, ὅτι διάκονον τοῦ Θεοῦ κέκληκε τὸν πιστευόμενον τὸ τοῦ Χριστοῦ Εὐαγγέλιον, διδάσκων ὡς οὐκ οἶδεν ἐλάττονα τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱόν. « Αὐτοὶ γὰρ οἴδατε ὅτι εἰς τοῦτο κείμεθα. » Ἄνωθεν ἡμῖν ταῦτα προηγόρευσεν ὁ Δεσπότης Χριστός [20]. Οὐδὲν οὖν καινὸν ὑπομένομεν, ἀλλ' ἅπερ αὐτὸς προείρηκεν· « Ἰδοὺ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων· » καί· « Μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. » Καὶ πλεῖστα τούτοις προσόμοια.

δ'. « Καὶ γὰρ ὅτε πρὸς ὑμᾶς ἦμεν, προελέγομεν ὑμῖν, ὅτι μέλλομεν θλίβεσθαι, καθὼς καὶ ἐγένετο, καὶ οἴδατε. » Τοῖς προῤῥηθεῖσι τὰ παρ' ἡμῶν πράγματα μεμαρτύρηκε.

ε'. « Διὰ τοῦτο κἀγὼ μηκέτι στέγων, ἔπεμψα εἰς τὸ γνῶναι τὴν πίστιν ὑμῶν, μήπως ἐπείρασεν ὑμᾶς ὁ πειράζων, καὶ εἰς κενὸν γένηται ὁ κόπος ἡμῶν. » Τούτου χάριν μηκέτι φέρων τὴν τῆς φροντίδος ὑπερβολὴν, ἔπεμψα μαθεῖν ποθῶν, μή τις ὑμῖν ἐκ τῶν πειρασμῶν προσεγένετο βλάβη, καὶ ὃν ὑπὲρ ὑμῶν ὑπεμείναμεν, ἐζημιώθημεν πόνον. Οὕτω δείξας τὴν προτέραν φροντίδα, λέγει καὶ τὴν προσγενομένην D αὐτῷ θυμηδίαν ἐκ τῶν παρὰ τοῦ θαυμασίου Τιμοθέου κομισθέντων εὐαγγελίων.

ς', ζ'. « Ἄρτι δὲ ἐλθόντος Τιμοθέου πρὸς ἡμᾶς ἀφ' ὑμῶν, καὶ εὐαγγελισαμένου ἡμῖν τὴν πίστιν καὶ τὴν ἀγάπην ὑμῶν, καὶ ὅτι ἔχετε μνείαν ἡμῶν ἀγαθὴν πάντοτε, ἐπιποθοῦντες ἡμᾶς ἰδεῖν, καθάπερ καὶ ἡμεῖς ὑμᾶς, διὰ τοῦτο παρεκλήθημεν, ἀδελφοὶ, ἐφ' ὑμῖν ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει, καὶ ἀνάγκῃ ἡμῶν διὰ τῆς ὑμῶν πίστεως. » Τρία τέθεικεν ἀξιέραστα, τὴν

VERS. 4. « Nam et cum apud vos essemus, prædicebamus vobis passuros nos tribulationes, sicut et factum est, et vos scitis. » Iis quæ prædicta sunt ea quæ nobis evenerunt tulere testimonium.

VERS. 5. « Propterea et ego amplius non sustinens, misi ad cognoscendam fidem vestram, ne forte tentaverit vos is qui tentat, et inanis fiat labor noster. » Hac de causa cum sollicitudinis vim amplius ferre non possem, misi scire desiderans, num ex **513** tentationibus aliquid damni vobis accesserit, et frustrati simus labore quem pro vobis suscepimus. Postquam priorem curam sic ostendit, dicit etiam lætitiam quam cepit ex D iis quæ a beato Timotheo illi nuntiata sunt.

VERS. 6, 7. « Nunc autem veniente Timotheo ad nos a vobis, et annuntiante nobis fidem et charitatem vestram, et quod memoriam nostri habeatis bonam semper, desiderantes nos videre, sicut et nos quoque vos, ideo consolati sumus, fratres, de vobis in omni tribulatione et necessitate nostra per fidem vestram. » Tria magni facienda posuit,

[a] Matth. x, 16. [b] Matth. v, 10.

VARIÆ LECTIONES.

[15] ταύτης B. [16] Διότι Herv. [16] μὴ habet Theodoret., supra, p. 3. [17] μόνοι Ibid. et in cod. B. [18] πιστὸν ϛ. legit cod. B. [19] Supra l. c. παρακλ. ὑπὲρ τῆς, κ. τ. λ. [20] Χρ. abest a B.

Digitized by Google

πίστιν, καὶ τὴν ἀγάπην, καὶ τοῦ διδασκάλου τὴν μνήμην. Δηλοῖ ἡ μὲν πίστις τῆς εὐσεβείας τὸ βέβαιον· ἡ δὲ ἀγάπη τὴν πρακτικὴν ἀρετήν· ἡ δὲ τοῦ διδασκάλου μνήμη, καὶ ὁ περὶ αὐτὸν πόθος, μαρτυρεῖ τῇ περὶ τὴν διδασκαλίαν στοργῇ. Ταῦτα, φησὶν, ἡμῖν τὴν εὐθυμίαν ἐνέθηκε, καὶ τῶν ἐπιφερομένων ἡμῖν ἐπελήσθημεν θλίψεων, ἃς διὰ τὴν ὑμετέραν ὑπομένομεν πίστιν, ἀντὶ τοῦ, διὰ τὸ κηρύττειν ὑμῖν. A

ἡ'. « Ὅτι νῦν ζῶμεν, ἐὰν ὑμεῖς στήκητε ἐν Κυρίῳ. » Τὴν γὰρ ὑμετέραν βεβαίωσιν, ζωὴν ἡμετέραν ὑπολαμβάνομεν.

θ', ι'. « Τίνα γὰρ εὐχαριστίαν δυνάμεθα ἀνταποδοῦναι τῷ Θεῷ περὶ ὑμῶν ἐπὶ πάσῃ τῇ χαρᾷ, ᾗ χαίρομεν δι' ὑμᾶς ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, νυκτὸς καὶ ἡμέρας ὑπερεκπερισσοῦ δεόμενοι εἰς τὸ ἰδεῖν ὑμῶν τὸ πρόσωπον, καὶ καταρτίσαι τὰ ὑστερήματα τῆς πίστεως ὑμῶν; » Νικᾷ τῆς εὐφροσύνης τὸ μέγεθος τῆς γλώττης τὴν ὑμνῳδίαν. Οὐκ ἰσχύομεν γὰρ ἀντίρροπον ὕμνον τῇ παρασχεθείσῃ ἡμῖν ἐφ' ὑμῖν θυμηδίᾳ προσενεγκεῖν τῷ Θεῷ. Καὶ νύκτωρ δὲ καὶ μεθ' ἡμέραν, ἀντιβολοῦμεν παρασχεῖν ἡμῖν τὸν Δεσπότην αὖθις ὑμᾶς ἰδεῖν καὶ ἐπιρρῶσαι, καὶ τὴν ἁρμόττουσαν ὑμῖν διδασκαλίαν προσενεγκεῖν. Τοῦτο γὰρ λέγει, *καταρτίσαι τὰ ὑστερήματα τῆς πίστεως ὑμῶν*, τουτέστι, τὰ ἐλλείποντα πληρῶσαι. Ταύτην δὲ αὐτοῖς τὴν ὠφέλειαν καὶ διὰ τῶν γραμμάτων προσφέρει· ἄρχεται δὲ ἀπὸ εὐχῆς. B

ια'. « Αὐτὸς δὲ [21] ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἡμῶν, καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς κατευθύναι τὴν ὁδὸν ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς. » Ἀντὶ τοῦ, Πληρώσαι ἡμῶν τὸν πόθον [22], καὶ τὰς ἐν μέσῳ δυσκολίας ἀνέλοι. Καὶ ταῦτα δὲ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ τὴν ἰσότητα διδάσκει. Οὐ γὰρ τὴν *διά* πρόθεσιν τέθεικε, ἀλλὰ τὸν *καὶ* σύνδεσμον, διδάσκων ὡς τὰ αὐτὰ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς οἰκονομοῦσιν, ὥσπερ αὐτὰ καὶ δημιουργοῦσιν. Ὅτι δὲ μία ἡ οἰκονομία, καὶ τὰ ἐπαγόμενα μαρτυρεῖ. Τὸ γὰρ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς καταλιπὼν πρόσωπον, μόνου μέμνηται τοῦ Υἱοῦ, καί φησιν· C

ιβ', ιγ'. « Ὑμᾶς δὲ [23] ὁ Κύριος πλεονάσαι, καὶ περισσεύσαι τῇ ἀγάπῃ εἰς ἀλλήλους καὶ εἰς πάντας, καθάπερ καὶ ἡμεῖς εἰς ὑμᾶς, εἰς τὸ στηρίξαι ὑμῶν τὰς καρδίας ἀμέμπτους ἐν ἁγιωσύνῃ ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἡμῶν, ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων τῶν ἁγίων αὐτοῦ. » Τὸ τῆς ἀγάπης κατόρθωμα πλήρωμα τοῦ νόμου παντὸς ὁ θεῖος Ἀπόστολος προσηγόρευσεν. Εὔχεται τοίνυν αὐτοὺς καὶ τῷ ἀριθμῷ πλεονάσαι, καὶ τῇ ἀγάπῃ περισσεῦσαι, τουτέστι, τελείαν αὐτὴν κτήσασθαι, ὥστε μηδὲν ἐλλείπειν αὐτῇ, καὶ μὴ μόνον αὐτῇ περὶ ἀλλήλους κεχρῆσθαι, ἀλλὰ καὶ περὶ πάντας τοὺς ὁμοπίστους, τοὺς ὁπουδήποτε ὄντας. Οὕτως γὰρ, φησὶ, καὶ ἡμεῖς πόρρωθεν ὄντες περὶ ὑμᾶς [24] διετέθημεν, στηρίξαι ὑμῶν τὰς καρδίας βουλόμενοι, ὥστε ὑμᾶς μόνου παντὸς ἐλευθέρους, καὶ νῦν ὁρᾶ- D

fidem, et charitatem, et doctoris memoriam. Significat autem fides quidem, religionis constantiam : charitas vero, actuosam virtutem : doctoris autem recordatio, et ejus desiderium, doctrinæ amorem testatur. Hæc, inquit, effecerunt, ut bono animo essemus : et instantium afflictionum obliti sumus, quas propter fidem vestram sustinemus, id est, quia vobis prædicamus.

Vers. 8. « Quoniam nunc vivimus, si vos statis in Domino. » Vestram enim confirmationem vitam nostram ducimus.

Vers. 9, 10. « Quam enim gratiarum actionem possimus Deo retribuere pro vobis pro omni gaudio quo gaudemus propter vos coram Deo nostro, nocte ac die abundantius orantes, ut videamus faciem vestram, et compleamus ea quæ desunt fidei vestræ? » Linguæ laudes vincit lætitiæ magnitudo. Non possumus enim Deo hymnum ferre, qui lætitiæ quam de vobis cepimus respondeat. Die porro **514** nocteque * oramus, ut Dominus nobis præstet, ut vos rursus videamus et confirmemus, et congruentem vobis doctrinam afferamus. Hoc enim dicit, *et compleamus ea quæ desunt fidei vestræ*, id est, ut impleamus ea quæ deficiunt. Hanc ipsam autem utilitatem eis etiam per litteras subministrat. Incipit autem a precatione.

Vers. 11. « Ipse autem Deus et Pater noster, et Dominus noster Jesus Christus dirigat viam nostram ad vos. » Hoc est, Impleat desiderium nostrum, et tollat difficultates quæ in medio sitæ sunt. Et hæc porro docent æqualitatem Patris et Filii. Non enim posuit præpositionem *per*, sed conjunctionem *et*, docens, Patrem et Filium eadem administrare, quemadmodum etiam eadem creant. Quod autem una sit administratio, testantur etiam ea quæ subjungit. Dei enim et Patris relicta persona, solius Filii meminit, et dicit :

Vers. 12, 13. « Vos autem Dominus multiplicet, et abundare faciat charitatem (vestram) erga invicem et erga omnes, quemadmodum et nos in vos (*animati sumus*), ad confirmandas animas vestras (*ut sint*) sine reprehensione quoad sanctitatem coram Deo et Patre nostro, in adventu Domini nostri Jesu Christi, cum omnibus sanctis ejus. » Charitatis opus legis totius implementum appellavit divinus Apostolus. Orat ergo, ut illi et numero crescant, et charitate augeantur, hoc est, ut eam perfectam possideant, ita ut nihil ei desit : et non solum ea inter se invicem utantur, sed etiam in omnes **515** fideles, ubicunque sint. Ita enim, inquit, nos quoque qui procul absumus, erga vos affecti sumus, confirmare volentes corda vestra, ut vos ab omni reprehensione liberi et

VARIÆ LECTIONES.

[21] Ita hunc versum planissime profert epist. 146, p. 1031 Sirm. [22] τοπον B. [23] Hunc et seq. versum iisdem verbis profert epist. 146, p. 1059 Sirm. [24] ὑμῶν B.

Digitized by Google

nunc videamini ab universorum Deo, et cum sanctis omnibus obviam eatis Domino.

CAPUT IV.

VERS. 1. « De cætero ergo, fratres, rogamus vos, et obsecramus in Domino Jesu. » Hoc scopo nobis proposito afferimus vobis exhortationem. *De cætero* enim pro eo quod est, Sufficit ut vobis nostram adhortationem afferamus. ' Quænam autem ea est? « Quemadmodum accepistis a nobis quomodo oporteat vos ambulare et placere Deo, ut abundetis magis. » Ostendimus vobis, quænam vita universorum Deo grata sit : studium ergo adhibete, ut quæ sunt vobis præfixa custodiatis.

VERS. 2. « Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per Dominum Jesum. » Et superius dixit, *in Domino Jesu*, et hic dicit, *per Dominum Jesum*, fide dignam Domini mentione reddens adhortationem. Hæc autem sufficiunt ad convincendam Arii et Eunomii blasphemiam. Si enim præpositio *per* significat administrum, est ergo administer Pauli Dominus Jesus. Per *Dominum* enim *Jesum* præcepta tradidit, et *in Domino Jesu* exhortationem instituit. Sin autem ipsi quoque fugiunt hanc blasphemiam, et fatentur Paulum esse servum, Dominum autem esse dominum, clarum est utique divinum Apostolum nullo discrimine usum esse præpositionibus. Sed pergamus in iis exponendis quæ sequuntur.

VERS. 3. « Hæc est enim voluntas Dei, **516** sanctificatio vestra. » Deinde docet, quam virtutem appellarit *sanctificationem*. « Ut abstineatis vos ab omni fornicatione. » Multæ sunt species intemperantiæ : ideo non dixit, a fornicatione, sed *ab omni fornicatione*.

VERS. 4. « Ut sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione et honore. » Nonnulli interpretati sunt *vas suum* de conjuge. Ego autem existimo sic eum vocasse suum cujusque corpus. Non enim iis tantum fert legem qui matrimonio juncti sunt.

VERS. 5. « Non in passione desiderii, sicut et gentes quæ ignorant Deum. » Liberati estis, inquit, ab errore, agnovistis Deum qui est. Ne ergo imitemini eos qui in tenebris inscitiæ degunt, nec servite vitio cupiditatis. Deinde legem reddit apertiorem.

VERS. 6. « Et ne quis supergrediatur, neque circumveniat in negotio fratrem suum. » *Circumventionem* hoc loco vocavit adulterium. Quod enim ad se non pertinet invadit, qui alienum violat matrimonium, et alterius cubili vim affert. Auxit autem criminationem, fratrem ostendens esse qui injuria afficitur. Supplicium autem indicat, iniquitati terrorem objiciens. « Quoniam vindex est Dominus de his omnibus, ' sicut prædiximus vobis,

σθαι τῷ τῶν ὅλων Θεῷ, καὶ μετὰ τῶν ἁγίων ἁπάντων τῷ Δεσπότῃ ὑπαντῆσαι Χριστῷ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

α'. « Τὸ λοιπὸν οὖν, ἀδελφοί, ἐρωτῶμεν ὑμᾶς, καὶ παρακαλοῦμεν ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ. » Τούτῳ κεχρημένοι τῷ σκοπῷ, προσφέρομεν ὑμῖν τὴν παραίνεσιν. Τὸ γὰρ *λοιπὸν*, ἀντὶ τοῦ, Ἀποχρώντως ὑμῖν τὴν ἡμετέραν παράκλησιν. Τίς δὲ αὕτη; « Καθὼς παρελάβετε παρ' ἡμῶν τὸ πῶς δεῖ ὑμᾶς περιπατεῖν καὶ ἀρέσκειν Θεῷ, ἵνα περισσεύητε μᾶλλον. » Ὑπεδείξαμεν ὑμῖν, ποῖος θεραπεύει βίος τὸν τῶν ὅλων Θεόν· τοὺς τεθέντας ὑμῖν τοίνυν ὅρους φυλάττειν σπουδάζετε.

β'. « Οἴδατε γὰρ, τίνας παραγγελίας ἐδώκαμεν ὑμῖν διὰ τοῦ Κυρίου [25] Ἰησοῦ. » Καὶ ἄνω, *ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ*, εἴρηκε, καὶ ἐνταῦθα *διὰ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ*, ἀξιόπιστον τῇ τοῦ Δεσπότου μνήμῃ ποιῶν τὴν παραίνεσιν. Ἱκανὰ δὲ ταῦτα τὴν Ἀρείου καὶ Εὐνομίου βλασφημίαν ἐλέγξαι. Εἰ γὰρ *διὰ πρόθετις* τὸν ὑπουργὸν σημαίνει, ὑπουργὸς ἄρα τοῦ Παύλου ὁ Κύριος Ἰησοῦς. Διὰ γὰρ *τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ* τὴν παραγγελίαν προσήνεγκε, καὶ *ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ* τὴν παράκλησιν ἐποιήσατο. Εἰ δὲ καὶ αὐτοὶ ταύτην φεύγουσι τὴν βλασφημίαν, καὶ ὁμολογοῦσι τὸν μὲν Παῦλον δοῦλον, κύριον δὲ τὸν Κύριον· δῆλον ἄρα ὡς ἀδιαφόρως ὁ θεῖος Ἀπόστολος ταῖς προθέσεσι κέχρηται. Ἀλλ' ἐπὶ τὰ συνεχῆ τῆς ἑρμηνείας βαδίσωμεν.

γ'. « Τοῦτο γάρ ἐστι θέλημα τοῦ Θεοῦ, ὁ ἁγιασμὸς ὑμῶν. » Εἶτα διδάσκει, ποίαν ἀρετὴν *ἁγιασμὸν* προσηγόρευσεν. « Ἀπέχεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ πάσης πορνείας. » Πολλὰ τῆς ἀκολασίας εἴδη· οὐ δὴ χάριν οὐκ ἔφη, πορνείας, ἀλλὰ *ἀπὸ πάσης πορνείας*.

δ'. « Εἰδέναι ἕκαστον ὑμῶν τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος κτᾶσθαι ἐν ἁγιασμῷ καὶ τιμῇ [26]. » Τινὲς τὸ, *ἑαυτοῦ σκεῦος*, τὴν ὁμόζυγα ἡρμήνευσαν· ἐγὼ δὲ νομίζω τὸ ἑκάστου σῶμα οὕτως αὐτὸν κεκλῆκέναι. Οὐ γὰρ τοῖς γεγαμηκόσι μόνοις τὴν νομοθεσίαν προσφέρει.

ε'. « Μὴ ἐν πάθει ἐπιθυμίας [27], καθάπερ καὶ τὰ ἔθνη τὰ μὴ εἰδότα τὸν Θεόν. » Ἀπηλλάγητε, φησὶ, τῆς πλάνης, ἐπέγνωτε τὸν ὄντα Θεόν. Μὴ μιμεῖσθε τοίνυν τοὺς ἐν τῷ σκότει τῆς ἀγνοίας διάγοντας, μηδὲ τῷ πάθει τῆς ἐπιθυμίας δουλεύετε. Εἶτα σαφέστερον τὸν νόμον ποιεῖ.

ς'. « Τὸ μὴ ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. » *Πλεονεξίαν* ἐνταῦθα τὴν μοιχείαν ἐκάλεσε. Τοῦ γὰρ μὴ προσήκοντος ἅπτεται ὁ γάμον διορύττων ἀλλότριον, καὶ τὴν ἄλλῳ διαφέρουσαν εὐνὴν λῃστεύων. Ὕβρισε δὲ τὴν κατηγορίαν, ἀδελφὸν δείξας τὸν ἀδικούμενον. Ὑποδείκνυσι δὲ τὴν τιμωρίαν, τῇ παρανομίᾳ τὸ δέος ἀντιστρατεύων. « Διότι ἔκδικος ὁ Κύριος περὶ πάντων τούτων, καθὼς καὶ προείπομεν ὑμῖν, καὶ διεμαρτυρά-

VARIÆ LECTIONES.

[25] K. ἡμῶν Ἰησοῦ. B. Etiam Herveti liber : K. ἡμῶν. [26] καὶ τιμῇ aberat a codice Theodoreti quo Hervetus utebatur. [27] B addit : πλεονεξίας.

Digitized by Google

μεθα. » Καὶ ἤδη γὰρ ἐδιδάξαμεν ὡς κριτής ἐστι δίκαιος ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης, καὶ δίκας τοὺς παρανομοῦντας εἰσπράττεται. Δείκνυσι δὲ καὶ τῆς τιμωρίας τὸ δίκαιον.

ζ'. « Οὐ γὰρ ἐκάλεσεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐπ' ἀκαθαρσίᾳ, ἀλλ' ἐν ἁγιασμῷ. » Ὁ διάβολος τῶν οὐκ ὄντων θεῶν τὰ δόγματα ἀκολασίας ἐνέπλησε, ταύτην εἶναι τὴν ὁδὸν τοὺς ἀνθρώπους προτρέπων· ὁ δὲ ὄντως Θεὸς ἐκείνην μὲν ἐκκλίνειν ἡμᾶς κελεύει, τὴν δὲ τῆς σωφροσύνης μετιέναι παρεγγυᾶται.

η'. « Τοιγαροῦν ὁ ἀθετῶν, οὐκ ἄνθρωπον ἀθετεῖ, ἀλλὰ τὸν Θεὸν, τὸν καὶ [28] δόντα τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ τὸ ἅγιον εἰς ἡμᾶς. » Εἰς αὐτὸν τοίνυν ἡ ἀδικία χωρεῖ τὸν τῶν ὅλων Θεόν. Αὐτὸς γὰρ ἡμῖν καὶ τοῦ παναγίου Πνεύματος τὴν χάριν δεδώρηται. Οὕτω τὴν περὶ τῆς σωφροσύνης διδασκαλίαν περάνας, εἰς ἕτερον εἶδος παραινέσεως μεταβαίνει.

θ', ι'. « Περὶ δὲ τῆς φιλαδελφίας οὐ χρείαν ἔχετε γράφειν ὑμῖν· αὐτοὶ γὰρ ὑμεῖς θεοδίδακτοί ἐστε εἰς τὸ ἀγαπᾷν ἀλλήλους. Καὶ γὰρ ποιεῖτε αὐτὸ εἰς πάντας τοὺς [29] ἀδελφοὺς, καὶ τοὺς ἐν ὅλῃ τῇ Μακεδονίᾳ. » Φιλαδελφίαν ἐνταῦθα τὴν τῶν χρημάτων φιλοτιμίαν ἐκάλεσε, περὶ ἧς ἔφη μὴ χρῄζειν αὐτοὺς παραινέσεως· ἐκ θείας γὰρ αὐτοῖς προσγεγενῆσθαι χάριτος τὸ κατόρθωμα.

« Παρακαλοῦμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, περισσεύειν μᾶλλον, (ια'.) καὶ φιλοτιμεῖσθαι ἡσυχάζειν, καὶ πράττειν τὰ ἴδια, καὶ ἐργάζεσθαι ταῖς ἰδίαις χερσὶν ὑμῶν, καθὼς καὶ παρηγγείλαμεν ὑμῖν, ἵνα περιπατῆτε εὐσχημόνως πρὸς τοὺς ἔξω, καὶ μηδενὸς χρείαν ἔχητε. » Οὐκ ἐναντία τοῖς προῤῥηθεῖσιν ἐπαίνοις ἡ παραίνεσις. Συνέβαινε γὰρ, τοὺς μὲν φιλοτίμως χορηγεῖν τοῖς δεομένοις τὴν χρείαν, τοὺς δὲ διὰ τὴν τούτων φιλοτιμίαν ἀμελεῖν τῆς ἐργασίας. Εἰκότως τοίνυν κἀκείνους ἐπῄνεσε, καὶ τούτοις τὰ πρόσφορα συνεβούλευσε. Καὶ φιλοτιμίαν ἁρμοδίως τὴν *ἐργασίαν* ἐκάλεσεν. Οἱ γὰρ δυνάμενοι καὶ δίχα τῆς ἐργασίας τρέφεσθαι διὰ τὴν τῶν ὁμοπίστων φιλαδελφίαν, εἶτα δίχα πόνων οὐκ ἀνεχόμενοι ζῆν, ἀλλ' ἐκ τῶν χειρῶν τὸν βίον ποιούμενοι, οἷόν τινα φιλοτιμίαν τὴν φιλοπονίαν εἰσέφερον. Τὸ δὲ, *ἵνα περιπατῆτε εὐσχημόνως πρὸς τοὺς ἔξω*, αὐτὸς ἡρμήνευσεν ἐπαγαγὼν, *καὶ μηδενὸς χρείαν ἔχητε*. Ἀσχημοσύνη γάρ, φησὶ, τὸ ἐν ἀργίᾳ ζῆν, τὸ μὴ ἐξ ἐργασίας τὴν χρείαν πορίζεσθαι, ἀλλὰ προσαίτου βίου αἱρεῖσθαι, καὶ τὴν ἄλλων προσμένειν φιλοτιμίαν. Ἐντεῦθεν τὴν περὶ τῆς ἀναστάσεως διδασκαλίαν προσφέρει, τοὺς ἐπὶ τοὺς τεθνεῶτας ἀθυμοῦντας ψυχαγωγῶν.

ιβ'. « Οὐ θέλομεν [30] δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, περὶ τῶν κεκοιμημένων, ἵνα μὴ λυπῆσθε, καθὼς [31] καὶ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα. » Οὐ παντελῶς κωλύει τὴν λύπην, ἀλλὰ τὴν ἀμετρίαν ἐκβάλλει, καὶ τῇ τῆς ἀναστάσεως ἐλπίδι ψυχαγωγεῖ. Οἱ γὰρ ταύτην οὐκ ἔχοντες ἔχουσι τῆς ἀμέτρου λύπης ἀπολο-

A et testificati sumus. » Jam enim doculmus justum esse judicem Dominum universorum, et de iis qui injuste agunt pœnas sumere. Ostendit autem etiam justum esse ut pœnas luant.

VERS. 7. « Non enim vocavit nos Deus in immunditia, sed in sanctificatione. » Diabolus eorum qui dii non sunt dogmata implevit intemperantia, incitans **517** homines hac via incedere. Qui est autem vere Deus, illam nos jubet declinare, et temperantiæ viæ insistere.

VERS. 8. « Itaque qui spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui etiam Dedit Spiritum sanctum suum in nos. » Ad ipsum itaque universorum Dominum tendit injuria. Ipse enim dedit nobis gratiam sanctissimi Spiritus. Peracta in B hunc modum doctrina de continentia, transit ad aliud genus exhortationis.

VERS. 9, 10. « De charitate autem fraterna non necesse habemus scribere vobis. Ipsi enim vos a Deo didicistis, ut diligatis invicem. Atqui et illud facitis in omnes fratres, in universa Macedonia. » *Fraternam charitatem* hic vocavit liberalem pecuniæ erogationem, de qua dicit eos non habere opus exhortatione : a divina enim gratia eis concessum esse, ut eam exhibeant.

« Rogamus autem vos, fratres, ut abundetis magis, (VERS. 11.) et operam detis, ut quieti sitis, et ut vestrum negotium agatis, et operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis, ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt, et nullo opus habeatis. » Non est prædictis laudibus contraria C exhortatio. Contingebat enim, ut alii quidem liberaliter suppeditarent egentibus; alii vero propter horum munificentiam operari negligerent. Jure ergo et illos laudavit, et his utile dedit consilium. Apposite autem *operationem* appellavit munificentiam. Qui enim etiam sine operatione ali poterant propter eorum qui erant ejusdem fidei fraternam charitatem, tamen sine labore vivere in animum non inducentes, sed manibus sibi victum **518** parantes, laboris industriam tanquam munificentiam quamdam conferebant. Illud autem, *ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt*, ipse exposuit subjungens, *ut nullo opus habeatis*. Dedecus est enim, D inquit, in otio vivere, non quæ sunt necessaria ex labore quærere, sed mendici vitam eligere, et exspectare aliorum munificentiam. Deinceps profert doctrinam de resurrectione, eos qui pro mortuis animo angebantur consolans.

VERS. 12. « Nolumus autem vos ignorare, fratres, de dormientibus, ut non contristemini, sicut et cæteri qui spem non habent. » Non prohibet omnino dolorem, sed expellit immoderationem, et spe resurrectionis consolatur. Qui enim hanc non habent, excusationem habent immoderati do-

VARIÆ LECTIONES.

[28] καὶ non est in B. [29] εἰς π. ἀδελφ. κ. τοὺς ἐν Μακ. Herveti liber. [30] θέλω est epist. 14, p. 998 Sirm., et *Hæret. fab.* v, 19. [31] ὡς habet in utroque loco.

Digitized by Google

loris. Propterea nec de mortuis dixit, sed *de iis qui dormierunt*, vel nomine ipso consolationem procurans. Deinde a doctrina de Christo Domino, quam susceperant, probat resurrectionem.

A

Vers. 13. « Si enim credimus quod Jesus mortuus est et resurrexit : ita et Deus eos qui dormierunt per Jesum adducet cum eo. » Si Christi resurrectio fide digna nobis videtur, credamus fore ut nos quoque resurrectionem assequamur. Nostri enim causa incarnationis dispensatum est mysterium. Valde autem sapienter divinus Apostolus Dominum Jesum mortuum esse dixit, propter eos qui negant carnis assumptionem, et phantasia seu apparitione eum et visum et passum esse existimant. Eos autem qui moriuntur appellavit *dormientes*, vel

B

519 ipso nomine consolans eos qui animo concidunt : somnum enim sequitur evigilatio.

Vers. 14. « Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini. » Non enim propriis utimur cogitatis : sed a divina revelatione doctrina nobis obtigit. Quænam autem ea est? « Quod nos qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non præventuri simus eos qui dormierunt. » Tam cito, inquit, et celeriter, et in momento, mortui omnes resurgent, ut eos qui tunc temporis adhuc erunt superstites præveniant, et eant obviam Servatori universorum. Illud enim, *nos qui vivimus*, non de sua ipsius persona posuit, sed de iis qui erunt illo tempore superstites. Confirmatur autem quod supra

C

fidem dictum videtur, ex potentia operantis.

Vers. 15. « Quoniam ipse Dominus cum classico, cum voce archangeli et tuba Dei descendet de cœlo. » Ipse enim primus universorum Dominus apparebit de cœlis descendens, invisibilibus potestatibus eum præcedentibus, et jubebit quidem archangelum clamare, et mortuos resurgere. Tubæ autem magno et admirabili clangore undique personabunt. Hoc autem dicit etiam in Epistola ad Corinthios : « Omnes quidem non dormiemus, sed omnes immutabimur, in momento, in ictu oculi, in ultima tuba. Tuba enim canet, et mortui resurgent incorrupti, et nos immutabimur [c]. » Si autem in monte Sina, cum editus esset sonus iis

D

qui tunc aderant attemperatus, non tulit populus ingentem terrorem, sed magno Mosi **520** dixit : « Loquere, tu, nobis, et non loquatur Deus nobiscum, ut non moriamur [d]; » quis feret vocem quæ tunc resonabit? Illud autem, *cum classico, cum voce archangeli*, hoc significat, quod jussus aliquis ex archangelis jubebit mortuos resurgere : illi autem

γίαν. Διὰ τοῦτο οὐδὲ περὶ τῶν τεθνεώτων ἔφη, ἀλλὰ *περὶ τῶν κεκοιμημένων*, καὶ δι' αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος τὴν παραμυθίαν πραγματευόμενος. Εἶτα ἀφ' ἧς κατεδέξαντο περὶ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ διδασκαλίας προσφέρει τῆς ἀναστάσεως τὴν ἀπόδειξιν.

ιγ'. « Εἰ γὰρ πιστεύομεν ὅτι Ἰησοῦς ἀπέθανε καὶ ἀνέστη· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς τοὺς [32] κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ ἄξει σὺν αὐτῷ. » Εἰ τοῦ Χριστοῦ ἡ ἀνάστασις πίστεως ἡμῖν ἀξία εἶναι δοκεῖ, πιστεύσωμεν ὅτι καὶ ἡμεῖς τευξόμεθα τῆς ἀναστάσεως. Δι' ἡμᾶς γὰρ τὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως ᾠκονομήθη μυστήριον· σοφῶς δὲ λίαν ὁ θεῖος Ἀπόστολος τὸν μὲν Κύριον Ἰησοῦν τεθνάναι ἔφη, διὰ τοὺς ἀρνουμένους τῆς σαρκὸς τὴν ἀνάληψιν, φαντασίᾳ δὲ οἰομένους καὶ ὀφθῆναι αὐτὸν καὶ παθεῖν. Τοὺς δὲ ἀποθνήσκοντας *κοιμωμένους* ἐκάλεσε, καὶ τῷ ὀνόματι τοὺς ἀθυμοῦντας ψυχαγωγῶν· τῷ γὰρ ὕπνῳ ἐγρήγορσις ἕπεται.

ιδ'. « Τοῦτο γὰρ ὑμῖν λέγομεν ἐν λόγῳ Κυρίου. » Οὐ γὰρ οἰκείοις χρώμεθα λογισμοῖς, ἀλλ' ἐκ θείας ἡμῖν ἀποκαλύψεως ἡ διδασκαλία γεγένηται. Τίς δὲ αὕτη, « Ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες, οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν [33] τοῦ Κυρίου, οὐ μὴ φθάσομεν τοὺς κοιμηθέντας. » Οὕτω, φησὶν, ὀξέως καὶ ταχέως, καὶ ἐν ἀκαρεῖ, οἱ τετελευτηκότες ἅπαντες ἀναστήσονται, ὡς τοὺς ἔτι κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν περιόντας προλαβεῖν, καὶ προαπαντῆσαι τῷ Σωτῆρι τῶν ὅλων. Τὸ γὰρ *ἡμεῖς οἱ ζῶντες*, οὐκ ἐπὶ τοῦ ἑαυτοῦ προσώπου τέθεικεν, ἀλλ' ἐπὶ τῶν κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν περιόντων ἀνθρώπων. Πιστοῦται δὲ τὸ τοῦ εἰρημένου παράδοξον τῇ δυνάμει τοῦ ἐνεργοῦντος.

ιε'. « Ὅτι αὐτὸς [34] ὁ Κύριος ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ σάλπιγγι [35] Θεοῦ καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ. » Αὐτὸς γὰρ πρῶτος τῶν ὅλων ὁ Κύριος ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐπιφανήσεται κατιών, τῶν ἀοράτων ἡγουμένων δυνάμεων, καὶ κελεύσει μὲν ἀρχάγγελον βοῆσαι, καὶ τοὺς νεκροὺς ἀναστῆσαι. Σάλπιγγες δὲ πανταχόθεν ἠχήσουσι μέγα τι καὶ ἐξαίσιον. Τοῦτο δὲ καὶ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἔφη· « Πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα, ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι. Σαλπίσει γὰρ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται ἄφθαρτοι, καὶ ἡμεῖς ἀλλαγησόμεθα. » Εἰ δὲ ἐν τῷ Σινᾷ ὄρει συμμέτρου τοῖς τότε παροῦσι γεγενημένης ἠχῆς, οὐκ ἤνεγκεν ὁ λαὸς τὴν τοῦ δέους ὑπερβολὴν, ἀλλὰ πρὸς τὸν μέγαν ἔφη Μωυσέα· « Λάλει πρὸς ἡμᾶς σὺ, καὶ μὴ λαλείτω ὁ Θεὸς πρὸς ἡμᾶς, ἵνα μὴ ἀποθάνωμεν· » τίς οἴσει τὴν ἐνεχθησομένην τότε φωνήν; Τὸ δὲ, *ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου*, τοῦτο σημαίνει, ὅτι κελευόμενός τις τῶν ἀρχαγγέλων παρακελεύσεται τοῖς νεκροῖς ἀναστῆναι· οἱ δὲ

[c] 1 Cor. xv, 51 [d] Exod. xx, 19.

VARIÆ LECTIONES.

[32] ὁ Θεὸς καὶ τούς. Noster in *Eranist.*, dialog. 3, p. 141 Sirm. Οὕτως ὁ Θεὸς καὶ, κ. τ. λ. *Hæret. fab.* l. c. [33] ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ K. est *Hæret. fab.* l. c. [34] αὐτὸς omissum a nostro ad Dan. VII, 13, sed illud habet *Hæret. fab.* v, [35] ἐν σαλπ. B et noster l. c. *Hæret. fab.* et ad l. c. Dan.

Digitized by Google

παραυτίκα ἀνίστανται, καὶ μετὰ τοσαύτης ὀξύτητος, ὡς προφθάσαι τοὺς ἔτι περιόντας. Τοιοῦτό τι καὶ ἐν τοῖς θείοις Εὐαγγελίοις ἐπὶ τῆς παραβολῆς τῶν παρθένων εἴρηται· « Μέσης δὲ νυκτὸς κραυγὴ γέγονεν· Ἰδοὺ ὁ νυμφίος ἔρχεται, ἐξέρχεσθε εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ. » — « Καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ [36] ἐγερθήσονται πρῶτον. » Νεκροὺς τοὺς πιστοὺς λέγει, οὐ μόνον [37] τοὺς τῷ Εὐαγγελίῳ πεπιστευκότας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν νόμῳ, καὶ τοὺς πρὸ νόμου διαλάμψαντας. Τοῦτο γὰρ καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους ἔφη· « Καὶ οὗτοι πάντες μαρτυρηθέντες διὰ τῆς πίστεως οὐκ ἐκομίσαντο τὴν ἐπαγγελίαν, τοῦ Θεοῦ περὶ ἡμῶν κρεῖττόν τι προβλεψαμένου, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσιν. » Ἅπαντες τοίνυν οἱ εὐσεβείᾳ λαμπρυνόμενοι, πρῶτοι τῆς ἀναστάσεως ἀπολαύσονται. Τοῦτο γὰρ καὶ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐδίδαξεν· « Ἀπαρχὴ γὰρ Χριστὸς, ἔπειτα οἱ τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ· εἶτα τὸ τέλος. »

ις'. « Ἔπειτα ἡμεῖς [38] οἱ ζῶντες, οἱ περιλειπόμενοι [39], ἅμα σὺν αὐτοῖς ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν [40] τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα, καὶ οὕτως [41] πάντοτε σὺν Κυρίῳ ἐσόμεθα. » Ἔδειξε τὸ μέγεθος τῆς τιμῆς. Ὥσπερ γὰρ αὐτὸς ὁ Δεσπότης ἐπὶ νεφέλης φωτεινῆς ἀνελήφθη· οὕτω καὶ οἱ εἰς αὐτὸν πεπιστευκότες, οἵ τε ἐκ νεκρῶν ἀνιστάμενοι, καὶ οἱ ἔτι περιόντες, ἐπὶ νεφελῶν ὀχούμενοι ὑπαντήσουσι τῷ τῶν ὅλων Κριτῇ, καὶ σὺν αὐτῷ διάγοντες τὸν ἀπέραντον αἰῶνα διατελέσουσι. Τοῦτο καὶ ὁ Κύριος ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις ἐδίδαξε· « Δύο εὑρεθήσονται ἐν τῇ κλίνῃ, εἷς παραλαμβάνεται, καὶ εἷς ἀφίεται· δύο ἐν τῷ μύλωνι, μία παραλαμβάνεται, [καὶ μία ἀφίεται·] δύο ἐν τῷ ἀγρῷ, εἷς παραλαμβάνεται, καὶ εἷς ἀφίεται. » Καὶ διὰ μὲν τῆς *κλίνης* τὴν εὐπορίαν ἠνίξατο· διὰ δὲ τοῦ *μύλωνος*, τήν τε δουλείαν καὶ τὴν θητείαν· διὰ δὲ τοῦ *ἀγροῦ*, τὸν γεωργικὸν βίον. Καὶ ἐδίδαξεν ὡς ἕκαστος βίος καὶ τοὺς σωζομένους ἔχει, καὶ τοὺς κολαζομένους. Οὕτω καὶ βασιλέως εἰς τινα πόλιν εἰσιόντος, οἱ μὲν ἐν τέλει καὶ ἀξιώτατοι πόρρω που ἀπαντῶσιν· οἱ δὲ ἐγκλήμασιν ὑπεύθυνοι ἔνδον προσμένουσι τὴν τοῦ κριτοῦ παρουσίαν.

ιζ'. « Ὥστε παρακαλεῖτε ἀλλήλους ἐν λόγοις [42] τούτοις. » Ταῦτα τοίνυν εἰδότες, φέρετε γενναίως τοῦ παρόντος αἰῶνος τὰ σκυθρωπά.

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

α', β'. « Περὶ δὲ τῶν χρόνων καὶ τῶν καιρῶν, ἀδελφοὶ, οὐ χρείαν ἔχετε ὑμῖν γράφεσθαι· αὐτοὶ γὰρ ἀκριβῶς οἴδατε, ὅτι ἡ ἡμέρα Κυρίου, ὡς κλέπτης ἐν νυκτὶ, οὕτως ἔρχεται. » Ὡς προδεδιδαγμένοις ταῦτα γράφει. Τὸ δὲ αἰφνίδιον τῆς Δεσποτικῆς παρουσίας ἀπείκασε κλέπτῃ. Καὶ γὰρ οὗτος πειρᾶται λαθεῖν, ἀλλ' ὁ φυλάττων τὴν οἰκίαν, τῆς τοῦ κλέπτου

statim resurgent, et tanta cum celeritate, ut eos præveniant qui adhuc erunt superstites. Tale quid etiam dictum est in sanctis Evangeliis in parabola virginum : « Media autem nocte clamor factus est : Ecce venit sponsus, egredimini in occursum ejus [e]. » — « Et mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. » Mortuos fideles dicit, non eos solum qui crediderunt Evangelio, sed eos etiam qui in lege et ante legem claruerunt. Hoc enim dicit etiam in Epistola ad Hebræos : « Ii omnes testimonio fidei comprobati, non tulerunt promissionem, cum Deus aliquid melius de nobis prævidisset, ut non absque nobis perficerentur [f]. » Omnes ergo quos pietas illustrarit resurrectionem primi consequentur. Hoc enim docuit etiam in Epistola ad Corinthios : « Primitiæ enim est Christus, deinde ii qui sunt Christi in ejus adventu ; deinde finis [g]. »

Vers. 16. « Deinde nos qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Domino in aera, et sic semper cum Domino erimus. » Ostendit magnitudinem honoris. Quemadmodum enim Dominus ipse in nube **521** lucida assumptus est : ita etiam qui in ipsum crediderunt, tum qui ex mortuis resurgent, tum qui adhuc supererunt, nubibus subvecti obviam ibunt Judici universorum, et cum ipso erunt per infinita sæcula. Hoc etiam nos docuit Dominus in sacris Evangeliis : « Duo invenientur in lecto, unus assumitur, et unus relinquitur : duæ in mola, una assumitur, [et una relinquitur]; duo in agro, unus assumitur, et unus dimittitur [h]. » Et per *lectum* quidem opes significavit ; per *molam* vero, servitutem et vitam mercenariam ; per *agrum* autem, vitam rusticam. Et docuit unamquamque vitam habere, et qui salventur, et qui puniantur. Ita enim cum rex in aliquam civitatem ingreditur, magistratus et primores quique procul obviam procedunt ; qui vero criminibus sunt obnoxii, intus exspectant adventum judicis.

Vers. 17. « Itaque consolamini invicem per verba ista. » Cum hæc itaque sciatis, ferte forti animo molestias quæ in hoc sæculo eveniunt.

CAP. V.

Vers. 1, 2. « De temporibus autem et momentis, fratres, non indigetis ut scribamus vobis. Ipsi enim diligenter scitis, quod dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniat. » Hæc scribit velut jam edoctis. Repentinum autem Domini adventum furi comparavit. Is enim conatur latere, sed qui domum custodit, furis adventum præsentit ; qui autem ne-

[e] Matth. xxv, 6. [f] Hebr. xi, 39, 40. [g] 1 Cor. xv, 23. [h] Luc. xvii, 34-36; Matth. xxv, 41.

VARIÆ LECTIONES.

[36] ἐν Χριστῷ abest a l. c. e Daniele una cum πρῶτον, pro quo habet : ἄφθαρτοι, et l. c. ex *Haret. fab.* πρῶτοι, sed ibi ἐν Χριστῷ legitur tamen. [37] μόνους B. [38] Καὶ ἡμεῖς est l. c. ad Dan. [39] παραλειπόμενοι, ibid. [40] εἰς ἀέρα, εἰς ὑπάντ. — τοῦ K. habet Epist. 115. p. 1028. Similis verborum trajectio infr. ad II Thess. II, 1. [41] οὕτως — ἐσόμεθα. Ita et ad Gal. IV, 7. Ad Dan. l. c. οὕτω. [42] τοῖς λόγοις B.

Digitized by Google

gligit et dormit, ei domus diripitur. Ita qui vigilat Dominici adventus signa percipit.

VERS. 3. « Cum **522** enim dixerint, Pax et securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus, sicut dolor in utero habenti, et non effugient. » Exemplum valde appositum. Quæ enim est gravida, scit se habere fetum in utero, nescit autem tempus pariendi : ita et nos venturum quidem universorum Dominum scimus : ipsum autem tempus certo non didicimus. Ideo diem illum oportet semper exspectare. Sic etiam dixit Dominus in divinis Evangeliis : « Sicut in diebus Noe comedebant, bibebant, uxores ducebant et nuptum dabant, donec venit diluvium, et perdidit omnes : ita erit adventus Filii hominis [1]. » Per omnia autem repentinum fore significavit.

VERS. 4, 5. « Vos autem, fratres, non estis in tenebris, ut vos dies illa tanquam fur comprehendat : omnes enim vos filii lucis estis, et filii diei : non sumus noctis, neque tenebrarum. » Perstitit enim in figura parabolica : et *tenebras* quidem vocat ignorationem, *diem* autem cognitionem. Dicit ergo : Vos, qui divinæ cognitionis radium suscepistis, fugite opera tenebrarum, ne in vos repente feratur sententia supplicii. Et permanens in exhortatione subjunxit :

VERS. 6. « Igitur non dormiamus, sicut et cæteri. » Illi nimirum, qui impietati serviunt. « Sed vigilemus et sobrii simus. » Deinde ex iis quæ fiunt in vita utilitatem comparat.

VERS. 7, 8. « Qui enim dormiunt, nocte dormiunt, et qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt. Nos autem qui diei sumus, sobrii simus. » Hoc etiam dixit alibi : « Nox præcessit, dies autem appropinquavit : abjiciamus ergo opera **523** tenebrarum, et induamus arma lucis [1]. » Eadem etiam hic arma profert. « Induamus loricam fidei et charitatis, et galeam, spem salutis. » Nos, inquit, pro thorace muniat fides in Deum, et charitas in proximum. Sit autem nobis infracta galea, spes salutis nobis promissæ.

VERS. 9, 10. « Quoniam non posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis, per Dominum nostrum Jesum Christum, qui mortuus est pro nobis. » Non enim nos ideo vocavit ut infligat supplicium, sed ut salute dignetur, et domesticos efficiat, cooperatore usus Christo Domino, qui pro nobis mortem subiit. « Ut, sive vigilemus, sive dormiamus, simul cum illo vivamus. » Ut et qui sunt mortui, et qui adhuc superstites sumus, vitæ cum eo participes simus. *Vigilantes* enim appella-

παρουσίας αἰσθάνεται· ὁ δὲ ὀλιγωρῶν καὶ καθεύδων ἀποσυλᾶται. Οὕτως ὁ νήφων τῆς Δεσποτικῆς ἐπιφανείας τὰ σημεῖα γινώσκει.

γ'. « Ὅταν δὲ λέγωσιν, Εἰρήνη καὶ ἀσφάλεια, τότε αἰφνίδιος αὐτοῖς ἐπίσταται ὄλεθρος, ὥσπερ ἡ ὠδὶν τῇ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, καὶ οὐ μὴ ἐκφύγωσι. » Σφόδρα πρόσφορον τὸ παράδειγμα. Καὶ γὰρ ἡ κύουσα οἶδεν ὅτι φέρει τὸ ἔμβρυον, ἀγνοεῖ δὲ τὸν τῶν ὠδίνων καιρόν. Οὕτω καὶ ἡμεῖς, ὅτι μὲν ἐπιφανήσεται τῶν ὅλων ὁ Κύριος, ἴσμεν· σαφῶς δὲ αὐτὸν τὸν καιρὸν οὐδαμῶς ἐδιδάχθημεν. Οὗ δὴ χάριν προσμένειν ἀεὶ δεῖ τὴν ἡμέραν ἐκείνην. Οὕτω καὶ ὁ Κύριος ἐν τοῖς θείοις Εὐαγγελίοις ἔφη· « Ὥσπερ ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ Νῶε ἦσθιον, ἔπινον, ἐγάμουν, ἐξεγαμίζοντο, ἕως ἦλθεν ὁ κατακλυσμὸς, καὶ ἀπώλεσεν ἅπαντας· οὕτως ἔσται ἡ παρουσία τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. » Διὰ πάντα [a] δὲ τὸ αἰφνίδιον αὐτῆς δεδήλωκεν.

δ', ε'. « Ὑμεῖς δὲ, ἀδελφοὶ, οὐκ ἐστὲ ἐν σκότει, ἵνα ἡ ἡμέρα ὑμᾶς ὡς κλέπτης καταλάβῃ. Πάντες γὰρ ὑμεῖς υἱοὶ φωτός ἐστε, καὶ υἱοὶ ἡμέρας· οὐκ ἐσμὲν νυκτὸς, οὐδὲ σκότους. » Τῷ γὰρ παραβολικῷ ἐπέμεινε σχήματι· καὶ *σκότος* μὲν καλεῖ τὴν ἄγνοιαν, *ἡμέραν* δὲ τὴν γνῶσιν. Λέγει τοίνυν, ὅτι Τῆς θεογνωσίας τὴν ἀκτῖνα δεξάμενοι, φεύγετε τὰ τοῦ σκότους ἐπιτηδεύματα, ἵνα μὴ ἐξαπιναίως ὑμῖν ἐπενεχθῇ τῆς τιμωρίας ἡ ψῆφος. Καὶ ἐπιμένων τῇ παραινέσει ἐπήγαγε·

ς'. « Ἄρα οὖν μὴ καθεύδωμεν, ὡς καὶ οἱ λοιποί. » Τρυτέστιν, οἱ τῇ δυσσεβείᾳ δουλεύοντες. « Ἀλλὰ γρηγορῶμεν καὶ νήφωμεν. » Εἶτα ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν βίον γινομένων πορίζει τὴν ὠφέλειαν.

ζ', η'. « Οἱ γὰρ καθεύδοντες νυκτὸς καθεύδουσι, καὶ οἱ μεθυσκόμενοι νυκτὸς μεθύουσιν. Ἡμεῖς δὲ ἡμέρας; ὄντες νήφωμεν. » Τοῦτο καὶ ἑτέρωθι [b] ἔφη· « Ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν· ἀποθώμεθα οὖν τὰ ἔργα τοῦ σκότους, καὶ ἐνδυσώμεθα τὰ ὅπλα τοῦ φωτός. » Ταῦτα καὶ ἐνταῦθα προσφέρει τὰ ὅπλα. « Ἐνδυσώμεθα θώρακα πίστεως καὶ ἀγάπης, καὶ περικεφαλαίαν ἐλπίδα σωτηρίας. » Φραξάτω ἡμᾶς, φησὶν, ἀντὶ θώρακος ἡ περὶ τὸν Θεὸν πίστις, καὶ ἡ περὶ τὸν πέλας ἀγάπη. Γενέσθω δὲ ἡμῖν κράνος ἀῤῥαγὲς ἡ τῆς ἐπηγγελμένης σωτηρίας ἐλπίς.

θ', ι'. « Ὅτι οὐκ ἔθετο ἡμᾶς ὁ Θεὸς εἰς ὀργὴν, ἀλλ' εἰς περιποίησιν σωτηρίας, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἀποθανόντος ὑπὲρ ἡμῶν. » Οὐ γὰρ τούτου χάριν ἡμᾶς ἐκάλεσεν, ἵνα δῷ τιμωρίαν, ἀλλ' ἵνα σωτηρίας ἀξιώσῃ, καὶ οἰκείους ἀποφήνῃ, συνεργῷ χρησάμενος τῷ Δεσπότῃ Χριστῷ, ὃς τὸν ὑπὲρ ἡμῶν κατεδέξατο θάνατον. « Ἵνα εἴτε γρηγορῶμεν, εἴτε καθεύδωμεν, ἅμα σὺν αὐτῷ ζήσωμεν. » Ἵνα καὶ οἱ τετελευτηκότες, καὶ οἱ ἔτι περιόντες, κοινωνήσωμεν αὐτῷ τῆς ζωῆς. Ἐγρη-

[1] Luc. XVII, 26, 27. [1] Rom. XIII, 12.

VARIÆ LECTIONES.

[a] πάντων B. [b] Ita B. Sirm. habebat ἑτέρωθεν.

Digitized by Google

γοροῦντας γὰρ ἐκάλεσε τοὺς ἔτι κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν περιόντας· *καθεύδοντας* δὲ τοὺς τετελευτηκότας. A

ια'. « Διὸ παρακαλεῖτε ἀλλήλους, καὶ οἰκοδομεῖτε εἷς τὸν ἕνα, καθὼς καὶ ποιεῖτε. » Ἀλλήλους τοιγαροῦν ψυχαγωγεῖτε, καὶ ἐπὶ ταύτης βεβαιοῦτε τῆς πίστεως. Οὕτω καὶ τοῦτον συμπεράνας τὸν λόγον, τὴν περὶ τῶν διδασκάλων αὐτοῖς προσφέρει παραίνεσιν.

ιβ', ιγ'. « Ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, εἰδέναι τοὺς κοπιῶντας ἐν ὑμῖν, καὶ προϊσταμένους ὑμῶν ἐν Κυρίῳ, καὶ νουθετοῦντας ὑμᾶς, καὶ ἡγεῖσθαι αὐτοὺς ὑπερεκπερισσοῦ ἐν ἀγάπῃ διὰ τὸ ἔργον αὐτῶν· εἰρηνεύετε ἐν αὐτοῖς. » Δίκαιον πάσης παρ' ὑμῶν ἀξιοῦσθαι τοὺς διδασκάλους τιμῆς, καὶ τὸ προσῆκον αὐτοῖς παρ' ὑμῶν προσφέρεσθαι γέρας, B καὶ μὴ ἀντιλέγειν τοῖς παρ' αὐτῶν λεγομένοις. Τοῦτο γὰρ λέγει, *Εἰρηνεύετε ἐν αὐτοῖς*. Τὸ δὲ, *προϊσταμένους ὑμῶν ἐν Κυρίῳ*, ἀντὶ τοῦ, ὑπερευχομένους ὑμῶν, καὶ τῷ Θεῷ τὴν ὑπὲρ ὑμῶν πρεσβείαν προσφέροντας. Τὸ δὲ, *Ἡγεῖσθε αὐτοὺς ὑπερεκπερισσοῦ ἐν ἀγάπῃ*, ἀντὶ τοῦ, Πλείονος αὐτοὺς ἀξιοῦτε τιμῆς μετὰ διαθέσεως προσφερομένης εἰλικρινοῦς.

ιδ'. « Παρακαλοῦμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, νουθετεῖτε τοὺς ἀτάκτους. » Τοὺς ἀργίᾳ συζῶντας οὕτως ἐκάλεσεν, ὡς τὴν κειμένην μὴ φυλάττοντας τάξιν· τούτους οὐ μισεῖσθαι, ἀλλὰ νουθετεῖσθαι προσέταξε. « Παραμυθεῖσθε τοὺς ὀλιγοψύχους. » *Ὀλιγοψύχους* τοὺς ἐπὶ τοῖς τεθνεῶσιν ἀμέτρως ἀθυμοῦντας ὠνόμασεν· ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς μὴ ἀνδρείως φέροντας τῶν ἐναντίων τὰς προσβολάς. « Ἀντέχεσθε τῶν ἀσθενῶν. » Τοὺς μὴ ἑδραίαν κεκτημένους πίστιν ὑπερείδετε. « Μακροθυμεῖτε πρὸς πάντας. » Καὶ τοὺς οἰκείους, καὶ τοὺς ἀλλοτρίους· τοῦτο γὰρ ἐπήγαγεν· C

ιε'. « Ὁρᾶτε μή τις κακὸν ἀντὶ κακοῦ τινι ἀποδῷ, ἀλλὰ πάντοτε τὸ ἀγαθὸν διώκετε, καὶ εἰς ἀλλήλους, καὶ εἰς πάντας. » Τοῦτο καὶ Ῥωμαίοις ἐπιστέλλων ἔγραψε· « Μὴ νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ, ἀλλὰ νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν. »

ις'. « Πάντοτε χαίρετε. » Καὶ ἐν πενίᾳ, καὶ ἐν ἀῤῥωστίᾳ, καὶ αἰκιζόμενοι, καὶ στρεβλούμενοι, καὶ καθειργόμενοι.

ιζ'. « Ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε. » Οὐδὲ τοῦτο D τῶν ἀδυνάτων· ῥᾴδιον γὰρ καὶ τῷ ἐσθίοντι τὸν Θεὸν ἀνυμνεῖν, καὶ τῷ βαδίζοντι τὴν θείαν συμμαχίαν αἰτεῖν.

ιη'. « Ἐν παντὶ εὐχαριστεῖτε. » Μὴ μόνον ἐν τοῖς θυμήρεσιν, ἀλλὰ κἀν τοῖς ἐναντίοις. Οἶδε γὰρ τὸ συμφέρον ὁ μεγαλόδωρος. « Τοῦτο γὰρ θέλημα Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ εἰς ὑμᾶς. » Ῥᾴδιον ἦν αὐτῷ κατασβέσαι πᾶσαν τὴν ζάλην, ἀλλὰ διὰ τρικυμιῶν βούλεται τὴν ἡμετέραν πραγματεύσασθαι σωτηρίαν.

ιθ'. « Τὸ πνεῦμα μὴ σβέννυτε. » Καὶ τί τὸ τοῦτο ποιοῦν;

vit eos qui erunt illo tempore superstites; *dormientes* autem, eos qui excesserint.

Vers. 11. « Propter quod consolamini invicem, et instruite unus alterum, sicut et facitis. » Consolamini ergo vos invicem, et in hac fide confirmate. Postquam hanc partem orationis perfecit, de doctoribus exhortationem aggreditur.

Vers. 12, 13. « Rogamus autem vos, fratres, ut noveritis eos qui laborant inter vos, et præsunt vobis in Domino, et monent vos : et plurimi faciatis illos in charitate propter opus illorum : pacem habete cum eis. » Æquum est ut doctores omnem apud vos honorem consequantur, et quod par est præmium eis a vobis tribuatur, nec iis quæ dicunt contradicatis. Hoc enim est quod ait, *Pacem cum eis habete.* **524** Illud vero, *qui vobis præsunt in Domino*, dictum pro, qui orant pro vobis, et Deo pro vobis intercessionem offerunt. Illud item, *Plurimi eos facite in charitate*, pro eo quod est, Habete eos in maximo honore, qui sincero affectu eis exhibeatur.

Vers. 14. « Rogamus autem vos, fratres, corripite dissolutos. » Viventes in otio ita vocavit, ut qui statutum ordinem non servarent, hos non odio habere, sed admonere et corripere præcepit. « Consolamini pusillanimes. » *Pusillanimes* appellavit eos qui pro mortuis immoderate tristantur : similiter eos etiam qui non fortiter ferunt insultus adversariorum. « Suscipite infirmos. » Constabilite eos qui non habent firmam fidem. « Patientes estote ad omnes, » tam domesticos, quam alienos. Hoc enim subjunxit :

Vers. 15. « Videte ne quis malum pro malo alicui reddat, sed semper quod bonum est sectamini, et in invicem, et in omnes. » Hoc etiam scripsit in Epistola ad Romanos : « Noli vinci a malo, sed vince malum per bonum [k]. »

Vers. 16. « Semper gaudete. » Et in paupertate, et in infirmitate, et dum probris et tormentis afficimini, et dum estis in vinculis.

Vers. 17. « Sine intermissione orate. » Neque hoc ex iis est quæ fieri non possunt : facile est enim etiam comedenti Deum laudare, et ei qui iter facit divinum auxilium postulare

Vers. 18. « In omnibus gratias agite. » Non solum in secundis, sed etiam in adversis. Novit enim quod utile est munificus Deus. « Hæc est enim voluntas Dei per Christum Jesum erga vos. » Erat ei facile sedare omnem tempestatem, sed per fluctus maximos nostram vult salutem **525** procurare.

Vers. 19. « Spiritum nolite exstinguere. » Et quid est quod hoc facit ?

[k] Rom. XII, 21.

Digitized by Google

VERS. 20. « Prophetias nolite spernere. » Nonnulli dicunt, diabolum etiam tempore apostolorum pseudoprophetas excitasse adversus prophetas, et quod nonnulli propter falsas prophetias eos etiam qui vera prædicebant prophetando prohiberent. His ergo præcipit ne gratiam propheticam prohibeant, quod, qui hoc faciunt, propemodum exstinguant splendorem qui ex ea procedit. Hoc ostendunt etiam quæ sequuntur.

A κ'. « Προφητείας μὴ ἐξουθενεῖτε. » Τινές φασιν, ὡς ἐπανέστησεν ὁ διάβολος καὶ κατὰ τὸν τῶν ἀποστόλων καιρὸν τοῖς προφήταις ψευδοπροφήτας, καὶ ὅτι τινὲς διὰ τὰς ψευδεῖς προφητείας καὶ τοὺς τἀληθῆ προαγορεύοντας προφητεύειν ἐκώλυον. Παρεγγυᾷ τοίνυν αὐτοῖς τὴν προφητικὴν μὴ κωλύειν χάριν, ὡς τῶν τοῦτο ποιούντων μονονουχὶ σβεννύντων τὴν ἐκεῖθεν φερομένην αὐγήν. Τοῦτο δηλοῖ καὶ τὰ ἑξῆς.

VERS. 21. « Omnia probate: quod bonum est, tenete. » Vobis facile est discernere quænam sint divini Spiritus, et quænam contrarii. Iis ergo secretis quæ sunt fallaciæ, quæ veritatis sunt tenete. Deinde generaliter dehortatur:

κα'. « Πάντα δοκιμάζετε, τὸ καλὸν κατέχετε. » Ῥᾴδιον ὑμῖν διαγνῶναι, τίνα μὲν τὰ τοῦ θείου Πνεύματος, τίνα δὲ τὰ τοῦ ἐναντίου. Τὰ τῆς ἀπάτης τοίνυν ἀποκρίναντες, τὰ τῆς ἀληθείας κατέχετε. Εἶτα γενικῶς ἀποτρέπει.

VERS. 22. « Ab omni specie mala abstinete. » Simul comprehendit ea quæ ad dogmata et quæ ad B mores pertinent.

κβ'. « Ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθε. » Κατὰ ταυτὸν συμπεριέλαβε τὰ δογματικὰ καὶ τὰ ἠθικά.

VERS. 23. « Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia. » Hoc est, perfecte. « Et integer spiritus vester, et anima, et corpus sine reprehensione in adventu Domini nostri Jesu Christi conservetur. » *Spiritum* appellavit gratiam. Oravit autem ut hæc in eis usque ad adventum Domini conservetur. Consequitur autem ejus conservatio puritatem animæ et corporis.

κγ'. « Αὐτὸς δὲ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἁγιάσαι ὑμᾶς ὁλοτελεῖς. » Τουτέστι, τελείως. « Καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα, καὶ ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα ἀμέμπτως ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τηρηθείη. » *Πνεῦμα* τὸ χάρισμα κέκληκε. Τοῦτο δὲ αὐτοῖς μέχρι τῆς Δεσποτικῆς παρουσίας ἐπηύξατο φυλαχθῆναι. Ἕπεται δὲ αὐτοῦ [15] ἡ φυλακὴ τῇ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος καθαρότητι.

VERS. 24. « Fidelis est qui vocat vos, qui etiam faciet. » *Fidelis*, pro eo quod est, verus. Qui enim ad salutem vocavit, bonum vestrum propositum adjuvabit. Rursus deinde suam ostendit modestiam.

κδ'. « Πιστὸς ὁ καλῶν ὑμᾶς, ὃς καὶ ποιήσει. » Το, *πιστὸς*, ἀντὶ τοῦ, ἀληθής. Ὁ γὰρ ἐπὶ τὸ σῶσαι καλέσας, τῷ ἀγαθῷ ὑμῶν συμπράξει σκοπῷ. Εἶτα πάλιν τὸ μέτριον αὐτοῦ δείκνυσι φρόνημα.

C

VERS. 25. « Fratres, orate pro nobis. » Hoc autem posuit, non solum ut orationis assequeretur auxilium: sed ut eos etiam modeste se gerere doceret.

κε'. « Ἀδελφοὶ, προσεύχεσθε περὶ ἡμῶν. » Τοῦτο δὲ τέθεικεν, οὐχ ἵνα λάβῃ μόνον τῆς εὐχῆς τὴν βοήθειαν, ἀλλ' ἵνα καὶ αὐτοὺς μετριάζειν διδάξῃ.

VERS. 26, 27. « Salutate fratres omnes **526** osculo sancto. Adjuro vos per Dominum, ut legatur Epistola omnibus sanctis fratribus. » Adjecit adjurationem, futuram ex lectione utilitatem omnibus procurans. Erat enim verisimile, eos qui primi Epistolam accepissent, non omnibus eam daturos.

κς', κζ'. « Ἀσπάσασθε τοὺς ἀδελφοὺς πάντας ἐν ἁγίῳ φιλήματι. Ὁρκίζω ὑμᾶς τὸν Κύριον, ἀναγνωσθῆναι τὴν Ἐπιστολὴν πᾶσι τοῖς ἁγίοις ἀδελφοῖς. » Τὸν ὅρκον προστέθεικε, πᾶσι τὴν ἐκ τῆς ἀναγνώσεως ὠφέλειαν πραγματευόμενος. Εἰκὸς γὰρ ἦν τοὺς πρώτους τὴν Ἐπιστολὴν δεξαμένους μὴ πᾶσι ταύτην προσενεγκεῖν.

VERS. 28. « Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum. Amen. » Hanc nos quoque consequamur: consequemur autem, si voluerimus. Est enim omnium nostrum apostolus et doctor, qui D hanc tradidit benedictionem. Si ergo latas leges servamus, et legislatoris etiam benedictionem metemus, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patrem cum sanctissimo Spiritu decet gloria et magnificentia, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

κη'. « Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μεθ' ὑμῶν. Ἀμήν. » Ταύτης καὶ ἡμεῖς ἀπολαύσαιμεν· ἀπολαυσόμεθα δὲ, ἢν ἐθελήσωμεν. Πάντων γὰρ ἡμῶν ἀπόστολος καὶ διδάσκαλος, ὁ τήνδε τὴν εὐλογίαν προσενεγκών. Ἢν τοίνυν τοὺς τεθέντας φυλάττωμεν νόμους, καὶ τοῦ νομοθέτου τὴν εὐλογίαν τρυγήσομεν· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, σὺν τῷ παναγίῳ Πνεύματι, δόξα πρέπει καὶ μεγαλοπρέπεια, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Prima ad Thessalonicenses scripta est Athenis.

Ἡ πρὸς Θεσσαλονικεῖς πρώτη ἐγράφη ἀπὸ Ἀθηνῶν.

VARIÆ LECTIONES.

[15] αὐτὴ B.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΤΗΣ Β' ΠΡΟΣ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΙΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.

—

BEATI THEODORETI

EPISCOPI CYRENSIS

INTERPRETATIO EPISTOLÆ II AD THESSALONICENSES.

—

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

τὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δεδομένων καταλελοιπότας νόμον. Τούτου δὴ χάριν ὁ θεῖος Ἀπόστολος εὐθὺς ἐν τῷ προοιμίῳ τῶν προφητῶν αὐτὸν ἁπάντων ἀποδείκνυσι κρείττονα. Εἶτα τῆς θεολογίας ἀρξάμενος, ἀΐδιον ἀποφαίνει, καὶ τοῦ Πατρὸς συναΐδιον, καὶ τῶν ἁπάντων δημιουργόν. Ἔπειτα τοῖς ἀγγέλοις παρεξετάσας, τὴν θείαν εἰς μέσον φέρει Γραφὴν, διαῤῥήδην διδάσκουσαν ὡς ὁ μὲν ἔστιν Υἱὸς καὶ Θεὸς, οἱ δὲ λειτουργοὶ καὶ ποιήματα. Ἐντεῦθεν δείκνυσιν ὡς τῶν διὰ Μωσέως παραχθέντων μείζονα τὰ παρὰ τοῦ Δεσπότου δεδομένα Χριστοῦ. Ὁ μὲν γὰρ ἔδωκε τὴν Παλαιὰν Διαθήκην· ὁ δὲ τὴν Καινὴν, ἣν διὰ τῶν παλαιῶν προεπηγγείλατο προφητῶν. Καὶ ὁ μὲν ὑπέσχετο δώσειν τὴν Παλαιστίνην· ὁ δὲ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Συγκρίνει δὲ καὶ τῇ Λευϊτικῇ ἱερωσύνῃ τὴν κατὰ τάξιν Μελχισεδὲκ, καὶ δείκνυσι τὴν ὑπεροχήν. Πρὸς τούτοις καὶ τοὺς πρὸ νόμου καὶ τοὺς ἐν νόμῳ τῆς εὐσεβείας τροφίμους διὰ πίστεως ἀποφαίνει περιβλέπτους γεγενημένους. Λέγει δὲ αὐτῶν καὶ τὰ πάθη καὶ τὴν ἀνδρείαν, τούτους πρὸς τοὺς κινδύνους ἀλείφων. Εἶτα τῶν οἰκείων αὐτοὺς ἀναμνήσας ἀγώνων καὶ στῆναι μέχρι τέλους ἀνδρείως παρακαλέσας, καὶ τοῖς δογματικοῖς καὶ ἠθικὴν συνάψας παραίνεσιν, πεπλήρωκε τὴν Ἐπιστολήν. Γέγραφε δὲ αὐτὴν [a] τῇ Ἑβραίων φωνῇ· ἑρμηνευθῆναι δὲ αὐτήν φασιν ὑπὸ Κλήμεντος. Ἡμεῖς δὲ λοιπὸν τῆς ἑρμηνείας ἀψώμεθα.

A divina ejus natura loqui incipiens, pronuntiat eum æternum, et Patri coæternum, et universorum opificem. Deinde cum angelis comparans, divinam Scripturam in medium affert, quæ aperte docet, ipsum quidem Filium esse et Deum, illos vero ministros et creaturas. Exinde ostendit iis quæ a Mose data sunt, majora esse quæ a Christo Domino sunt tradita. Ille enim dedit Vetus Testamentum : hic vero Novum, quod per veteres prophetas promiserat. Et ille quidem pollicitus est se daturum Palæstinam, hic vero regnum cœlorum. Jam vero confert etiam cum Levitico sacerdotio sacerdotium quod est secundum ordinem Melchisedeci, et ostendit quam sit longe excellentius. Adhæc autem ostendit, etiam eos qui ante legem et qui in lege fuerunt pietatis B alumni, per fidem claros et insignes fuisse. Dicit etiam illorum et ærumnas, et animi fortitudinem, eos ad pericula adeunda excitans. Deinde propria certamina ipsis in memoriam revocans, et ad finem usque forti animo stare adhortans, et cum dogmatibus moralem exhortationem conjungens, absolvit Epistolam. Scripsit autem eam lingua Hebraica. Ferunt autem Clementem eam interpretatum esse. Nos autem deinceps aggrediamur interpretationem.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

α', β'. « Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ Θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν [a] ἐν τοῖς προφήταις, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τούτων [b] ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν Υἱῷ. » Σαφῶς ἔδειξε τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ καὶ τῶν προφητῶν τὸ διάφορον. Αὐτὸν γὰρ μόνον *Υἱὸν* προσηγόρευσεν. Ἔοικε δὲ τὸ προοίμιον τῇ τοῦ Κυρίου παραβολῇ. Καὶ γὰρ ὁ Κύριος τοῖς Ἰουδαίοις τὴν περὶ τοῦ ἀμπελῶνος παραβολὴν εἰρηκὼς, ἔδειξε πρώτους μὲν δούλους ἀποσταλέντας πρὸς τοὺς πονηροὺς γεωργούς· εἶτα μετὰ τὴν ἐκείνων ἀναίρεσιν υἱὸν παραγενόμενον. Τὸ μέντοι, *πολυμερῶς*, τὰς παντοδαπὰς οἰκονομίας σημαίνει· τὸ δὲ, *πολυτρόπως*, τῶν θείων ὀπτασιῶν τὸ διάφορον. Ἄλλως γὰρ ὤφθη τῷ Ἀβραὰμ, καὶ ἄλλως τῷ Μωϋσῇ, καὶ ἑτέρως Ἠλίᾳ, καὶ ἄλλως τῷ Μιχαίᾳ. Καὶ Ἡσαΐας δὲ, καὶ Δανιὴλ, καὶ Ἰεζεκιὴλ, διάφορα ἐθεάσαντο σχήματα. Τοῦτο διδάσκων ὁ τῶν ὅλων ἔφη Θεός· « Ἐγὼ ὁράσεις ἐπλήθυνα, καὶ ἐν χερσὶ προφητῶν ὡμοιώθην. » Οὐ γὰρ πολύμορφος ἡ θεία φύσις, ἀλλὰ ἀνείδεός τε καὶ ἀσχημάτιστος, καὶ ἁπλῆ καὶ ἀσύνθετος. Οὐκ αὐτὴν τοίνυν ἐώρων τὴν ἀνέφικτον φύσιν, ἀλλά τινα σχήματα, ἃ πρὸς τὴν χρείαν ὁ ἀόρατος ἐδείκνυε Θεός. Τὸ μέντοι, *πολυμερῶς*, καὶ ἕτερον αἰνίττεται, ὅτι τῶν προφητῶν ἕκαστος μερικήν τινα οἰκονομίαν ἐνεχειρίζετο· ὁ δὲ τούτων Θεὸς, ὁ Δεσπότης, λέγω, Χριστὸς, οὐ μίαν τινὰ ὠκονόμησε χρείαν,

545 CAPUT PRIMUM.

Vers. 1, 2. « Multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus per prophetas, novissimis C diebus istis locutus est nobis per Filium. » Aperte ostendit differentiam Christi Domini et prophetarum : Ipsum enim solum appellavit *Filium*. Est autem proœmium simile parabolæ Domini. Etenim cum dixisset Dominus Judæis parabolam de vinea, ostendit primos quidem servos missos esse ad malos agricolas : deinde post illorum occisionem, filium advenisse. Jam quod ait *multifariam*, omnis generis dispensationes significat : quod vero *multis modis*, divinarum visionum differentiam. Aliter enim visus est Abrahæ, et aliter Mosi, et aliter Eliæ, et aliter Michææ. Sed et Isaias, et Daniel, et Ezechiel diversas figuras conspexere. Hoc docens aiebat universorum Deus : « Ego visiones multi- D plicavi, et in manibus prophetarum assimilatus sum [b]. » Non est enim divina natura multiformis, sed expers formæ ac figuræ, et simplex atque incomposita. Non ergo naturam ipsam videbant, quam assequi nemo potest : sed quasdam figuras, quas ad usum ostendebat Deus, qui sub aspectum non cadit. Porro autem *multifariam*, aliud quoque significat, nempe quod unicuique prophetarum singularis quædam dispensatio commissa fuerat : horum autem Deus, Christus, inquam, Dominus,

[b] Osee XII, 11.

VARIÆ LECTIONES.

[a] αὐτῃ B. Forte : αὐτῇ. [a] ἡμῶν. Noster dialog. 1 adversus Anomœos, p. 278 Garn. [b] ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμ. τ. Noster in Isaiæ II, 3 ; *Hær. fab.*, lib. V, c. 2, et l. c. contra Anom.

Digitized by Google

non uno aliquo munere functus est, sed, humana suscepta natura, omne quod est correxit, **546** et humanam salutem procuravit. Atque ita ostensum est, unum esse legislatorem et veterum et novorum. « Quem constituit hæredem universorum. » Ab humanis cœpit divinus Apostolus : et primo humiliora dicens, majora mox attingit. Hæres enim omnium Christus Dominus, non ut Deus, sed ut homo. Ut Deus enim omnium est effector. Qui autem est omnium opifex, natura est omnium Dominus. Hæres autem eorum efficitur dominus, quorum olim non erat dominus. Ita etiam qui credunt, hæredes sunt Dei, et cohæredes Christi [i]. Per gratiam enim capiunt, quod prius non habebant. Quod autem ipse sit universorum Dominus, subsequentia testantur. « Per quem fecit et sæcula. » Hoc divinitatem significat. Non solum enim eum ostendit creatorem, sed etiam æternum. Sæculum enim non est aliqua substantia, sed res quæ minime subsistit, consequens ea quæ genitam habent naturam. Appellatur enim *sæculum* etiam intervallum quod est a constitutione mundi usque ad consummationem. Ita enim et Dominus dixit : « Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi [j]. » Uniuscujusque etiam nostrum vitæ tempus sæculum vocavit divinus David. « Sæculum enim nostrum, inquit, ad illuminationem vultus tui [k]. » Futuræ quoque vitæ statum sæculum appellavit divinus Apostolus. « Non solum enim, inquit, in hoc sæculo, sed etiam in futuro [l]. » Et rursus : « Ut ostenderet in sæculis venientibus exsuperantes divitias gratiæ suæ benignitate in nos [m]. » Sæculum ergo est creatæ naturæ adnexa dimensio. *Sæculorum* vero *conditorem* **547** dixit Filium, docens eum esse æternum, et innuens illum semper fuisse quacunque temporali dimensione superiorem. Ita etiam de Deo et Patre vetus dicit Scriptura : Qui est ante sæcula, pro, Qui est semper. Deinde, quia Filium dicens, ipsum appellavit æternum, incredibile autem esse videbatur iis qui non sunt divinis initiati, ut qui sit filius, non sit tempore posterior eo, qui illum genuit, ex quadam oculis subjecta similitudine divinitatis veritatem demonstrat, et ait :

A ἀλλὰ τὸ πᾶν ἐνανθρωπήσας κατώρθωσε, καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἐπραγματεύσατο σωτηρίαν. Δέδεικται μέντοι ὡς εἷς τῶν παλαιῶν καὶ καινῶν νομοθέτης. « Ὃν ἔθηκε[δ] κληρονόμον πάντων. » Ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἦρξατο, καὶ τὰ ταπεινότερα πρῶτον λέγων, οὕτως ἅπτεται μειζόνων. Κληρονόμος γὰρ πάντων ὁ Δεσπότης Χριστὸς, οὐχ ὡς Θεὸς, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος. Ὡς γὰρ Θεὸς, ποιητής ἐστι πάντων· ὁ δὲ πάντων δημιουργὸς φύσει πάντων Δεσπότης. Ὁ δὲ κληρονόμος ἀποφαίνεται κύριος ὢν οὐκ ἦν πάλαι δεσπότης. Οὕτως οἱ πιστεύοντες, κληρονόμοι Θεοῦ, καὶ συγκληρονόμοι Χριστοῦ· χάριτι γὰρ λαμβάνουσιν ὃ μὴ πρότερον εἶχον. Ὅτι δὲ αὐτὸς τῶν ἁπάντων Δεσπότης, τὰ ἐπαγόμενα μαρτυρεῖ. « Δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησε. » Τοῦτο δηλωτικὸν τῆς θεότητος.

B Οὐ μόνον γὰρ αὐτὸν δημιουργὸν, ἀλλὰ καὶ ἀΐδιον ἔδειξεν. Ὁ γὰρ αἰὼν οὐκ οὐσία τις ἐστὶν, ἀλλ' ἀνυπόστατον χρῆμα, συμπαρομαρτοῦν τοῖς γεννητὴν ἔχουσι φύσιν. Καλεῖται γὰρ *αἰὼν* καὶ τὸ ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως μέχρι τῆς συντελείας διάστημα. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Κύριος ἔφη· « Ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. » Καὶ τῆς ἑκάστου δὲ ἡμῶν ζωῆς τὸν χρόνον, αἰῶνα κέκληκεν ὁ θεῖος Δαβίδ. « Ὁ αἰὼν γὰρ ἡμῶν, φησὶν, εἰς φωτισμὸν τοῦ προσώπου σου. » Καὶ τοῦ μέλλοντος δὲ βίου τὴν σύστασιν, αἰῶνα προσηγόρευσεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος. « Οὐ μόνον γὰρ, φησὶν, ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. » Καὶ πάλιν· « Ἵνα ἐνδείξηται ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς

C ἐπερχομένοις τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον τῆς χάριτος αὐτοῦ ἐν χρηστότητι ἐφ' ἡμᾶς. Αἰὼν τοίνυν ἐστὶ τὸ τῇ κτιστῇ φύσει παρεζευγμένον διάστημα. *Τῶν αἰώνων* δὲ *ποιητὴν* εἴρηκε τὸν Υἱὸν, ἀΐδιον αὐτὸν εἶναι διδάσκων, καὶ παιδεύων ἡμᾶς, ὡς ἀεὶ ἦν παντὸς οὑτινοσοῦν ὑπερκείμενος χρονικοῦ διαστήματος. Οὕτω περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἡ Παλαιὰ Γραφὴ λέγει· Ὁ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων, ἀντὶ τοῦ, Ὁ ἀεὶ ὤν. Εἶτα, ἐπειδὴ Υἱὸν εἰπὼν ἀΐδιον, αὐτὸν προσηγόρευσεν, ἀπίθανον δὲ εἶναί πως ἐδόκει τοῖς ἀμυήτοις τῶν θείων, τὸν υἱὸν ὄντα μὴ δεύτερον εἶναι τοῦ γεγεννηκότος τῷ χρόνῳ, ἀπό τινος ὁρωμένης εἰκόνος δείκνυσι τὴν τῆς θεολογίας ἀλήθειαν, καί φησιν·

VERS. 3. « Qui cum sit splendor gloriæ. » Splendor enim et ex igne est, et est cum igne : et causam quidem habet ignem, non potest autem ab igne separari. Ex quo enim est ignis, ex eo est etiam splendor. Si ergo in sensibilibus potest esse aliquid, quod ex aliquo sit, et una cum eo sit ex quo est : Ne dubites, inquit, Deum Verbum, unigenitum Dei Filium, et genitum esse ut Filium, et cum eo qui genuit una esse, ut Verbum, quod est splendor gloriæ. Ex quo enim gloria, ex eo etiam

D γ'. « Ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης. » Τὸ γὰρ ἀπαύγασμα καὶ ἐκ τοῦ πυρός ἐστι, καὶ σὺν τῷ πυρί ἐστι· καὶ αἴτιον μὲν ἔχει τὸ πῦρ, ἀχώριστον δέ ἐστι τοῦ πυρός. Ἐξ οὗ γὰρ τὸ πῦρ, ἐξ ἐκείνου καὶ τὸ ἀπαύγασμα. Εἰ τοίνυν ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν δυνατὸν εἶναί τι ἔκ τινος, καὶ συνυπάρχειν τούτῳ ἐξ οὗπερ ἐστι· Μὴ ἀμφιβάλῃς, φησὶν, ὡς ὁ Θεὸς Λόγος, ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, καὶ γεγέννηται ὡς Υἱὸς, καὶ συνυπάρχει τῷ γεγεννηκότι ὡς Λόγος, ὃς ἀπαύγασμα δόξης. Ἐξ οὗ γὰρ ἡ δόξα, ἐξ ἐκείνου καὶ τὸ

[i] Rom. VIII, 17. [j] Matth. XXVIII, 20. [k] Psal. LXXXIX, 8. [l] Ephes. I, 21. [m] Ephes. II, 7.

VARIÆ LECTIONES.

[δ] ἔθετο est in l. c. ex *Hær. fab.*, et ibid. lib. V, c. 6.

Digitized by Google

ἀπαύγασμα. Ἀεὶ δὲ ἡ δόξα, ἀεὶ τοίνυν καὶ τὸ ἀπαύγασμα. Καὶ τῷ πυρὶ δὲ ὁμοφυὲς τὸ ἀπαύγασμα· οὐκοῦν καὶ ὁ Υἱὸς τῷ Πατρί. Καὶ ἐπειδὴ τοῦ ἀπαυγάσματος ἡ εἰκὼν τὸ μὲν συναΐδιον καὶ ὁμοούσιον ἀποχρώντως δεδήλωκεν, ἀφορμὴν δὲ παρεῖχε βλασφημίας τοῖς τὰ Σαβελλίου καὶ Φωτεινοῦ νοσοῦσι· καθ' ἑαυτὸ γὰρ οὐχ ὑφέστηκε τὸ ἀπαύγασμα· δι' ἑτέρας εἰκόνος καὶ ταύτην ἐξορίζει τὴν βλασφημίαν. ἐπάγει γάρ. « Καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. » Καθ' ἑαυτὸν, γὰρ, φησὶν, ὑφέστηκεν, ὅλον ἐν ἑαυτῷ δεικνὺς τὸν Πατέρα. Τοὺς γὰρ πατρικοὺς περίκειται χαρακτῆρας. Τούτῳ ἔοικε τὸ ὑπὸ τοῦ Κυρίου πρὸς τὸν Φίλιππον εἰρημένον· « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν Πατέρα μου. » Οὕτω διὰ πλειόνων ὀνομάτων ἐδίδαξεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, καὶ τὸ γνήσιον τῆς γεννήσεως, καὶ τὸ ὁμοούσιον, καὶ τὸ συναΐδιον. Ἐπειδὴ γὰρ πάντα νοῦν ὑπερβαίνει τὰ θεῖα, καὶ οὐχ οἷόν τε διὰ μιᾶς μόνης εἰκόνος τὸ τῆς θεολογίας διδάξαι μυστήριον, διὰ πλειόνων τοῦτο ποιεῖν ἀναγκάζονται τῆς ἀληθείας οἱ κήρυκες. Οὕτως ὁ θεσπέσιος Ἰωάννης Λόγον ὠνόμασε τὸν Υἱόν. Ἐπειδὴ γὰρ τῇ ἀνθρωπίνῃ γεννήσει καὶ πάθος καὶ χρόνος συνέζευκται, ἀναγκαίως αὐτὸν προσηγόρευσε Λόγον, ἵνα δείξῃ καὶ τὸ ἀπαθὲς, καὶ τὸ ἄχρονον τῆς γεννήσεως. Ὅπως δὲ μηδεὶς ὑπολάβῃ πάλιν ἀνυπόστατον αὐτὸν εἶναι Λόγον, ὁ Μάρκελλος πέπονθε, καὶ Φωτεινὸς, καὶ Παῦλος, ἀναγκαίως προστέθεικε· « Καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος, » καὶ τὴν ἰδίαν αὐτοῦ σημαίνων ὑπόστασιν, καὶ τὴν μίαν φύσιν ἐμφαίνων, καὶ τῆς γεννήσεως τὸ ἀπαθές τε καὶ ἄχρονον ἐκπαιδεύων. Οὕτως ὁ μακάριος Παῦλος *Υἱὸν* μὲν αὐτὸν προσηγόρευσεν, ἄλλον αὐτὸν παρὰ τὸν Πατέρα δεικνὺς κατὰ τὸν τῆς ἰδιότητος λόγον. *Τῶν αἰώνων* δὲ αὐτὸν εἴρηκε *Ποιητὴν*, τὸ ἄϊδιον αὐτοῦ διὰ τούτων διδάσκων. Ὠνόμασε δὲ αὐτὸν καὶ *ἀπαύγασμα δόξης*, καὶ τὸ συναΐδιον διὰ τούτου, καὶ τὸ ταυτὸν τῆς οὐσίας σημαίνων. Ἐκ γὰρ τῆς τοῦ πυρὸς φύσεως τὸ ἀπαύγασμα. Προστέθεικε δὲ ὅτι καὶ *χαρακτὴρ* ἐστιν *ὑποστάσεως*, ἀμφότερα κατὰ ταυτὸν διδάσκων, ὅτι καὶ καθ' ἑαυτὸν ὑφέστηκε, καὶ ἐν ἑαυτῷ δείκνυσι τοὺς πατρικοὺς χαρακτῆρας. Προστίθησι δὲ καὶ ἕτερον· « Φέρων τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. » Οὐ γὰρ μόνον τὰ πάντα πεποίηκεν, ἀλλὰ καὶ ἰθύνει ταῦτα καὶ κυβερνᾷ. Τὴν δὲ τῆς δυνάμεως ὑπερβολὴν ἔδειξεν, εἰρηκὼς ὀρκεῖν αὐτῷ λόγον εἰς τὴν ἁπάντων δημιουργίαν τε καὶ προμήθειαν. Εἶπε γάρ· « Γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς. » Καὶ εἶπε· « Γενηθήτω στερέωμα, καὶ ἐγένετο οὕτως· » καὶ τἆλλα πάντα ὁμοίως. Οὕτω καὶ ὁ μακάριος ἔφη Δαβὶδ, ὅτι « Αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν. » Ταύτης τῆς θεολογίας τὸ ἀναμφίλεκτον ὁρῶντες οἱ τὰ Ἀρείου φρονοῦντες, τῶν ἀποστολικῶν θησαυρῶν ἐκβάλλειν τήνδε τὴν Ἐπιστολὴν ἐπειράθησαν. Οὗ δὴ χάριν ἡμεῖς ταῖς εὐαγγελικαῖς αὐτὴν συμ-

est splendor. Semper autem gloria : semper ergo et splendor. Ejusdem etiam naturæ est splendor cum igne : ergo etiam Filius cum Patre. Et quoniam splendoris similitudo coæternitatem quidem et ejusdem substantiæ æqualitatem abunde declaravit, sed blasphemiæ occasionem præbebat iis qui Sabellii et Photini morbo laborant, splendor enim per se non subsistit : per aliam similitudinem hanc quoque blasphemiam exterminat. Subjungit enim : « Et figura substantiæ ejus. » Per se enim, inquit, subsistit, totum in se Patrem ostendens. In se enim paternos characteres continet. Huic simile est quod Philippo dictum est a Domino : **548** « Qui vidit me, vidit Patrem meum [n]. » Ita per plura vocabula nos docuit divinus Apostolus et veram ac germanam generationem, et eamdem cum Patre substantiam et coæternitatem. Quoniam enim divina superant omnem intelligentiam, et fieri non poterat, ut per unam solam similitudinem doceretur divinitatis mysterium : per plura hoc facere coguntur veritatis præcones. Ita divinus Joannes Verbum appellavit Filium. Quoniam enim cum humana generatione conjuncta est et passio et tempus, eum necessario vocavit Verbum, ut ostenderet generationem esse et impatibilem et temporis expertem. Ne quis autem rursus existimaret, eum non subsistens esse Verbum, quod Marcello, Photino et Paulo usu venit, necessario adjecit : « Et Deus erat Verbum, » et propriam ejus significans substantiam, et unam demonstrans naturam, et docens generationem esse et impatibilem et temporis expertem. Ita beatus Paulus ipsum quidem *Filium* appellavit, alium ostendens a Patre, quod attinet ad rationem proprietatis. *Sæculorum* autem ipsum dixit *effectorem*, per hæc docens ejus æternitatem. Eum autem nominavit etiam *gloriæ splendorem* per hoc et coæternitatem et eamdem substantiam significans. Ex ignis enim natura est splendor. Adjecit præterea, eum esse *characterem substantiæ*, utrumque simul docens : quod nimirum et per se subsistat, et in se paternos ostendat characteres. Jam vero aliud quoque adjecit : « Portansque omnia verbo virtutis suæ. » Non solum enim fecit omnia, sed ea etiam regit et gubernat. Insignem autem ejus ostendit **549** potentiam, cum dixit, verbum ei sufficere ad omnium fabricationem et eorum providentiam. Dixit enim : « Fiat lux, et facta est lux [o]. » Et dixit : « Fiat firmamentum, et sic factum est [p]; » et alia omnia similiter. Ita etiam dixit beatus David : « Ipse dixit, et facta sunt : ipse mandavit, et creata sunt [q]. » Cum hujus theologiæ nullam esse dubitationem viderent qui cum Ario sentiunt, ex apostolicis thesauris hanc Epistolam ejicere conati

[n] Joan. XIV, 9. [o] Gen. I, 3. [p] ibid. 6, 7. [q] Psal. XXXII, 9.

VARIÆ LECTIONES.

[a] ἰδίδ. ἡμᾶς B.

Digitized by Google

sunt. Ideo nos eam ostendimus consentire doctrinæ evangelicæ. Divinus autem Apostolus, postquam de natura divina disseruit, transit ad humana, docens dispensationis mysterium. « Per seipsum purgationem peccatorum nostrorum faciens, sedit ad dexteram majestatis in excelsis. Δι' αὐτοῦ, aspirate legendum, pro δι' ἑαυτοῦ, hoc est *per seipsum*. Hic enim Patris Filius, qui est una cum Genitore, qui omnia creat et administrat, qui Patrem in seipso ostendit, homo factus nostram operatus est salutem. Illud autem, *sedit ad dexteram majestatis in excelsis*, juxta humanitatem dictum est. Cum enim esset Altissimus, humiliavit seipsum, et cum Deus esset, homo factus est. Non humilis cum esset, in altum evectus est : neque homo cum esset, Deus factus est. Sed ut Deus quidem Dominus semper erat universorum ; ut homo autem, gloriam accepit quam habebat ut Deus. Hoc etiam dixit ipse in sacris Evangeliis : « Pater, glorifica me gloria, quam habui, antequam mundus esset, apud te[r]. » Et petiit, non ut acciperet quæ non habebat, sed ut ea ostenderentur quæ habebat.

A φωνοῦσαν διδασκαλίαις ἐδείξαμεν. Ὁ μέντοι θεῖος Ἀπόστολος οὕτω τὰ περὶ τῆς θείας διεξελθὼν φύσεως, ἐπὶ τὰ ἀνθρώπεια μεταβαίνει, διδάσκων τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον. « Δι' αὐτοῦ καθαρισμὸν ποιησάμενος τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς. » Τὸ, *δι' αὐτοῦ* δασέως ἀναγινώσκειν προσήκει, ἀντὶ τοῦ, δι' ἑαυτοῦ. Οὗτος γὰρ ὁ τοῦ Πατρὸς Υἱὸς, ὁ τῷ γεγεννηκότι συνὼν, ὁ ἁπάντων δημιουργός τε καὶ πρύτανις, ὁ ἐν αὐτῷ δεικνὺς τὸν Πατέρα, τὴν ἡμετέραν ἐνανθρωπήσας ἐπραγματεύσατο σωτηρίαν. Τὸ δὲ *ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς*, ἀνθρωπίνως εἴρηται. Ὕψιστος γὰρ ὢν ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, καὶ Θεὸς ὢν ἐνηνθρώπησεν. Οὐ ταπεινὸς ὢν ὑψώθη, οὐδὲ ἄνθρωπος ὢν Θεὸς ἐγένετο· ἀλλ' ὡς μὲν B Θεὸς Δεσπότης ἦν τῶν ὅλων ἀεὶ, ὡς δὲ ἄνθρωπος προσέλαβε δόξαν, ἣνπερ εἶχεν ὡς Θεός. Τοῦτο καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις ἔφη· « Πάτερ, δόξασόν με τῇ δόξῃ, ᾗ εἶχον, πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι, παρὰ σοί. Καὶ ᾔτησεν οὐ λαβεῖν ἅπερ οὐκ εἶχεν, ἀλλ' ἅπερ εἶχε δειχθῆναι.

Vers. 4. « Tanto melior angelis **550** effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditate accepit. » Hoc etiam dixit juxta humanitatem. Nam ut Deus, creator est et Dominus angelorum : ut homo autem, post resurrectionem et ascensionem in cœlos, angelis præstantior evasit. Siquidem minor angelis erat propter mortis perpessionem. « Eum enim, qui paulo minus ab angelis est C diminutus, videmus Jesum, propter perpessionem mortis[s]. » Quemadmodum ergo minor erat angelis ut homo, quoniam illi quidem habent naturam immortalem, ipse vero sustinuit passionem : ita postquam ascendit in cœlos, angelis præstantior effectus est. « Sedit enim super omnem Principatum, et Potestatem, et Virtutem, et Dominationem, et omne nomen quod nominatur, non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro[t]. » Facit autem etiam ex nominibus comparationem divinus Apostolus. Ita eum cum prophetis quoque contulit, Filium esse ostendens Christum Dominum. Ita etiam de angelis agens, filiationis meminit, et ea ratione differentiam ostendit. *Tanto* enim, inquit, *præstantior angelis effectus, quanto excellentius illis nomen sortitus est.* Quod autem Filii nomen dicit, docent quæ subjunguntur.

δ'. « Τοσούτῳ κρείττων γενόμενος τῶν[s] ἀγγέλων, ὅσῳ διαφορώτερον[9] παρ' αὐτοὺς κεκληρονόμηκεν ὄνομα. » Καὶ τοῦτο δὲ κατὰ τὸ ἀνθρώπειον εἴρηκεν· ὡς γὰρ Θεὸς, ποιητὴς ἀγγέλων, καὶ Δεσπότης ἀγγέλων· ὡς δὲ ἄνθρωπος, μετὰ τὴν ἀνάστασιν καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάβασιν, κρείττων ἀγγέλων ἐγένετο· ἐπειδὴ καὶ ἐλάττων ἦν ἀγγέλων διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου. « Τὸν γὰρ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου. » Ὥσπερ τοίνυν ἐλάττων ἦν ἀγγέλων ὡς ἄνθρωπος, ἐπειδὴ ἐκεῖνοι μὲν ἀθάνατον ἔχουσι φύσιν, αὐτὸς δὲ τὸ πάθος ὑπέμεινεν· οὕτω μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάβασιν κρείττων ἀγγέλων ἐγένετο. « Ἐκάθισε γὰρ ἐπάνω πάσης Ἀρχῆς, καὶ Ἐξουσίας, καὶ Δυνάμεως, καὶ Κυριότητος, καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. » Ποιεῖται δὲ τὴν σύγκρισιν καὶ ἐκ τῶν ὀνομάτων ὁ θεῖος Ἀπόστολος. Οὕτω καὶ πρὸς τοὺς προφήτας παρεξέτασιν ἐποιήσατο, Υἱὸν δείξας τὸν Δεσπότην Χριστόν· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἀγγέλων τῆς υἱότητος μνημονεύει, καὶ ταύτῃ δείκνυσι τὸ διάφορον. *Τοσούτῳ* γὰρ, φησὶ, *κρείττων γερόμενος ἀγγέλων, ὅσῳ διαφορώτερον παρ' αὐτοὺς κεκληρονόμηκεν ὄνομα.* Ὅτι δὲ τῆς υἱότητος ὄνομα λέγει, τὰ ἐπαγόμενα διδάσκει.

Vers. 5. « Cui enim dixit aliquando angelorum : Filius meus es tu, ego hodie genui te? » et rursus : « Ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in filium? » Hæc autem rursus dixit secundum humanitatem. Hoc enim ostendit, *Ero illi in patrem, et ipse erit*

ε'. « Τίνι γὰρ[10] εἶπέ ποτε τῶν ἀγγέλων· Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε; « Καὶ πάλιν· « Ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἱόν; « Ταῦτα δὲ πάλιν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον εἴρηκε. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ *Ἔσομαι αὐτῷ εἰς πα-*

[r] Joan. xvii, 5. [s] Hebr. ii, 9. [t] Ephes. i, 21.

VARIÆ LECTIONES.

[r] ἐκάθισεν — γεγέννηκά σε, v. 5. Noster ad psal. lxxxviii, 30. [s] τῶν omittit in interpretatione. [9] καὶ διαφ. Supra ad Philipp. ii, 9. [10] Τίνι γάρ ποτε τ. ἀγγ. αὐτοῦ—εἰς Υἱόν. Noster quæst. 21 ad II Reg., et ad I. c. Epist. ad Philipp.

Digitized by Google

τέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἱόν. Μέλλοντος γὰρ ταῦτα χρόνου. Καὶ μέντοι καὶ τὸ, *Σήμερον γεγέννηκά σε*, οὐ τὴν αἰώνιον δηλοῖ γέννησιν, ἀλλὰ τὴν τῷ χρόνῳ συνεζευγμένην. Τοιοῦτόν ἐστι τό· « Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε. » Καὶ τὸ πρὸ τούτων δὲ εἰρημένον, τὸ, *κεκληρονόμηκεν ὄνομα*, τούτοις σύμφωνον. Ὁ γὰρ φύσει Υἱὸς, οὐ κατὰ χάριν τοῦτο λαμβάνει· ἔχει γὰρ αὐτὸ κατὰ φύσιν. Ἀλλ' ὡς ἔφην ἤδη, τὰ θεῖα διδάξας, ἐνταῦθα τὰ περὶ τῆς οἰκονομίας διέξεισι, καὶ διδάσκει, ὡς αὐτὸς καὶ ποιητὴς πάντων ὡς Θεὸς, καὶ κληρονόμος πάντων ὡς ἄνθρωπος· καὶ δημιουργὸς ἀγγέλων ὡς Θεὸς, καὶ κρείττων γέγονε τούτων ὡς ἄνθρωπος· καὶ φύσει Υἱὸς, καὶ λαμβάνει τοῦτο πάλιν ὡς ἄνθρωπος ὅπερ εἶχεν ὡς Θεός. Καὶ τὰ ἑπαγόμενα δὲ συνῳδὰ τοῖς εἰρημένοις.

ς'. « Ὅταν [11] δὲ πάλιν εἰσαγάγῃ τὸν Πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει· Καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ. » Ἀμφότερά τε, καὶ τὸ, *εἰσαγάγῃ τὸν Πρωτότοκον*, καὶ πρὸς τούτοις τὸ *προσκυνησάτωσαν*, τὴν οἰκονομίαν αἰνίττεται. Ὁ γὰρ φέρων τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, καὶ τῶν αἰώνων ποιητὴς καὶ δημιουργὸς, πόθεν εἰς τὴν οἰκουμένην εἰσέρχεται; Πῶς δὲ Πρωτότοκος ὁ Μονογενής; Εἰ δὲ καὶ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν αὐτὸν οἱ ἄγγελοι προσεκύνησαν, πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως ταύτην αὐτῷ τιμὴν οὐ προσέφερον; Ἀλλὰ καὶ παντα-χοῦ ἦν ὡς Θεὸς, καὶ εἰς τὴν οἰκουμένην εἰσῆλθεν ὡς ἄνθρωπος. Οὕτω καὶ ὁ θεσπέσιος εἴρηκεν Ἰωάννης· « Ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω· εἰς τὰ ἴδια ἦλθεν, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον. » Ἐναντία δὲ εἶναί πως ταῦτα δοκεῖ. Εἰ γὰρ ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, πῶς ἦλθεν; Εἰ δὲ ἦλθε, πῶς ἐν τῷ κόσμῳ ἦν; Ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ κόσμῳ ἦν ὡς Θεὸς, καὶ ἦλθεν ὡς ἄνθρωπος. Οὕτω καὶ Μονογενής ἐστιν ὡς Θεὸς, καὶ Πρωτότοκος ὡς ἄνθρωπος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς. Οὕτως ἀεὶ τὸ σέβας παρὰ τῶν ἀγγέλων ἐδέχετο· ἦν γὰρ ἀεὶ Θεός· προσεκύνησαν δὲ αὐτὸν καὶ ὡς ἄνθρωπον. Ταύτην καὶ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον τὴν παρεξέτασιν ποιησάμενος, πάλιν ἐπὶ τὰ θεῖα μεταβαίνει, καί φησι·

ζ'-θ'. « Καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἀγγέλους λέγει· Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα. Πρὸς δὲ τὸν Υἱόν· Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. Ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν, διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. » Σαφῶς δὲ διὰ τούτων ἔδειξε τοὺς μὲν ἀγγέλους κτιστὴν ἔχοντας φύσιν, τὸν δὲ μονογενῆ Υἱὸν ἄκτιστον καὶ ἀΐδιον. *Ὁ θρόνος σου* γὰρ, φησὶν, *ὁ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος*. Ἐδίδαξε δὲ διὰ τούτων ἡμᾶς, ὡς τὸ, *Ἐκάθισεν ἐν*

mihi in filium. Sunt hæc enim futuri temporis. Quinetiam **551** et illud, *Ego hodie genui te*, non æternam significat generationem, sed eam quæ tempori conjuncta est. Tale est illud : « Hodie si vocem ejus audieritis [u]. » Et etiam quod ante dictum est, *nomen hæreditavit*, his consentit. Qui enim est natura Filius, non hoc accipit per gratiam : hoc enim habet per naturam. Sed, ut jam dixi, postquam divina docuit quæ ad incarnationem spectant, exponit hoc loco, docetque ipsum et omnium effectorem esse, ut Deum, et omnium hæredem, ut hominem ; et angelorum opificem esse, ut Deum, et çis factum esse præstantiorem, ut hominem : et natura Filium esse, et id rursus accipere ut hominem, quod habuit ut Deus. Consentiunt autem iis quæ dicta sunt ea quæ subjungit.

Vers. 6. « Et cum iterum introducit Primogenitum in orbem terræ, dicit : Et adorent eum omnes angeli Dei. » Utrumque, et, *introducit Primogenitum*, et præterea, *adorent*, innuunt dispensationem. Qui enim fert omnia verbo virtutis suæ, et est sæculorum conditor, undenam venit in orbem terrarum? Quomodo autem Primogenitus, qui est Unigenitus? Quod si etiam post incarnationem eum angeli adoraverunt : ante humanam susceptam naturam hunc ei honorem non exhibebant? Verum et ubique erat ut Deus, et in orbem terrarum ut homo ingressus est. Ita etiam divinus ait Joannes ; « In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit : in propria venit, et sui eum non receperunt [v]. » Hæc autem videntur esse quodammodo contraria. Si enim erat in mundo, quomodo venit? si autem venit, quomodo erat in mundo? Sed in **552** mundo erat ut Deus : et venit ut homo. Ita etiam Unigenitus est, ut Deus : et Primogenitus, ut homo, in multis fratribus. Ita semper adorationem suscipiebat ab angelis, erat enim semper Deus : adorarunt autem ipsum etiam ut hominem. Cum hanc ejus etiam secundum humanitatem comparationem instituisset, ad divina rursus transit, et dicit :

Vers. 7-9. « Et ad angelos quidem dicit : Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis. Ad Filium autem : Thronus tuus, Deus, in sæculum sæculi, virga æquitatis virga regni tui. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem. Propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo exsultationis præ participibus tuis. » Per hæc autem aperte ostendit, angelos quidem creatam habere naturam : unigenitum autem Filium, increatam et æternam. *Thronus* enim *tuus, Deus*, inquit, « *in sæculum sæculi*. Porro per hæc quoque nos docuit, quod illud, *Sedit ad dexteram majestatis in excelsis*, secundum

[u] Psal. xciv, 7. [v] Joan. i, 10, 11.

VARIÆ LECTIONES.

[11] Ὅτ' ἂν — Θεοῦ. Noster ad psal. lxxxvi, 7.

Digitized by Google

humanitatem dixerit. Ut Deus enim, æternam habet sedem, et regnum quod est expers principii et finis. Quinetiam hic quoque conjuncta sunt humana. Illud enim, *Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem : propterea unxit te Deus, Deus tuus*, dictum est juxta humanitatem. Etenim propheta Isaias, de Emmanuele vaticinans, hæc quoque adjecit : « Priusquam cognosceret puellus bonum vel malum, noff obedivit improbitati, ut eligeret bonum [x]. » Sed et unctio præterea non erat divinitatis, sed humanitatis. Hoc vero docet etiam differentia. *Oleum* enim, inquit, *exsultationis præ participibus tuis.* **553** Nos autem consortes sumus et participes non divinitatis, sed humanitatis. Hoc etiam docuit divinus Apostolus in Epistola ad Philippenses. « Transfigurabit enim, inquit, corpus humilitatis nostræ, ut sit ipsum conforme corpori gloriæ suæ [y]. » Neque enim erit corpus sanctorum conforme divinitati, sed corpori gloriæ. Atque hoc quidem certe testimonium Arii blasphemiam convincit; ostendit enim, æternum esse Dei Verbi thronum, et personarum biga Sabellii confusionem exegit. Hoc ipsum autem etiam obstruit os impudens Judæorum. Divinus autem Apostolus adjecit etiam aliud testimonium, quod divinam ejus naturam prædicat.

VERS. 10-12. « Et tu in principio, Domine, terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanes, et omnes ut vestimentum veterascent. Et velut amictum convolves eos, et mutabuntur : tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient. » Ostendit, ipsum esse universorum opificem : per cœlum enim et terram, comprehendit omnia quæ in eis sunt. Docuit eum a conversione et mutatione alienum : hoc enim significat, *Ipsi peribunt, tu autem permanes.* Significavit etiam ab eo faciendam creaturæ mutationem in melius, ipsum autem esse principii et exitus expertem. *Tu enim*, inquit, *idem ipse es, et anni tui non deficient.* Non enim factus es, sed es, nec aliquam suscipis mutationem. Semper enim idem es. Porro autem significant hæc etiam divinitatem impatibilem. Si enim passa est, quomodo est eadem ? Mutata est enim, et si tres dies in morte egit, ejus anni defecerunt. Sed nos et **554** Propheta docet et Apostolus : ille quidem scribens testimonium, hic vero eo usus, quod idem ipse sit semper, et anni ejus non defecturi sint. Cum de divinis ita disseruisset, rursus transit ad humana.

VERS. 13. « Ad quem autem angelorum dixit aliquando : Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum ? » Non enim ut Deo dicit, *Sede a dexteris meis :* quomodo enim ? Nam « thronus ejus est in sæculum sæculi. » Ut homo ergo hunc honorem sortitus est : ut Deus enim æternam sedem habet.

[x] Isa. VII, 16. [y] Philipp. III, 21.

A δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς, ἀνθρωπίνως εἴρηκεν. Ὡς γὰρ Θεὸς, αἰώνιον ἔχει τὸν θρόνον, καὶ ἄναρχον τὴν βασιλείαν, καὶ ἀτελεύτητον. Καὶ ἐνταῦθα μέντοι συνέζευκται τὰ ἀνθρώπεια. Τὸ γὰρ, *Ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν, διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου*, κατὰ τὸ ἀνθρώπειον εἴρηται. Καὶ γὰρ ὁ προφήτης Ἡσαΐας τὰ περὶ τοῦ Ἐμμανουὴλ προθεσπίσας, καὶ ταῦτα προστέθεικε· « Πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον ἀγαθὸν ἢ κακὸν, ἀπειθεῖ πονηρίᾳ, τοῦ ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν. » Καὶ ἡ χρίσις δὲ οὐ τῆς θεότητος, ἀλλὰ τῆς ἀνθρωπότητος ἦν. Τοῦτο δὲ καὶ ἡ διαφορὰ διδάσκει. *Ἔλαιον* γὰρ, φησὶ, *ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου.* Μέτοχοι δὲ ἡμεῖς καὶ κοινωνοὶ οὐ τῆς θεότητος, ἀλλὰ τῆς ἀνθρωπότητος. Τοῦτο καὶ ἐν τῇ πρὸς Φι- B λιππησίους ἐδίδαξεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος. « Μετασχηματίσει γὰρ, φησὶ, τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ. » Οὐ γὰρ τῇ θεότητι σύμμορφον ἔσται τῶν ἁγίων τὸ σῶμα, ἀλλὰ τῷ σώματι τῆς δόξης. Αὕτη μέντοι ἡ μαρτυρία καὶ τὴν Ἀρείου βλασφημίαν διήλεγξε· αἰώνιον γὰρ ἔδειξε τοῦ Θεοῦ Λόγου τὸν θρόνον, καὶ τῇ δυάδι τῶν προσώπων ἐξήλασε τοῦ Σαβελλίου τὴν σύγχυσιν. Ταυτὸ δὲ τοῦτο καὶ τὸ ἀναίσχυντον Ἰουδαίων ἐμφράττει στόμα. Ὁ δὲ θεῖος Ἀπόστολος προστέθεικε καὶ ἑτέραν μαρτυρίαν τὴν θείαν αὐτοῦ φύσιν κηρύττουσαν.

ι'-ιβ'. « Καὶ σὺ κατ' ἀρχὰς, Κύριε, τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σού εἰσιν οἱ οὐρανοί. C Αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις, καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται. Καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτοὺς, καὶ ἀλλαγήσονται· σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσιν. » Ἔδειξεν αὐτὸν τῶν ἁπάντων Δημιουργόν· διὰ γὰρ οὐρανοῦ καὶ γῆς πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς περιέλαβεν. Ἐδίδαξεν ὡς ἄτρεπτός τε καὶ ἀναλλοίωτος· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, *Αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις.* Ἐδήλωσε καὶ τῆς κτίσεως τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολὴν ἀπ' αὐτοῦ γενησομένην, αὐτοῦ δὲ τὸ ἄναρχον καὶ ἀνώλεθρον. *Σὺ γὰρ*, φησὶν, *ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσιν.* Οὐ γὰρ ἐγένου, ἀλλὰ εἶ, οὐδὲ ἀλλοίωσιν δέχῃ τινά· ἀεὶ γὰρ ὁ αὐτὸς εἶ. Δηλοῖ δὲ ταῦτα καὶ τὸ ἀπαθὲς τῆς θεότητος. Εἰ γὰρ αὐτὴ πέπονθε, πῶς ἡ αὐτή ἐστιν; ἠλλοίωται γὰρ, καὶ εἰ τρεῖς ἡμέρας ἐν τῷ θανάτῳ πεποίηκεν, ἐξέλιπε τὰ ἔτη. Ἀλλὰ D καὶ ὁ Προφήτης ἡμᾶς καὶ ὁ Ἀπόστολος διδάσκει, ὁ μὲν γεγραφὼς τὴν μαρτυρίαν, ὁ δὲ ταύτῃ χρησάμενος, ὡς ὁ αὐτός ἐστιν ἀεὶ, καὶ τὰ ἔτη αὐτοῦ οὐκ ἐκλείψουσιν. Οὕτω τὰ θεῖα διεξελθὼν, πάλιν ἐπὶ τὰ ἀνθρώπεια μεταβαίνει.

ιγ'. « Πρὸς τίνα δὲ τῶν ἀγγέλων εἶπέ ποτε· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου ; « Οὐ γὰρ ὡς Θεῷ λέγει· *Κάθου ἐκ δεξιῶν μου·* πῶς γάρ ; » Ὁ θρόνος γὰρ αὐτοῦ εἰς αἰῶνα αἰῶνος. » Ὡς ἄνθρωπος τοίνυν ταύτης μετέλαχε τῆς τιμῆς· ὡς Θεὸν γὰρ αἰώνιον ἔχει τὸν θρόνον.

Digitized by Google

ιδ'. « Οὐχὶ πάντες [12] εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα, διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν; » Ἱκανῶς καὶ τὴν κατὰ τὸ ἀνθρώπειον διαφορὰν ἔδειξεν. Ὁ μὲν γὰρ, φησὶν, ἐκ δεξιῶν κάθηται· οὗτοι δὲ ὡς διάκονοι πέμπονται τῆς τῶν ἀνθρώπων ἕνεκα σωτηρίας. Εἶτα εἰς παραίνεσιν μεταφέρει τὸν λόγον, καί φησιν·

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

α'. « Διὰ τοῦτο δεῖ περισσοτέρως ἡμᾶς προσέχειν τοῖς ἀκουσθεῖσι, μήποτε παραῤῥυῶμεν. » Ταύτην τοίνυν τὴν διαφορὰν ἐπισταμένους σπουδαιότερον χρὴ τῇ διδασκαλίᾳ προσέχειν, ἵνα μή τινα ὄλισθον ὑπομείνωμεν.

β'-δ'. « Εἰ γὰρ ὁ δι' ἀγγέλων λαληθεὶς λόγος [13] ἐγένετο βέβαιος, καὶ πᾶσα παράβασις καὶ παρακοὴ ἔλαβε ἔνδικον μισθαποδοσίαν, πῶς ἡμεῖς ἐκφευξόμεθα τηλικαύτης ἀμελήσαντες σωτηρίας; Ἥτις ἀρχὴν λαβοῦσα λαλεῖσθαι διὰ τοῦ Κυρίου, ὑπὸ τῶν ἀκουσάντων εἰς ἡμᾶς ἐβεβαιώθη, συνεπιμαρτυροῦντος τοῦ Θεοῦ, σημείοις τε καὶ τέρασι, καὶ ποικίλαις δυνάμεσι, καὶ Πνεύματος ἁγίου μερισμοῖς κατὰ τὴν αὐτοῦ θέλησιν. » Τῇ παραινέσει πάλιν συνέζευξε παρεξέτασιν, καὶ δείκνυσιν ὅσον ὑπέρκειται τῶν νομικῶν διατάξεων, ἡ τῶν εὐαγγελικῶν διδασκαλία. Τῇ γὰρ θέσει τοῦ νόμου ἄγγελοι διηκόνουν· ἐνταῦθα δὲ αὐτὸς ὁ τῶν ἀγγέλων Δεσπότης πρῶτος τὴν σωτήριον διδασκαλίαν προσήνεγκε, διεδέξαντο δὲ ταύτην οἱ τῆς ἀποστολικῆς ἀπολαύσαντες χάριτος. Καὶ ὁ μὲν νόμος λόγος ἦν τὸ πρακτέον ὑποδεικνύς· ἡ δὲ τοῦ Κυρίου διδασκαλία τῆς αἰωνίου πρόξενος σωτηρίας. Ἐπειδὴ δὲ καὶ Μωσῆς θαυματουργίαις ἐχρήσατο, ἀναγκαίως δείκνυσι καὶ κατὰ τοῦτο πλεονεκτοῦσαν τὴν χάριν. Ἐνταῦθα γὰρ οὐ μόνος ὁ Δεσπότης ἐθαυματούργησεν, ἀλλὰ καὶ οἱ θεῖοι αὐτοῦ μαθηταὶ, καὶ οἱ ἐκείνων διάδοχοι. Ἔδειξε δὲ καὶ ἐν τοῖς πνευματικοῖς χαρίσμασι τὴν Καινὴν Διαθήκην ἀστράπτουσαν. Πάλαι μὲν γὰρ οἱ προφῆται μόνοι τῆς πνευματικῆς μετελάγχανον δωρεᾶς· νῦν δὲ ἅπαντες οἱ πιστεύοντες τῆσδε τῆς χάριτος ἀπολαύουσι. Τοῦτο γὰρ ἐπήγαγε, *Καὶ Πνεύματος ἁγίου μερισμοῖς κατὰ τὴν αὐτοῦ θέλησιν.* Ταῦτα δὲ εἴρηκε μὲν προτρέπων αὐτοὺς σπουδαιότερον τῇ θείᾳ προσέχειν διδασκαλίᾳ· ἐν σχήματι δὲ παραινέσεως ἐδίδαξε τὴν τούτων κἀκείνων διαφοράν. Ἄγαν δὲ σοφῶς ἔφη τὸν Θεὸν διὰ τῶν θαυμάτων μαρτυρεῖν τῷ κηρύγματι. Ἥ τε γὰρ ἀπόδειξις ἐναργὴς, καὶ τοῦ μάρτυρος ἀναμφισβήτητος ἡ ἀλήθεια. Ταῦτα δὲ μεταξὺ παρενθεὶς, ἀναλαμβάνει τὸν περὶ τῆς συγκρίσεως τῶν ἀγγέλων λόγον.

ε'-ή'. « Οὐ γὰρ ἀγγέλοις [14] ὑπέταξε τὴν οἰκουμένην τὴν μέλλουσαν, περὶ ἧς λαλοῦμεν. Διεμαρτύρατο δέ πού τις λέγων· Τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ, ἢ Υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν; Ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους· δόξῃ

A Vers. 14. « Nonne omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem capient salutis? » Satis ostendit, quæ sit differentia, etiam juxta humanitatem. Ille enim, inquit, sedet a dexteris; hi vero, ut ministri, mittuntur pro hominum salute. Deinde orationem convertit ad suasionem, et dicit:

CAPUT II.

Vers. 1. « Propterea multo magis oportet observare nos ea quæ audivimus, ne forte effluamus. » Hanc ergo scientes differentiam, oportet nos diligentius doctrinam attendere, ne aliquem lapsum sustineamus.

Vers. 2-4. « Si enim, qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus, et omnis prævaricatio et B inobedientia accepit justam mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? Quæ cum cœpisset enarrari per Dominum, ab eis, qui audierunt inter nos confirmata est, contestante **555** Deo signis et portentis, et variis virtutibus, et Spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem. » Comparationem rursus adjunxit exhortationi, ostenditque quanto legis constitutiones superet doctrina evangelica. Ferendæ enim legi ministrabant angeli: hic autem ipse angelorum Dominus primus doctrinam salutarem attulit, hanc autem exceperunt qui apostolicam gratiam acceperunt. Et lex quidem oratio erat, quæ ostendebat quid agendum: Domini autem doctrina æternæ salutis est conciliatrix. C Quoniam autem Moses etiam miraculis usus est, necessario hac etiam in re ostendit gratiam esse superiorem. Hic enim non solus Dominus fecit miracula, sed et divini ejus discipuli, et illorum successores. Adhæc ostendit etiam in donis spiritualibus Novum fulgere Testamentum. Olim enim soli prophetæ doni spiritualis erant participes; nunc vero omnes qui credunt, hanc gratiam consequuntur: hoc enim subjunxit, *Et Spiritus sancti distributionibus secundum voluntatem suam.* Hæc autem dixit, eos quidem adhortans, ut divinæ doctrinæ studiosius dent operam: sub specie autem adhortationis, docuit horum et illorum differentiam. Valde autem sapienter dixit, Deum per mi- D racula prædicationi ferre testimonium. Nam et evidens est probatio, et de testis veritate dubitari non potest. His autem interjectis, revertitur ad comparationem angelorum.

Vers. 5-8. « Non enim angelis subjecit orbem terræ futurum, **556** de quo loquimur. Testatus est autem in quodam loco quis dicens: Quid est homo, quod memor es ejus, aut Filius hominis, quoniam visitas eum? Minuisti eum paulo magis

VARIÆ LECTIONES.

[12] Eadem verba habet Noster quæst. 4 et 83 in Gen.; ad psal. xxxiii, 8, *Hær. fab.*, lib. v, c. 7, itemque serm. 3, p. 523. [13] νόμος. Noster ad Cant. i, 11. [14] ita et in interpretatione. Sed B hic habet ἀγγέλοις;

Digitized by Google

quam angelos : gloria et honore coronasti eum, et constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subjecisti sub pedibus ejus. » *Orbem terræ futurum* vitam futuram appellavit. Rursus autem confert angelos cum Christo Domino, non ut Deo, sed ut homine, et ostendit non angelos, sed ipsum accepisse Dominum universorum. Illud autem, *Quid est homo?* dictum est quidem de communi natura : convenit autem primitiis ex nobis, nempe Christo, qui ea quæ sunt totius naturæ, sibi attribuit. Ita etiam ex omnium nostrum persona dixit : « Longe a salute mea verba delictorum meorum [a]. » Ipse enim etiam secundum humanitatem expers erat peccati. « Peccatum enim non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus [a]. » Ipse autem nostra sibi attribuens os naturæ factus est. Ipse enim peccata nostra accepit, et morbos portavit. Quod vero hoc etiam testimonium tanquam Domini doctrinæ conveniens, divinus posuerit Apostolus, audiamus Dominum dicentem Judæis : « Non legistis : Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem [b] ? » Hic ergo, qui ex ore infantium et lactentium perfecit laudem, respexit naturam hominum. Divinus autem Apostolus prophetico testimonio adjunxit interpretationem. « In eo enim quod omnia ei subjecit, nihil dimisit non **557** subjectum ei. » Et quoniam verisimile erat, fore ut dicerent aliqui : Atqui videmus plurimos qui contradicant, et nolint eum adorare, necessario subjunxit : « Nunc autem necdum videmus omnia subjecta ei. » Hoc enim jam etiam dixit. Non enim angelis subjecit orbem terræ futurum, de quo loquimur. Hoc est, In illa vita in omnes obtinebit imperium : tunc enim subjicientur etiam ii qui nunc contradicunt. Quoniam autem angelorum eum dixit Creatorem et Dominum, videbatur autem hoc non esse probabile iis qui et immortalem esse angelorum naturam didicerant, et Christi Domini passionem norant, necessario de hoc declarationem affert.

VERS. 9. « Eum autem, qui paulo magis quam angeli minoratus est, videmus Jesum propter passionem mortis gloria et honore coronatum, ut absque Deo pro omnibus gustaret mortem. » Non natura divinitatis minor angelis fuit, sed perpessione humanitatis. Quin hæc etiam post resurrectionem divinam gloriam est consecuta. Passionem utique sustinuit pro omnibus : quæcunque enim creatam habent naturam, eo remedio egebant. Hoc enim dixit, *ut absque Deo pro omnibus gustaret mortem.* Sola, inquit, divina natura nullius indigebat : reliqua autem omnia opus habebant incarnationis medicamento. Incarnatus enim Deus Verbum mor-

A καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτὸν, καὶ κατέστησας αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου· πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ. » *Οἰκουμένην μέλλουσαν* τὸν μέλλοντα βίον ἐκάλεσε. Πάλιν μέντοι οὐχ ὡς Θεῷ τῷ Δεσπότῃ Χριστῷ, ἀλλ' ὡς ἀνθρώπῳ τοὺς ἀγγέλους παρεξετάζει, καὶ δείκνυσιν οὐ τοὺς ἀγγέλους, ἀλλ' αὐτὸν τὴν τῶν ὅλων ἀναδεξάμενον δεσποτείαν. Τὸ δὲ, *Τί ἐστιν ἄνθρωπος ;* εἴρηται μὲν περὶ τῆς κοινῆς φύσεως, ἁρμόττει δὲ τῇ ἐξ ἡμῶν ἀπαρχῇ, ὡς οἰκειουμένῃ τὰ πάσης τῆς φύσεως. Οὕτως ἐκ προσώπου πάντων ἡμῶν εἴρηκε· « Μακρὰν ἀπὸ τῆς σωτηρίας μου οἱ λόγοι τῶν παραπτωμάτων μου. » Αὐτὸς μὲν γὰρ καὶ κατὰ τὸ ἀνθρώπειον ἁμαρτίας ἀμύητος ἦν. « Ἁμαρτίαν γὰρ οὐ πεποίηκεν [15], οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. » Τὰ δὲ ἡμέτερα οἰκειούB μενος στόμα τῆς φύσεως γέγονεν. Αὐτὸς γὰρ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἔλαβε, καὶ τὰς νόσους ἐβάστασεν. Ὅτι δὲ καὶ ταύτην τὴν μαρτυρίαν, ὡς τῇ Δεσποτικῇ συμφωνοῦσαν διδασκαλίᾳ, ὁ θεῖος Ἀπόστολος τέθεικεν, ἀκούσωμεν τοῦ Κυρίου πρὸς Ἰουδαίους λέγοντος· « Οὐκ ἀνέγνωτε· Ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον ; » Οὗτος τοιγαροῦν ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων καταρτισάμενος αἶνον, ἐπεσκέψατο τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν. Ὁ δὲ θεῖος Ἀπόστολος τῇ προφητικῇ μαρτυρίᾳ τὴν ἑρμηνείαν προσήνεγκεν. « Ἐν γὰρ τῷ ὑποτάξαι αὐτῷ τὰ πάντα οὐδὲν ἀφῆκεν αὐτῷ ἀνυπότακτον. » Καὶ ἐπειδὴ εἰκὸς ἦν εἰπεῖν τινας· Καὶ μὴν πλείστους ὁρῶμεν ἀντιλέγοντας, καὶ προσκυνεῖν αὐτὸν οὐκ ἐθέλοντας, ἀναγC καίως ἐπήγαγε· « Νῦν δὲ οὔπω [16] ὁρῶμεν αὐτῷ τὰ πάντα ὑποτεταγμένα. » Τοῦτο γὰρ καὶ ἤδη εἴρηκεν. Οὐ γὰρ ἀγγέλοις ὑπέταξε τὴν οἰκουμένην τὴν μέλλουσαν, περὶ ἧς λαλοῦμεν· ἀντὶ τοῦ, Ἐν ἐκείνῳ τῷ βίῳ πάντων κρατήσει· ὑποταγήσονται γὰρ τότε καὶ οἱ νῦν ἀντιλέγοντες. Ἐπειδὴ δὲ τῶν ἀγγέλων αὐτὸν καὶ Ποιητὴν εἴρηκε καὶ Δεσπότην, ἀπίθανον δὲ τοῦτο εἶναί πως ἐδόκει τοῖς ἀθάνατον μὲν διδασκομένοις τῶν ἀγγέλων τὴν φύσιν, τὸ δὲ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ μανθάνουσι πάθος, ἀναγκαίως καὶ περὶ τούτου διδασκαλίαν προσφέρει.

Θ'. « Τὸν δὲ βραχύ τι [17] παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν, διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου [18], δόξῃ [19] καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον, ὅπως [20] χωρὶς Θεοῦ ὑπὲρ παντὸς γεύσηται θανάτου. » Οὐ τῇ φύσει τῆς D θεότητος τῶν ἀγγέλων ἠλάττωται, ἀλλὰ τῷ πάθει τῆς ἀνθρωπότητος. Καὶ αὐτὴ δὲ μετὰ τὴν ἀνάστασιν τῆς θείας μετέλαχε δόξης. Τὸ μέντοι πάθος ὑπὲρ ἁπάντων ὑπέμεινε. Πάντα γὰρ ὅσα κτιστὴν ἔχει τὴν φύσιν, ταύτης ἐδεῖτο τῆς θεραπείας· τοῦτο γὰρ εἶπεν, *ὅπως χωρὶς Θεοῦ ὑπὲρ παντὸς γεύσηται θανάτου.* Μόνη, φησὶν, ἡ θεία φύσις ἀνενδεὴς, τἄλλα δὲ πάντα τοῦ τῆς ἐνανθρωπήσεως ἐδεῖτο φαρμάκου. Ἐνανθρωπήσας γὰρ ὁ Θεὸς Λόγος κατέλυσε τοῦ θα-

[a] Psal. xxi, 2. [a] 1 Petr. ii, 22. [b] Matth. xxi, 16.

VARIÆ LECTIONES.

[15] οὐκ ἐποίησεν B. [16] οὐδέπω ad psal. lxxi, 11. [17] Eodem ipso modo Noster supra ad c. i, 4 ; ad psal. viii, 9, et dialog. 2 contra Anom. B hic habet : βραχύτητι. [18] Non dubitandum est, Theodoretum verba διὰ τ. π. τοῦ θανάτου ad superiora retulisse, ut ipsa ejus interpretatio et l. c. docent. [19] Δόξῃ — ἐστεφ. omittit l. c. adversus Anamœos. [20] Ὅπως — θανάτου. Eadem verba reperias ad Ephes. i, 10.

Digitized by Google

νάτου τὸ κράτος· καταλύσας δὲ ἐπηγγείλατο ἡμῖν A
τὴν ἀνάστασιν· τῇ δὲ ἀναστάσει ἀφθαρσία καὶ ἀθα-
νασία συνέζευκται· τῆς δὲ ἀφθαρσίας μεθέξει καὶ
τὰ φρώμενα. Τοῦτο γὰρ καὶ ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους
ἔφη· « Ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ
τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δό-
ξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ. » Καὶ οἱ ἄγγελοι δὲ ἐν
θυμηδίᾳ θατελοῦσι τὴν τῶν ἀνθρώπων θεώμενοι
σωτηρίαν. Εἰ γὰρ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ χαίρουσι, πολλῷ
μᾶλλον τοσαύτας ὁρῶντες μυριάδας τῆς σωτηρίας
ἀξιουμένας θυμηδίας πλησθήσονται. Ὑπὲρ ἁπάντων
τοίνυν τὸ σωτήριον ὑπέμεινε πάθος. Μόνη γὰρ ἡ
θεία φύσις τῆς ἐντεῦθεν γενομένης θεραπείας ἀνε-
δεής.

ι'. « Ἔπρεπε γὰρ αὐτὸν δι' ὃν τὰ πάντα, καὶ δι' οὗ
τὰ πάντα, πολλοὺς υἱοὺς εἰς δόξαν ἀγαγόντα, τὸν B
ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν διὰ παθημάτων τελει-
ῶσαι. » Τὸν Θεὸν Λόγον ἔδειξεν ἣν ἀνέλαβε τελει-
ώσαντα φύσιν. Ἀρχηγὸς τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἡ
ληφθεῖσα φύσις. Ἐκείνη γὰρ ἐκ νεκρῶν ἀναστᾶσα
πᾶσιν ἡμῖν ἐπραγματεύσατο τὴν ἀνάστασιν.

ια'. « Ὁ τε γὰρ ἁγιάζων, καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι, ἐξ
ἑνὸς πάντες. » Καὶ τοῦτο κατὰ τὸ ἀνθρώπινον τέ-
θεικε. Κτιστὴ γὰρ ἡ ληφθεῖσα φύσις· εἷς δέ γε καὶ
ἡμῶν καὶ αὐτῆς Ποιητὴς· ἀλλὰ δι' ἐκείνης ἁγιαζό-
μεθα. Εἰ δὲ καὶ κατὰ θείαν φύσιν οἱ αἱρετικοὶ
τοῦτο νοῆσαι θελήσειεν, οὐδὲ οὕτω λυμανοῦνται τῇ
τοῦ Μονογενοῦς δόξῃ. Ἕνα γάρ, φησὶν, ἔχομεν Πα-
τέρα καὶ ἡμεῖς καὶ αὐτός. Ἀλλ' εὔδηλον, ὡς ὁ μέν
ἐστι φύσει Υἱός, ἡμεῖς δὲ χάριτι. Ταύτην γὰρ ἡμᾶς C
διδάσκει τὴν διαφορὰν τὸ, τὸν μὲν ἁγιάζειν, ἡμᾶς δὲ
ἁγιάζεσθαι.

« Δι' ἣν αἰτίαν οὐκ ἐπαισχύνεται ἀδελφοὺς αὐτοὺς
καλεῖν, λέγων· (ιβ', ιγ'.) Ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου
τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἐν μέσῳ ἐκκλησίας ὑμνήσω σε.
Καὶ πάλιν· Ἐγὼ ἔσομαι πεποιθὼς ἐπ' αὐτῷ. Καὶ
πάλιν· Ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία, ἃ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός. »
Ἀπόχρη καὶ τὸ, *οὐκ ἐπαισχύνεται*, δεῖξαι τὴν δια-
φορὰν τῆς υἱότητος. Περὶ δεσποτῶν γὰρ καὶ δούλων
διαλεγόμενοι, καὶ τὴν τῶν δεσποτῶν ταπεινοφροσύ-
νην διδάσκοντες εἰώθαμεν λέγειν· Οὐκ ἐπαισχύνεται
μετὰ τῶν οἰκετῶν ἐσθίων καὶ πίνων, καὶ συγκαθ-
ήμενος, καὶ τοὺς τούτων ἀῤῥώστους δι' ἑαυτοῦ θερα- D
πεύων. Τοῦτο τοίνυν κάνταῦθα αἰνίττεται, ὡς ὁ τὸ
ὑπὲρ ἡμῶν καταδεξάμενος πάθος οὐκ ἐπαισχύνεται
καλεῖν ἀδελφοὺς τούτους, ὑπὲρ ὧν τὸ πάθος ὑπέμει-
νεν. Οὐ μόνον δὲ αὐτοὺς ἀδελφοὺς, ἀλλὰ καὶ παιδία
καλεῖ. Οὕτως ὁ Κύριος ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις
τοῖς θείοις ἔλεγεν ἀποστόλοις· « Τεκνία, ἔτι μικρὸν
χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι. » Καὶ πάλιν· « Τεκνία[91],
μή τι προσφάγιον ἔχετε; » Ἔδειξε δὲ καὶ τὰ ταπει-
νῶς εἰρημένα οἰκονομικῶς εἰρημένα· τῷ γὰρ, *οὐκ*
ἐπαισχύνεται, συνέζευξε τὸ, *Ἐγὼ ἔσομαι πεποι-*

lis potentiam dissolvit : hac vero dissoluta, resurrectionem **558** nobis pollicitus est : resurrectioni autem adjuncta est incorruptio et immortalitas : incorruptionem autem obtinebunt etiam ea quæ videntur. Hoc enim etiam dixit in Epistola ad Romanos : « Ipsa etiam creatura vindicabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei [e]. » Jam vero angeli quoque perpetua lætitia afficiuntur hominum salutem aspicientes. Si enim gaudent propter unum peccatorem [d], multo magis tot millia salutem consecuta cernentes implebuntur lætitia. Pro omnibus ergo salutarem passionem sustinuit. Sola enim divina natura hoc remedio non eget.

Vers. 10. « Decebat enim eum, propter quem omnia, et per quem omnia, qui multos filios in gloriam adducere volebat, auctorem salutis eorum per passionem consummare. » Ostendit Deum Verbum naturam quam acceperat perfectam reddidisse. Auctor et princeps nostræ salutis est assumpta natura. Cum enim illa resurrexisset a mortuis, resurrectionem nobis omnibus procuravit.

Vers. 11. « Qui enim sanctificat, et qui sanctificantur, ex uno omnes. » Hoc etiam posuit juxta humanitatem. Creata est enim natura quæ sumpta est. Unus autem est et noster et ejus Creator. Sed per illam sanctificamur. Quod si etiam de natura divina hoc intelligere voluerint hæretici, ne hoc quidem de Unigeniti gloria quidquam detrahet. Unum enim, inquit, habemus Patrem, et nos, et ipse. Sed clarum est, eum quidem esse Filium natura, nos autem gratia. Hanc enim differentiam nos docet, quod ille quidem nos sanctificet, nos vero sanctificemur.

« Propter quam causam non pudet **559** eum fratres eos vocare, dicendo : (Vers. 12, 13.) Nuntiabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te. Et iterum : Ego ero fidens in eum. Et iterum : Ecce ego et pueri mei, quos dedit mihi Deus. » Ad ostendendam filiationis differentiam sufficit illud, *non pudet eum*. De servis enim et dominis loquentes, et dominorum humilitatem docentes, solemus dicere : Non pudet eum cum famulis comedere et bibere, et una sedere, et si qui ex eis ægrotant, per seipsum medicinam afferre. Hoc ipsum ergo innuit hoc loco, quod qui pro nobis passionem suscepit, non erubescat fratres vocare eos pro quibus sustinuit passionem. Non solum autem fratres illos, sed etiam filios vocat. Ita Dominus in sacris Evangeliis divinis dicebat apostolis : « Filioli, adhuc parvo tempore sum vobiscum [e]. » Et rursus : « Filii, nunquid habetis obsonium [f] ? » Porro autem ostendit, quæ humiliter dicuntur, dici secundum œconomiam, seu carnis susceptæ dispensationem. Verbis enim, *non pudet ipsum*,

[c] Rom. VIII, 21. [d] Luc. XV, 7. [e] Joan. XIII, 33. [f] Luc. XXIV, 41.

VARIÆ LECTIONES.

[91] παιδία B.

Digitized by Google

conjunxit hæc : *Ego ero fidens in eum*. Non erubescit enim propter hominum salutem humilibus præter suam dignitatem verbis uti. Deinde, arrepto de pueris testimonio, de salutari passione sermonem orditur.

VERS. 14, 15. « Quia ergo pueri participes facti sunt carnis et sanguinis, et ipse similiter participavit eorumdem, ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est, **560** diabolum : et liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti. » Quomodo, inquit, fieri posset, ut vel ipse se fratrem nostrum vocaret, vel filios nos vere appellaret, nisi eamdem naturam accepisset ? Qua de causa, hac suscepta, mortis fregit potentiam, et sustulit timorem qui nos urgebat. Mortem enim perpetuo formidabamus, quia mortalitatis jugum ducere cogebamur. Congruenter autem apposuit etiam, *similiter*, ut phantasiæ calumniam refellat. Hæc vero omnia persecutus est, docens eos qui Filium esse minorem angelis propter passionem existimant, quod passionem necessario subierit. Hæc autem docet etiam apertius per ea quæ sequuntur.

VERS. 16. « Nusquam enim angelos assumit, sed semen Abrahæ assumit. » Si enim angelorum naturam assumpsisset, fuisset morte potentior. Sed quia humanum erat quod assumpsit, per passionem quidem hominum debitum exsolvit : per passi autem corporis resurrectionem suam virtutem ostendit. Valde autem sapienter divinus Apostolus pro generali nomine proprium posuit. Non dixit enim, Semen hominis assumit, sed, *Semen Abrahæ assumit*, eis etiam promissionem Abrahæ factam revocans in memoriam.

VERS. 17. « Unde debuit per omnia fratribus similari. » Nam et nutrimenti, sicut nos, fuit particeps, **561** et laborem sustinuit, et mœsto animo fuit, et flevit, et mortem subiit.

[53] καί abest ab utroque Basileensi, Socrate et Niceph. [54] ὅτι addunt Basileensis Gr. et Lat., Stephan. [55] αὖθις. Iidem. Sed codex Jo. Pini, Socrates, Nicephorus et Epiphanius Scholast. αὐτοῖς, probante Valesio. [56] Ita et Nicephorus et Pini codex. Sed αὐτοῖς Socrates, uterque Basil. et Stephan. [57] ἐβασάνιζέ τε ὁ λόγος τὴν διάνοιαν τ. εἰρ. Sic Stephani 2, Casaub. et Socrates, quod restituendum putat Valesius recte, ut quidem arbitror. Epiphanius Hist. Trip. II, 11. *mens perscrutabatur dictorum sensum.* [57] αὐτοῖς συντιθέμεθα. Basil. Latin. Idem verbum est in Basil. Gr. et Savil., sed rectius in utroque αὐτοί. [58] παραιτούμενοι. Savilii et Pini codex, cum Socrate et Epiphan. [59] οὐ ποιηθ. abest ab utroque Basil. [60] διὸ δὴ μὴ εἶναι. Basil. Gr. et Lat., cum Socrate et sequacibus. [61] συνίστη. Uterque Basileensis, item Savilii liber, quod et Valesio placet. Συνίστα Pini codex. [62] τῶν σωμ. Basil. Gr. et Lat., Stephan., τὸν τῶν σωμ. Socrates et Niceph. rectius. [63] τὴν ἀγέννητον τοῦ Πατρὸς φύσιν. Stephani 2, Socrates. [64] μήτε μίαν. Basil. Latin. [65] γεννητά mavult rescribere Valesius cum Pini codice. [66] μόνον. Basil. Gr. et Latin., Pini codex, Niceph., quod non displicet Valesio.

Digitized by Google

γιγεννηκότι κατὰ πάντα τρόπον ἀφωμοιῶσθαι [57] καὶ μὴ εἶναι ἐξ ἑτέρας τινὸς ὑποστάσεως καὶ [58] οὐσίας, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ Πατρός. Ὃ καὶ αὐτῷ τοῦτον ἑρμηνευθέντι τὸν τρόπον, καλῶς ἔχειν ἐφάνη συγκατατίθεσθαι· ἐπεὶ καὶ τῶν παλαιῶν λογίους τινὰς καὶ ἐπιφανεῖς ἐπισκόπους καὶ συγγραφέας ἴσμεν ἐπὶ τῆς τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ θεολογίας τῷ τοῦ *ὁμοουσίου* συγχρησαμένους ὀνόματι. Ταῦτα μὲν περὶ τῆς ἐκτεθείσης εἰρήσθω πίστεως, ἣ συνεφωνήσαμεν οἱ πάντες, οὐκ ἀνεξετάστως, ἀλλὰ κατὰ τὰς ἀποδοθείσας διανοίας ἐπ' αὐτοῦ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως ἐξετασθείσας, καὶ τοῖς εἰρημένοις λογισμοῖς συνομολογηθείσας. Καὶ τὸν ἀναθεματισμὸν δὲ, τὸν μετὰ τὴν πίστιν πρὸς αὐτῶν [59] τεθέντα, δεκτὸν εἶναι ἡγησάμεθα, διὰ τὸ ἀπείργειν [60] ἀγράφοις χρήσασθαι [61] φωναῖς, δι' ἃς σχεδὸν ἡ πᾶσα ἐγεγόνει σύγχυσις καὶ ἀκαταστασία τῆς Ἐκκλησίας. Μηδεμιᾶς γοῦν θεοπνεύστου [40] Γραφῆς, τῷ, *Ἐξ οὐκ ὄντων*, καὶ τῷ, *Ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν*, καὶ τοῖς ἐξῆς ἐπιλεγομένοις κεχρημένης, οὐκ εὔλογον ἐφάνη ταῦτα λέγειν καὶ διδάσκειν. Ὃ [62] καὶ αὐτῷ καλῶς δόξαντι συνεθέμεθα, ἐπεὶ μηδὲ ἐν τῷ πρὸ τούτου χρόνῳ τούτοις εἰώθειμεν συγχρῆσθαι [63] τοῖς ῥήμασιν. Ἔτι μὴν τὸ ἀναθεματίζεσθαι τὸ, *Πρὸ τοῦ* [64] *γεννηθῆναι οὐκ ἦν*, οὐκ ἄτοπον ἐνομίσθη, τῷ παρὰ πᾶσιν [65] ὁμολογεῖσθαι, εἶναι αὐτὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ πρὸ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως. Ἤδη δὲ ὁ θεοφιλέστατος ἡμῶν βασιλεὺς τῷ λόγῳ κατεσκεύαζε, καὶ κατὰ τὴν ἔνθεον αὐτοῦ γέννησιν τὸ πρὸ πάντων αἰώνων εἶναι αὐτόν· ἐπεὶ καὶ πρὶν ἐνεργείᾳ γεννηθῆναι, δυνάμει ἦν ἐν τῷ Πατρὶ ἀγεννήτως [66], ὄντος τοῦ Πατρὸς ἀεὶ Πατρὸς, ὡς καὶ βασιλέως ἀεὶ, καὶ Σωτῆρος, καὶ δυνάμει πάντα ὄντος ἀεί τε καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ, καὶ ὡσαύτως ἔχοντος. Ταῦτα ὑμῖν ἀναγκαίως διεπεμψάμεθα, ἀγαπητοὶ, τὰ κεκριμένα [67] τῆς ἡμετέρας [68] ἐξετάσεώς τε καὶ συγκαταθέσεως φανερὰ καθιστάντες [69], ὡς εὐλόγως τότε μὲν καὶ μέχρις ὑστάτης ὥρας ἱστάμεθα, ὅθ' ἡμῖν [70] τὰ ἑτεροίως γραφέντα προσέκοπτε· τότε δὲ ἀφιλονείκως τὰ μὴ λυποῦντα κατεδεξάμεθα, ὅθ' ἡμῖν εὐγνωμόνως [71] τῶν λόγων ἐξετάζουσι τὴν διάνοιαν, ἐμφανῆ σύμπραξιν ἔχειν ἔδοξε τοῖς ὑφ' ἡμῶν αὐτῶν ἐν τῇ προεκτεθείσῃ πίστει ὡμολογημένοις.

ex Patre. Quod ipsum etiam sic expositum jure approbandum censuimus, cum e veteribus doctos quosdam et illustres noverimus episcopos et scriptores, qui in explicanda Patris Filiique divinitate *consubstantialis* nomen usurparint. Hæc de exposita fide dicta sint. Cui assensi omnes sumus, non inexplorato, sed juxta expositas sententias coram Dei amantissimo imperatore discussas, et prolatis rationibus comprobatas. Sed et anathematismum, qui post formulam fidei ab illis positus est, amplectendum censuimus, ut qui alienis a Scriptura vocibus uti vetet, per quas omnis fere in Ecclesia nata est confusio et perturbatio. Nam cum *Ex non exstantibus*, et *Erat quando non erat*, et alia quæ addunt hujusmodi, nulla divinitus inspirata Scriptura usurparit, hæc dicere ac docere minime consentaneum videbatur. Huic ergo nos recte constituto decreto consensimus : quippe qui nunquam hactenus ejusmodi verbis uti consuevimus. Præterea hoc etiam, *Priusquam nasceretur non erat*, anathemate damnari non absurdum duximus, cum apud omnes sit in confesso, eum esse Filium Dei prius etiam quam carnaliter nasceretur. Jam vero ratione astruebat Deo charissimus imperator, esse eum juxta divinam generationem suam ante omnia **782** sæcula. Nam actu nondum genitum, fuisse potentia in Patre ingenite, cum sit Pater semper Pater, ut et rex semper, et Salvator, denique omnia potentia, semperque se habeat ad eumdem modum, et similiter. Ista necessario ad vos misimus, dilectissimi, ut quid visum esset disquirentibus nobis et assentientibus, planum faceremus : quod laudabiliter tum et ad extremam usque horam perstitimus, quandiu aliter scripta nos offendebant : tum vero sine contentione quæ nihil offensionis habebant amplexati sumus, cum verborum sensum placide disquirentibus nobis, aperte cum iis convenire visa sunt, quæ nos ipsi in nostra fidei formula confessi eramus.

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

Ἔλεγχος τῶν νῦν βλασφημούντων Ἀρειανῶν ἐκ τῶν Εὐσεβίου Καισαρείας ἐπισκόπου συγγραμμάτων.

Ὅτι μὲν οὖν οὐ καινή τις ἡ τοῦ *ὁμοουσίου* πρόσ-

CAP. XII. [B. St. Ch. V. 13.]

Confutatio Arianorum nunc obtrectantium, e libris Eusebii Cæsariensis episcopi.

Quod igitur *consubstantialis* vox nova non sit,

VARIÆ LECTIONES.

[57] ὅμοιον. Uterque Basileensis, Stephani 1. Sed ὡμοιῶσθαι. Steph. 2 et Casaub. [58] τε καί. Basil. Gr. et Latin. [59] αὐτόν. Uterque Basil. et Steph. [60] ἀπείργειν excidit e Steph. 2. [61] χρῆσθαι. Basil. Gr. et Lat. [62] ᾧ abest ab utroque Basil. et Nicephoro. [63] συγκεχρῆσθαι Stephan. χρῆσθαι simpliciter Socrates. [64] τοῦ abest ab utroque Basil. [65] μέν interponunt Basil. Gr. et Lat., Stephan., Nicephorus. [66] ἀειγεννήτως legi jubet Camerarius, qui vertit : *sempergenitabili modo*. Non displicet ista lectio, et videtur cum iis quæ declarandi causa Eusebius addit, itemque cum superioribus, magis convenire, quam lectio recepta ; vult enim dicere, ut opinor, nunquam non genitum fuisse Filium Dei, nam Patrem esse ἀεὶ πατέρα, etc. Filium igitur ἀειγέννητον. [67] Camerarius substituit τὰ κεκρυμμένα recte, ut puto, cum perspicue hic disjungantur a φανεροῖς, manifestis. Obscuræ erant rationes assensionis, quam Eusebius decretis Nicænis dederat, ipse paulo ante acerrimus vocabulorum adversus Arianos adhibitorum adversarius. Istas igitur causas mutatæ sententiæ hac epistola tradiderat. Vide modo quæ sequuntur. [68] ὑμετέρας. Stephani editio vitiose. [69] καθιστῶντες, Basil. Gr. et Lat., Pini codex, Christoph., Socrates. [70] Hæc ὅθ' ἡμῖν omissa sunt in Basileensi Gr. et Lat., quare non mirum, quod Camerarius hiulcam orationem animadvertens suaserit pro προσέκοπτε legi προσεκκόπτοντες q. d. *quæ alieniora in descriptione viderentur, recidentes.* [71] συγγνωμόνως. Uterque Basileensis.

Digitized by Google

nec a Patribus tunc [a] temporis congregatis inventa, sed a majoribus olim ad posteros deducta, Eusebius perspicue testatus est. Quod vero expositam fidem omnes **783** qui tunc convenerant uno consensu sint amplexi, et eodem in loco tradit, et in alio rursus opere testatur, in quo vitam Constantini magni summis laudibus effert. Sic enim scribit. Hæc ille latino sermone alio interpretante locutus, loquendi copiam synodi præsidibus fecit. Ibi tum alii, hinc exorsi, vicinos accusare cœperunt, alii respondere et recriminari, plurimis sane ab utraque parte objectis. Cumque initio magna esset dimicatio, patienter audiebat omnia imperator, acrique studio quæ proponebantur excipiebat, et vicissim utriusque partis dicta defendens, contentiose dissidentes paulatim reconciliabat, et singulos benigne alloquens, Græcoque utens sermone (nam hujus quoque ignarus non erat), dulcem ac suavem se exhibebat, his fidem faciens, illos verbis inflectens, qui recte dicerent collaudans, omnes ad concordiam impellens, quoad de omnibus quæ in controversiam venerant, ad unam omnes mentem sententiamque perduxit, ut et concors inter eos fides obtineret, et salutaris festi tempus idem omnes observandum agnoscerent. Quæ porro communi calculo decreverant impressa subscriptione firmata sunt. Et post pauca rursus addit : Cum ad hunc modum valedixisset, omnibus ad sedes suas redeundi potestatem fecit. **784** Illi vero lætitia gestientes redierunt. Valuitque de cætero apud omnes una sententia, de qua coram imperatore consenserant, in unum quasi corpus coalescentibus iis, qui divisi jampridem fuerant. At imperator, re bene gesta lætus, iis qui synodo non interfuerant, fructum uberem per litteras præbuit, populoque universo per agros et civitates disperso ingentem pecuniæ vim distribui jussit, vicennalium imperii sui diem festum hoc modo cohonestans. Quare Arianos, etsi aliis Patribus contradicere impium esse non dicant, huic certe, quem suspicere solent, unanimem fuisse consensum illum docenti, fidem adhibere par erat. Sed cum ipsorum quoque Patrum suorum [b] opiniones impugnent, oportebat saltem Arii turpissimam et horroris plenam mortem edoctos, editam ab eo impietatem omni studio effugere. At quoniam modum ejus mortis verisimile est non omnibus perspectum esse, ego hanc etiam ut contigit commemorabo.

A ρησις, οὐδὲ ὑπὸ τῶν τότε συναθροισθέντων Πατέρων ἐξευρεθεῖσα, ἀλλ' ἄνωθεν ἐκ προγόνων εἰς ἐγγόνους καταγομένη, σαφῶς μεμαρτύρηκεν ὁ Εὐσέβιος. Ὅτι δὲ καὶ ἅπαντες οἱ τηνικαῦτα συναθροισθέντες συμφώνως τὴν ἐκτεθεῖσαν κατεδέξαντο πίστιν, κἀνταῦθα ἔφη, καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ συγγράμματι μαρτυρεῖ, τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου τὴν πολιτείαν εὐφημίαις γεραίρων. Λέγει δὲ οὕτως[72]· Ὁ μὲν δὴ ταῦτ' εἰπὼν Ῥωμαΐᾳ γλώττῃ, ὑφερμηνεύοντος ἑτέρου, παρεδίδου [41] τὸν λόγον τοῖς τῆς συνόδου προέδροις. Ἐντεῦθεν δὲ οἱ μὲν ἀρξάμενοι, κατηγτιῶντο τοὺς πέλας[73]· οἱ δὲ ἀπελογοῦντό τε καὶ ἀντεμέμφοντο, πλείστων δῆτα ὑφ' ἑκατέρου τάγματος προτεινομένων. Πολλῆς τε ἀμφιλογίας τὰ πρῶτα συνισταμένης, ἀνεξικάκως ἐπηκροᾶτο ὁ βασιλεὺς

B τῶν πάντων, σχολῇ τε εὐτόνῳ τὰς προτάσεις ὑπεδέχετο, ἐν μέρει τε ἀντιλαμβανόμενος τῶν παρ' ἑκάστου τάγματος λεγομένων, ἠρέμα συνῆγε τοὺς φιλονείκως ἐνισταμένους, πράως τε ποιούμενος τὰς πρὸς ἕκαστον ὁμιλίας. Ἑλληνίζων τε τῇ φωνῇ, ὅτι μηδὲ ταύτης ἀμαθῶς εἶχε, γλυκερός τις ἦν[74] καὶ ἡδύς, τοὺς μὲν συμπείθων, τοὺς δὲ καταδυσωπῶν τῷ λόγῳ, τοὺς δ' εὖ λέγοντας ἐπαινῶν· πάντας δὲ εἰς ὁμόνοιαν ἑλαύνων[75], ἕως ὅτε ὁμογνώμονας καὶ ὁμοδόξους αὐτοὺς ἐπὶ τοῖς ἀμφισβητουμένοις ἅπασι κατεστήσατο· ὡς ὁμόφωνον μὲν κρατῆσαι τὴν πίστιν, τῆς δὲ σωτηρίου ἑορτῆς τὸν αὐτὸν παρὰ τοῖς πᾶσιν ὁμολογηθῆναι καιρόν. Ἐκυροῦτο δὲ ἤδη καὶ ἐγγραφῇ[76]

C ὑποσημειώσεως ἑκάστου τὰ κοινῇ δεδογμένα. Καὶ μετὰ βραχέα πάλιν καὶ ταῦτα[77] προστέθεικεν. Οὕτω[78] δὴ συνταξάμενος, ἐπὶ τὰ σφῶν οἰκεῖα τοὺς πάντας ἐπανιέναι ἠφίει. Οἱ δὲ ἐπανῆλθον σὺν εὐφροσύνῃ. Ἐκράτει τε τὸ λοιπὸν παρὰ τοῖς πᾶσι μία γνώμη ἡ παρὰ τῷ βασιλεῖ[79] συμφωνηθεῖσα, συναπτομένων, ὥσπερ ὑφ' ἑνὶ σώματι, τῶν ἐκ μακροῦ διῃρημένων. Καὶ δὴ χαίρων ὁ βασιλεὺς[80] ἐπὶ τῷ κατορθώματι, τοῖς μὴ παρατυχοῦσι τῇ συνόδῳ καρπὸν εὐθαλῆ δι' ἐπιστολῆς ἐδωρεῖτο, λαοῖς τε ἅπασι[81], τοῖς τε κατ' ἀγροὺς, καὶ τοῖς ἀμφὶ τὰς πόλεις, χρημάτων ἀφθόνους διαδόσεις ποιεῖσθαι διεκελεύετο[82], ὧδέ πη γεραίρων τὴν ἑορτὴν τῆς εἰκοσαετοῦς βασιλείας. Ἔδει μὲν οὖν[83] τοὺς τὰ

D Ἀρείου φρονοῦντας, εἰ καὶ τοῖς ἄλλοις Πατράσιν ἀντιλέγειν οὐκ ἐνόμιζον δυσσεβές, τούτῳ γοῦν πιστεύειν, ὃν θαυμάζειν εἰώθασι, σύμφωνον γεγενῆσθαι τὴν ὁμολογίαν ἐκείνην διδάσκοντι. Ἐπειδὴ δὲ καὶ πρὸς τὰς τῶν οἰκείων Πατέρων διαμάχονται δόξας, ἐχρῆν γοῦν[84] Ἀρείου τὴν αἰσχίστην μεμαθηκότας καὶ φρίκης γέμουσαν τελευτὴν, φυγεῖν παντὶ σθένει τὴν ὑπ' ἐκείνου τεχθεῖσαν [42] ἀσέβειαν. Ἐπειδὴ δὲ εἰκὸς μὴ πάντας εἰδέναι τοῦ θανάτου τὸν τρόπον, ἐγὼ καὶ τοῦτον ὡς ἐγένετο διηγήσομαι.

VARIÆ LECTIONES.

[72] Locus est in Eusebii *De vita Constantini* lib. III, c. XIII, quem repetit Socrates *H. E.* I, 8. [73] τόπους πέλας. Basil. Gr. [74] γλ. δέ τις ἦν. Basil. Gr., Savil. Γλυκύτερος habet Socrates et Niceph. *H. E.* VIII, 17. [75] ἤλαυνεν. Basil. Gr., Savil. [76] ἐγγραφίδι. Basil. Gr.; ἐγγράφως Socrat., Niceph. [77] κατὰ ταῦτα. Basil. Gr. [78] Locus est Eusebii *De vit. Const.* III. 21, 22. [79] παρ' αὐτῷ βασιλεῖ. Bas. Gr., Eusebius. [80] χαίρων δῆτα βασιλεύς. Idem. [81] πᾶσι. Bas. Gr. [82] ποιεῖσθαι διαδόσεις παρακελεύων. Basil. Gr.; παρεκελεύετο etiam Eusebius, sed διεκελεύετο Steph. [83] οὖν omissum in Basil. Gr. [84] Pro γοῦν Basil. Gr. et Steph. habent τοῦ.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Περὶ τῆς Ἀρείου τελευτῆς, ἐκ τῆς Ἀθανασίου ἐπιστολῆς.

Πλεῖστον οὗτος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διατρίψας χρόνον[86], ἐπικωμάσαι πάλιν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς συλλόγοις ἐβούλετο, ἀρνούμενος τὴν ἀσέβειαν, καὶ τὴν ἐκτεθεῖσαν ὑπὸ τῶν Πατέρων ὁμολογίαν ὑπισχνούμενος δέχεσθαι. Ὡς δὲ οὔτε τὸν θεῖον [86] Ἀλέξανδρον ἔπεισεν, οὔτε μὴν Ἀθανάσιον, τὸν τῆς ἐκείνου προεδρείας καὶ εὐσεβείας διάδοχον, πάλιν διὰ τῆς Εὐσεβίου τοῦ Νικομηδέως σπουδῆς, εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἔδραμε. Τὰ δ' ὑπ' ἐκείνου τυρευθέντα, καὶ ὑπὸ τοῦ δικαίου ψηφισθέντα κριτοῦ, ἄμεινον ὁ πάντα ἄριστος Ἀθανάσιος ἐν τοῖς πρὸς Ἀπίωνα [87] διηγήσατο γράμμασιν· ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτο τὸ μέρος ἐντάξω τῇ συγγραφῇ. Ἐγὼ μὲν οὐ παρήμην ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει, ὅτε τετελεύτηκεν ἐκεῖνος· Μακάριος δὲ ὁ πρεσβύτερος παρῆν, κἀκείνου λέγοντος ἤκουσα. Ἐκέκλητο μὲν παρὰ Κωνσταντίνου τοῦ [88] βασιλέως Ἄρειος ἐκ σπουδῆς τῶν περὶ Εὐσέβιον. Εἰσελθόντα δὲ [89] τὸν Ἄρειον ἀνέκρινεν ὁ βασιλεὺς, εἰ τὴν πίστιν τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἔχοι. Αὐτός τε οὖν ὤμοσε πιστεύειν ὀρθῶς, καὶ ἔγγραφον ἐπιδέδωκε πίστεως· κρύψας μὲν ἐφ' οἷς ἐξεβλήθη τῆς Ἐκκλησίας ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ ἐπισκόπου, ὑποκρινάμενος [90] δὲ τὰς ἀπὸ τῶν Γραφῶν λέξεις. Ὁμόσαντα τοίνυν αὐτὸν μὴ πεφρονηκέναι ἐφ' οἷς ἐξέβαλεν αὐτὸν Ἀλέξανδρος, ἀπέλυσεν εἰρηκώς· Εἰ ὀρθή σου ἡ πίστις ἐστὶ, καλῶς ὤμοσας· εἰ δὲ ἀσεβὴς ἐστιν ἡ πίστις σου, καὶ ὤμοσας, ὁ Θεὸς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κρίναι τὰ κατὰ σέ. Οὕτω δὴ οὖν αὐτὸν ἐξελθόντα παρὰ τοῦ βασιλέως, ἠθέλησαν εἰσαγαγεῖν [91] εἰς τὴν ἐκκλησίαν οἱ περὶ Εὐσέβιον τῇ συνήθει αὐτῶν βίᾳ. Ἀλλ' ὁ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπος ὁ μακαρίτης Ἀλέξανδρος ἀντέλεγε, φάσκων μὴ δεῖν εἰς κοινωνίαν δεχθῆναι τὸν τῆς αἱρέσεως εὑρετήν. Καὶ λοιπὸν οἱ περὶ Εὐσέβιον ἠπείλησαν, ὅτι Ὥσπερ μὴ θελόντων ὑμῶν ἐποιήσαμεν αὐτὸν κληθῆναι παρὰ βασιλέως, οὕτως αὔριον, κἂν μὴ κατὰ γνώμην σου τυγχάνῃ, συναχθήσεται Ἄρειος μεθ' ἡμῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ταύτῃ. Σάββατον δὲ ἦν, [43] ὅτε ταῦτα ἔλεγεν. Ὁ τοίνυν ἐπίσκοπος Ἀλέξανδρος, ἀκούσας ταῦτα καὶ πάνυ λυπηθείς, εἰσελθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ [92] τὰς χεῖρας ἄρας πρὸς τὸν Θεὸν, ἀπωδύρετο [93], καὶ ῥίψας ἑαυτὸν ἐπὶ πρόσωπον ἐν τῷ ἱερατείῳ, κείμενος ἐπὶ τοῦ ἐδάφους ἠύχετο. Παρῆν δὲ καὶ ὁ [94] Μακάριος εὐχόμενος σὺν αὐτῷ, καὶ ἀκούων τῆς φωνῆς αὐτοῦ. Παρεκάλει δὲ δύο ταῦτα λέγων· Εἰ Ἄρειος αὔριον συνάγεται, ἀπόλυσον ἐμὲ τὸν δοῦλόν σου, καὶ μὴ συναπολέσῃς εὐσεβῆ μετὰ ἀσεβοῦς. Εἰ δὲ φείδῃ τῆς Ἐκκλησίας σου, οἶδα δὲ ὅτι φείδῃ, ἔπιδε ἐπὶ τὰ ῥήματα τῶν περὶ Εὐσέβιον, καὶ μὴ δῷς εἰς ἀφανισμὸν καὶ ὀνειδος τὴν κληρονομίαν σου·

CAP. XIII. [B. St. Ch. V. 14.]

De Arii morte, ex epistola Athanasii.

Alexandriæ diuturno hic tempore commoratus, insultare iterum conventibus ecclesiasticis voluit, impia dogmata ejurans, traditamque a Patribus confessionem fidei suscepturum se promittens. At ubi neque **785** divino Alexandro id persuasit, neque hujus cathedræ pietatisque successori Athanasio, Eusebii rursus Nicomediensis opera Constantinopolim contendit. Quæ autem ibi molitus sit, et quam ab justo judice sententiam exceperit, disertius præstantissimus Athanasius in suis ad Apionem litteris exposuit: quarum partem illam hoc loco intexam. Ego quidem, inquit, Constantinopoli non eram, quando ille mortuus est: sed Macarius presbyter aderat, et eo narrante audivi. Accersitus Eusebio adnitente Constantinopolim fuerat Constantino imperatore Arius. Quo ut pervenit, rogatus a principe, an fidem catholicæ Ecclesiæ teneret, et recte se credere juravit, et fidei libellum exhibuit, ea celans, quorum causa ejectus Ecclesia fuerat ab Alexandro episcopo, et per simulationem referens dictiones Scripturæ. Eum ergo, cum jurasset se illa non sensisse, propter quæ ipsum ejecerat Alexander, liberum dimisit cum his verbis: Si recta est fides tua, bene jurasti: sin autem impia est fides tua, et tamen jurasti, Deus de cœlo de te ferat judicium. Itaque ab imperatore sic digressum, Eusebiani per vim, qua uti consueverant, eum in ecclesiam introducere voluerunt. At restitit beatæ memoriæ Alexander Constantinopolitanus episcopus, hæresis inventorem negans in communionem **786** recipi oportere. Tandem minas jactans Eusebius: "Quemadmodum, inquit, contra voluntatem vestram egimus, ut is ab imperatore accerseretur: sic vel te invito cras Arius conventum nobiscum aget in hac ecclesia. Sabbatum autem erat, cum hæc diceret. Quibus auditis, vehementer dolens episcopus Alexander ecclesiam ingreditur, sublatisque ad Deum manibus lamentatur, et in faciem procidens in sanctuario, humi prostratus preces fundit. Aderat una Macarius, simul orans cum eo, et ejus vocem audiens. Duo autem postulabat his verbis: Si Arius cras ad synaxim venit, dimitte me servum tuum, et ne simul perdas pium cum impio; at si Ecclesiæ tuæ parcis, parcis autem, sat scio, considera verba Eusebii, et ne des in ruinam et opprobrium hæreditatem tuam: sed tolle Arium de medio, ne illo in ecclesiam ingresso simul ingressa hæresis videatur, et pietatis instar locum deinceps impietas obtineat. Hæc precatus episcopus recessit valde anxius: et mira quædam atque horrenda

VARIÆ LECTIONES.

[86] τὸν χρόνον. Basil. Gr., Steph. [86] ἐκεῖνον addunt iidem. [87] Forte rescribendum Σεραπίωνα, ut est in omnibus Athanasii codicibus, inter cujus opera hæc epistola exstat tom. I, part. I, p. 340 sq. ed. Benedict. [88] τοῦ abest a Basil. Gr. [89] αὐτόν. Idem. [90] ὑποκρινόμενος. Basil. Gr., Casaub., Christoph., Scalig., Athanasius. [91] αὐτόν addunt Basil. Gr. et Stephan. [92] καὶ abest a Basil. Gr. Τὰς τὲ χεῖρας habet Athanasius. [93] ἀποδύρατο. Basil. Gr., Steph. [94] ὁ abest ab iisdem et Athanas.

Digitized by Google

prorsus et præter opinionem res accidit. Nam post minas Eusebii, cum episcopus ad preces se convertisset, Arius Eusebii præsidio fretus, et multa petulanter jactans, ad alvi purgationem sellas petiit, ibique pronus, quod scriptum est, crepuit medius, collapsusque **787** illico animam efflavit, et communione simul ac vita privatus est. Talis fuit exitus Arii, quem Eusebiani pudore suffusi, ut partium suarum, tumulo condiderunt. At beatæ memoriæ Alexander, lætante Ecclesia, synaxim pie atque orthodoxe cum universis fratribus celebravit, adorans et magnopere glorificans Deum, non quod de illa morte lætaretur, absit (omnibus siquidem hominibus stata lex est semel mori), sed quod ea humanum omne judicium excederet. Dominus enim ipse inter Eusebii minas et Alexandri preces dijudicavit, Arianamque hæresim condemnavit, ecclesiastica communione indignam esse demonstrans, omnibusque palam ostendens, quamvis imperatoris hominumque omnium approbatione patrocinioque niteretur, ab ipsa tamen veritate fuisse damnatam. Tales manipulos ex pravis seminibus colligens Arius, futurarumque pœnarum præludia cernens, propriam impietatem supplicio suo in crimen vocabat. Ego vero ad explicandam imperatoris pietatem gradum faciam. Ad omnes enim subjectos Romano imperio populos litteras misit, quibus et pristinum errorem ut deponerent hortabatur, et ut Servatoris nostri doctrinæ se traderent admonebat, omnesque ad hanc veritatem deducebat. Civitatum insuper episcopos ad ædificandas ecclesias excitabat, non **788** litteris solum ad hoc invitans, sed pecunias munifice largiens, et substructionum impensas suppeditans. Quod litteræ ipsæ declarant, quarum hoc est exemplum.

καὶ λοιπὸν ἡ ἀσέβεια νομισθῇ ὡς εὐσέβεια. Ταῦτ' εὐξάμενος ὁ ἐπίσκοπος ἀνεχώρησε, πάνυ φροντίζων· καὶ γέγονέ τι θαῦμα φρικτὸν καὶ παράδοξον. Τῶν γὰρ περὶ Εὐσέβιον ἀπειλησάντων, ὁ μὲν ἐπίσκοπος προσηύξατο· ὁ δὲ Ἄρειος ἐθάρρει τοῖς περὶ Εὐσέβιον, πολλά τε φλυαρῶν, εἰσῆλθεν εἰς καθέδρας ὡς διὰ χρείαν τῆς γαστρὸς, καὶ ἐξαίφνης, κατὰ τὸ γεγραμμένον, πρηνὴς γενόμενος, ἐλάκησε μέσος, καὶ πεσὼν εὐθὺς ἀπέψυξεν, ἀμφοτέρων τε τῆς κοινωνίας καὶ τοῦ ζῆν ἀπεστερήθη. Τὸ μὲν οὖν τέλος τοῦ Ἀρείου τοιοῦτον γέγονε. Καὶ οἱ περὶ Εὐσέβιον μεγάλως αἰσχυνθέντες, ἔθαψαν τὸν ὁμόφρονα ἑαυτῶν. Ὁ δὲ μακαρίτης Ἀλέξανδρος, χαιρούσης τῆς Ἐκκλησίας, τὴν σύναξιν ἐπετέλεσεν ἐν εὐσεβείᾳ καὶ ὀρθοδοξίᾳ, σὺν πᾶσι τοῖς ἀδελφοῖς, εὐχόμενος καὶ δοξάζων μεγάλως τὸν Θεὸν, οὐχ ὡς ἐπιχαίρων τῷ θανάτῳ, μὴ γένοιτο· πᾶσι γὰρ ἀπόκειται τοῖς ἀνθρώποις ἀποθανεῖν ἅπαξ· ἀλλ' ὅτι τοῦτο ὑπὲρ τὰς ἀνθρώπων κρίσεις ἐδείχθη. Αὐτὸς γὰρ ὁ Κύριος, δικάσας ταῖς ἀπειλαῖς τῶν περὶ Εὐσέβιον, καὶ τῇ εὐχῇ Ἀλεξάνδρου, κατέκρινε τὴν Ἀρειανὴν αἵρεσιν, δείξας αὐτὴν ἀναξίαν οὖσαν τῆς ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας, καὶ πᾶσι φανερώσας, ὅτι κἂν παρὰ βασιλέως καὶ πάντων ἀνθρώπων ἔχῃ τὴν μαρτυρίαν καὶ τὴν προστασίαν, ἀλλὰ παρ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας κατεκρίθη. Τοιαῦτα τῶν πονηρῶν σπερμάτων ὁ Ἄρειος δρεψάμενος δράγματα, καὶ τῶν ἐσομένων κολαστηρίων ἰδὼν τὰ προαύλια, τῆς οἰκείας ἀσεβείας διὰ τιμωρίας κατηγόρει. [44] Ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὴν τῆς βασιλικῆς εὐσεβείας διήγησιν στρέφομαι. Πᾶσι γὰρ τοῖς ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων τελοῦσιν ἡγεμονίαν ἐπέστειλε δήμοις, τῆς μὲν προτέρας αὐτοὺς ἐξαπάτης ἀπαλλαγῆναι παρεγγυῶν, τὴν δὲ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μαθεῖν διδασκαλίαν προτρέπων, καὶ ἐπὶ ταύτην ἅπαντας τὴν ἀλήθειαν ξεναγῶν. Τοὺς δέ γε κατὰ πόλιν ἐπισκόπους ἐπὶ τὰς τῶν ἐκκλησιῶν οἰκοδομίας διήγειρεν, οὐ γράμμασι μόνον ἐπὶ τοῦτο προτρέπων, ἀλλὰ καὶ χρήματα φιλοτίμως δωρούμενος, καὶ τὰ τῆς οἰκοδομίας δαπανήματα χορηγῶν. Δηλοῖ δὲ καὶ τὰ γραφέντα, τοῦτον ἔχοντα τὸν τρόπον.

CAP. XIV. [B. St. Ch. V. 15.]

Epistola Constantini imperatoris de ecclesiarum exstructione.

Victor Constantinus, maximus, Augustus, Eusebio.

Persequente ad hoc usque tempus nefario consilio et tyrannide famulos Servatoris Christi, pro certo habui, mihique omnino persuasi, ecclesiarum omnium ædificia vel negligentia corruisse, vel impendentis injuriæ metu minora quam debuerant structa fuisse, frater charissime. Nunc vero, libertate restituta, et dracone illo, Dei maximi provi-

ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου περὶ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν οἰκοδομῆς.

Νικητὴς Κωνσταντῖνος, μέγιστος, Σεβαστὸς, Εὐσεβίῳ.

Ἕως τοῦ παρόντος χρόνου τῆς ἀνοσίου βουλήσεως καὶ τυραννίδος τοὺς ὑπηρέτας τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ διωκούσης, πεπίστευκα καὶ ἀκριβῶς ἐμαυτὸν πέπεικα, πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν τὰ ἔργα, ἢ ὑπὸ ἀμελείας διεφθάρθαι, ἢ φόβῳ τῆς ἐπικειμένης ἀδικίας ἐλάττονα τῆς ἀξίας γεγενῆσθαι, ἀδελφὲ προσφιλέστατε. Νυνὶ δὲ τῆς ἐλευθερίας ἀποδοθείσης, καὶ τοῦ

VARIÆ LECTIONES.

καὶ λοιπὸν ἡ ἀσέβεια συνεισέλθῃ αὐτῷ ὡς εὐσέβεια. Stephan. φρικτὸν καί abest a Basil. Gr. et Athanasio, apud quem θαυμαστόν est pro θαῦμα. Ita Casaub., Christoph., Scalig., Athanasius. Sed Basil. Gr. et Steph. εὐθέως. Ἀρειανικὴν. Basil. Gr. παρὰ τῆς ἀληθείας. Idem. Pro ἀληθείας Athanasius editus habet Ἐκκλησίας. μέν interponit Basil. Gr. et Stephan. τῶν. Idem. μεταβαθεῖν. Basil. Græc. Allat., Pini, Savilii, quod Valesio magis placet. γε omissum in Bas. Gr. μόνας. Idem. μέγιστ. Κωνστ. Bas. Gr. Θεοῦ pro Χριστοῦ est in Allatii et Pini codd., Socratis *H. E.* I, 9, et Niceph. *H. E.* VIII, 27. Apud Euseb. *De vita Const.* II, 46 unum nomen Σωτῆρος reperitur. ἔλαττον Basil. Græc., quod Valesio non displicet. Eusebius: ἀδικίας μὴ ἀξίας (ἀξίως) γεγενῆσθαι.

Digitized by Google

δράκοντος ἐκείνου ἀπὸ τῆς τῶν κοινῶν διοικήσεως, Θεοῦ τοῦ μεγίστου προνοίᾳ, ἡμετέρᾳ δὲ ὑπηρεσίᾳ ἐκδωχθέντος [9], ἡγοῦμαι καὶ [10] πᾶσι φανερὰν γεγενῆσθαι τὴν θείαν δύναμιν, καὶ τοὺς ἢ φόβῳ, ἢ ἀπιστίᾳ, ἢ ἁμαρτήμασί τισι [11] περιπεσόντας, ἐπιγνόντας τε τὸν ὄντως ὄντα, ἥξειν ἐπὶ τὴν ἀληθῆ καὶ ὀρθὴν τοῦ βίου κατάστασιν. Ὅσων τοίνυν ἢ αὐτὸς προΐστασαι ἐκκλησιῶν, ἢ ἄλλους τοὺς κατὰ τόπον προϊσταμένους ἐπισκόπους, πρεσβυτέρους τε, ἢ [12] διακόνους οἶσθα, ὑπόμνησον σπουδάζειν περὶ τὰ ἔργα τῶν ἐκκλησιῶν, ἢ ἐπανορθοῦσθαι τὰ ὄντα, ἢ εἰς μείζονα αὔξειν, ἢ ἔνθα ἂν ἡ χρεία ἀπαιτῇ, καινὰ ποιεῖν. Αἰτήσεις δὲ καὶ αὐτὸς καὶ διὰ σοῦ οἱ λοιποὶ τὰ ἀναγκαῖα, παρά τε τῶν ἡγεμονευόντων, καὶ τῆς ἐπαρχικῆς τάξεως. Τούτοις γὰρ ἐπεστάλη, πάσῃ σπουδῇ ἐξυπηρετήσασθαι τοῖς ὑπὸ τῆς σῆς ὁσιότητος λεγομένοις. Ὁ Θεὸς διαφυλάττοι [13] σε, ἀδελφὲ ἀγαπητέ. Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν οἰκοδομίας πρὸς τοὺς καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐπισκόπους [45] ἐπέστειλεν. Ὁποῖα δὲ καὶ περὶ τῆς τῶν ἱερῶν Βιβλίων κατασκευῆς πρὸς Εὐσέβιον ἔγραψε τὸν Παλαιστῖνον, ἐξ αὐτῶν τῶν γραμμάτων καταμαθεῖν εὐπετές.

dentia, ministerioque nostro, de reipublicæ administratione depulso, et divinam omnibus satis perspectam esse potentiam arbitror, et eos qui timore, vel infidelitate, vel peccatis aliquibus implicati fuere, cognito eo qui vere est, ad verum et rectum vitæ statum concessuros. Quibus igitur ecclesiis aut ipse præes, aut alios alibi episcopos, presbyteros, vel diaconos præesse nosti, admone ut circa ecclesiarum ædificia dent operam, ut aut instaurentur quæ exstant, aut laxiora **789** fiant, aut nova ubi res postulat excitentur. Quæ autem necessaria erunt, petes ipse, ac per te cæteri, a rectoribus provinciarum, et ab officio præfecturæ. Ad hos enim scriptum est, ut quæ sanctitas tua dixerit omni studio exsequantur. Deus te custodiat, frater dilectissime. Hæc igitur de structura ecclesiarum ad singularum provinciarum episcopos scripsit. De parandis autem sacris Codicibus ad Eusebium Palæstinum quid scripserit, ex ipsis litteris cognoscere est.

ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

Ἐπιστολὴ τοῦ αὐτοῦ περὶ τῆς κατασκευῆς τῶν θείων Γραφῶν.

Νικητὴς Κωνσταντῖνος, μέγιστος [14], Σεβαστὸς, Εὐσεβίῳ.

Κατὰ τὴν ἐπώνυμον ἡμῖν πόλιν, τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος [15] συναιρομένης προνοίας, μέγιστον πλῆθος ἀνθρώπων τῇ ἁγιωτάτῃ Ἐκκλησίᾳ ἀνατέθεικεν ἑαυτόν· ὡς πάντων ἐκεῖσε πολλὴν λαβόντων αὔξησιν, σφόδρα ἄξιον καταφαίνεσθαι καὶ ἐκκλησίας ἐν αὐτῇ κατασκευασθῆναι πλείους. Τοιγάρτοι δέδεξο προθυμότατα τὸ δόξαν τῇ ἡμετέρᾳ προαιρέσει. Πρέπον γὰρ [16] κατεφάνη δηλῶσαι τοῦτο τῇ σῇ συνέσει· ὅπως ἂν πεντήκοντα σωμάτια ἐν διφθέραις ἐγκατασκεύοις [17], εὐανάγνωστά τε καὶ πρὸς [18] τὴν χρῆσιν εὐπαρακόμιστα, ὑπὸ τεχνιτῶν καλλιγράφων καὶ ἀκριβῶς τὴν τέχνην ἐπισταμένων γραφῆναι κελεύσειας· τῶν θείων δηλαδὴ Γραφῶν, ὧν μάλιστα τήν τε ἐπισκευὴν, καὶ τὴν χρῆσιν τῷ τῆς [19] Ἐκκλησίας συλλόγῳ ἀναγκαίας εἶναι γινώσκεις. Ἀπέσταλται δὲ γράμματα παρὰ τῆς ἡμετέρας ἡμερότητος πρὸς τὸν τῆς διοικήσεως καθολικὸν, ὅπως ἂν πάντα τὰ πρὸς τὴν ἐπισκευὴν αὐτῶν ἐπιτήδεια παρασχεῖν φροντίσειεν. Ἵνα γὰρ ὡς τάχιστα γραφέντα σωμάτια [20] κατασκευασθείη, τῆς σῆς ἐπιμελείας ἔργον γενήσεται [21] τοῦτο. Καὶ γὰρ δύο δημοσίων ὀχημάτων ἐξουσίαν εἰς διακομιδὴν ἐκ τῆς αὐθεντίας

CAP. XV. [B. St. Ch. V. 16.]

Alia ejusdem epistola, de parandis sacrarum Scripturarum codicibus.

Victor Constantinus, maximus, Augustus, Eusebio.

Apud urbem nobis cognominem, Dei ac Servatoris nostri auxiliante providentia, maxima hominum multitudo sanctissimæ Ecclesiæ se addixit: ita ut cum omnia ibi magnum ceperint incrementum, æquum admodum videatur, plures etiam in ea ecclesias ædificari. Tu igitur prompto animo suscipe quod nostræ visum est voluntati. Tuæ enim prudentiæ consentaneum duximus significare, ut quinquaginta volumina in membranis pares, quæ ad legendum et ad usum bene aptata sint, **790** per artifices calligraphos artis suæ peritissimos exarari jubeas: divinarum nempe Scripturarum, quarum maxime apparatum Ecclesiæ conventui necessarium esse nosti. Datæ porro sunt a clementia nostra litteræ ad catholicum diœceseos, ut omnia his parandis necessaria præbenda curet. Ut autem quam citissime descripta volumina conficiantur, tuæ diligentiæ partes erunt providere. Nam et vehicula duo publica, quibus convehantur, ex hujus rescripti nostri auctoritate accipere te convenit. Sic enim potissimum concinne scripti codices in conspectum nostrum facillime perducentur. Uno videlicet ecclesiæ tuæ hoc exsequente diacono: qui ubi ad nos

VARIÆ LECTIONES.

[9] διωχθέντος. Basil. Gr., Pini, Allat., Savil., Socrat., Nicephorus. [10] *καὶ* abest a Basil. Gr. [11] τισὶ abest ab eodem et Niceph., qui habet ἁμαρτήματι. [12] *καὶ* pro ἢ Basil. Gr. [13] διαφυλάξαι. Bas. Græc., Steph. Διαφυλάξοι Euseb., Soer., Niceph. [14] μέγιστος abest ab utroque Bas. [15] τοῦ Σωτῆρος Θεοῦ. Bas. Græc. et Lat., Steph. Τῆς τοῦ Σωτ. Θεοῦ. Euseb. *De Vit. Const.*, IV, 37. Soer. et Niceph. ll. cc. *Salvatoris Dei nostri* habet Epiphan. Schol. lib. II, c. 16. [16] ὃ καὶ (δὲ Bas. Lat.) πρέπον κατεφάνη. Bas. Græc. [17] εὐκατασκεύοις. Bas. Lat. [18] καὶ πρὸς — εὐπαρακόμιστα. Hæc absunt ab utroque Basil. Εὐμετακόμιστα habet Eusebius. [19] τῶν τῆς Ἐκκλησίας λόγον ἀναγκαίαν εἶναι, Basil. Græc. et Lat. ac Niceph. Τῷ τῆς Ἐκκλ. λόγῳ ἀναγκαίαν εἶναι, Steph., Euseb., Soer. [20] σώματα. Basil. Græc. [21] τοῦτο γενήσ. Bas. Græc., Steph., Euseb. et sequaces.

Digitized by Google

venerit, benignitatis nostræ munificentiam experietur. Deus te conservet, frater charissime.

μέχρι τῶν ἡμετέρων ὄψεων ῥᾷστα διακομισθείη· ἐνὸς δηλαδὴ τοῦτο πληροῦντος τῶν ἐκ τῆς σῆς Ἐκκλησίας διακόνων· ὃς ἐπειδ' ἂν ἀφίκηται πρὸς ἡμᾶς, τῆς ἡμετέρας πειραθήσεται φιλανθρωπίας. Ὁ Θεός σε διαφυλάξει [22], ἀδελφὲ ἀγαπητέ.

Satis quidem erant ista, ut indicarent, vel aperte potius docerent, quemadmodum omni laude dignus imperator suum omne studium ad res divinas transtulerit. Adjiciam tamen quæ ab eodem præclare circa salutare sepulcrum gesta sunt. Cum enim certior factus esset, corybantum more insanientes bacchantesque * idolorum cultores sepulcrum Dominicum, dum salutis nostræ memoriam abolere student, aggesta terra obruisse, ac desuper lascivæ dæmonis fanum, virgineo partui insultantes, **791** exstruxisse : primo exsecrandum illud ædificium dirui, atque humum illam impuris victimis contaminatam exportari, proculque ab urbe projici jussit : deinde templum amplissimum et pulcherrimum inædificari. Sed hæc evidentius epistola docet, quam ad Ecclesiæ illius antistitem misit. Macarius is erat, cujus antea meminimus, qui et magno concilio interfuit, et Arii impietatem cum cæteris debellavit. Epistola autem hæc est :

Ἱκανὰ μὲν οὖν καὶ ταῦτα τεκμηριῶσαι, μᾶλλον δὲ διδάξαι σαφῶς, ὅπως ὁ πανεύφημος βασιλεὺς πᾶσαν εἰς τὰ θεῖα μετέθηκε τὴν σπουδήν. Προσθήσω δὲ ὅμως τοῖς εἰρημένοις τὰ περὶ τὸν σωτήριον αὐτῷ τάφον κατωρθωμένα. Μαθὼν γὰρ ὡς οἱ κορυβαντιῶντες, καὶ περὶ τῶν εἰδώλων θεραπείαν βεβαχχευμένοι, τὸν μὲν Δεσποτικὸν κατέχωσαν τάφον, λήθῃ παραδοῦναι φιλονεικοῦντες τῆς σωτηρίας τὴν μνήμην. Ἐπὶ τούτῳ [24] δὲ νεὼν τῆς ἀκολάστου δαίμονος ἐδομήσαντο, ταῖς παρθενικαῖς ὠδῖσι ἐπιτωθάζοντες· [46] καταλυθῆναι μὲν προσέταξε τὸ μυσαρὸν οἰκοδόμημα· τὸν δὲ χοῦν ἐκεῖνον τὸν ἐναγέστι μολυνθέντα θυσίαις ἐκφορηθῆναι [25], καὶ πόρρω που ῥιφῆναι τοῦ ἄστεος· εἶτα νεὼν οἰκοδομηθῆναι μέγιστόν τε καὶ κάλλιστον. Δηλοῖ δὲ ταῦτα σαφέστερον ἡ ἐπιστολή, ἣν πρὸς τὸν πρόεδρον τῆς Ἐκκλησίας ἐκείνης ἀπέστειλε [26]. Μακάριος δὲ ἦν οὗτος, οὗ καὶ πρόσθεν ἐμνήσθημεν, ὃς καὶ τῆς μεγάλης κεκοινωνήκει συνόδου, καὶ τὴν Ἀρείου σὺν τοῖς ἄλλοις κατηγωνίσατο βλασφημίαν. Ἔστι δὲ αὕτη [27].

CAP. XVI. [B. St. Ch. V. 17.]

Alia ejusdem epistola ad Macarium Hierosolymitanum episcopum, de Dei templo exstruendo.

Victor Constantinus, maximus, Augustus, Macario.

Tanta est Servatoris nostri benignitas, ut nulla dicendi vis præsens miraculum æquare posse videatur. Passionis enim illius sanctissimæ signum sub terra olim abditum tot annorum conversionibus delituisse, donec servis ejus per communis hostis interitum in libertatem vindicatis illucesceret, omnem profecto excedit admirationem. Et quamvis omnes, qui toto terrarum orbe sapientes existimantur, unum in locum congregati aliquid pro rei dignitate dicere nitantur, nec minimam ejus **792** partem assequi possint : tantoque universum humanæ rationis et naturæ captum superat, quanto cœlestia humanis sunt præstantiora. Quocirca hoc mihi assidue unum est consilium, ut quemadmodum vera fides se ipsam quotidie novis miraculis patefacit, sic nostri omnium animi erga sanctam legem modestia et concordi alacritate attentiores reddantur. Quod cum omnibus manifestum esse con-

ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

Ἐπιστολὴ τοῦ αὐτοῦ πρὸς Μακάριον ἐπίσκοπον Ἱεροσολύμων, περὶ οἰκοδομῆς [28] τοῦ θείου ναοῦ.

Νικητὴς Κωνσταντῖνος, μέγιστος, Σεβαστὸς [29], Μακαρίῳ.

Τοσαύτη τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐστιν ἡ χάρις, ὡς μηδεμίαν λόγων χορηγίαν τοῦ παρόντος θαύματος ἀξίαν εἶναι δοκεῖν. Τὸ γὰρ γνώρισμα τοῦ ἁγιωτάτου [30] πάθους, ὑπὸ τῇ γῇ πάλαι κρυπτόμενον, τοσαύταις ἐτῶν περιόδοις λαθεῖν ἄχρις οὗ διὰ τῆς τοῦ κοινοῦ πάντων ἐχθροῦ ἀναιρέσεως ἐλευθερωθεῖσι τοῖς ἑαυτοῦ θεράπουσιν ἀναλάμπειν ἔμελλεν, πᾶσαν ἔκπληξιν ὡς ἀληθῶς ὑπερβαίνει. Εἰ γὰρ πάντες οἱ διὰ πάσης τῆς οἰκουμένης εἶναι δοκοῦντες σοφοὶ εἰς ἓν καὶ τὸ αὐτὸ συνελθόντες ἄξιόν τι τοῦ πράγματος [31] ἐθέλωσιν [32] εἰπεῖν, οὐδ' ἂν πρὸς βραχύτατον [33] ἁμιλληθῆναι δυνήσονται· ἐπὶ τοσοῦτον πᾶσαν ἀνθρωπίνου λογισμοῦ χωρητικὴν φύσιν ἡ τοῦ θαύματος τούτου πίστις ὑπερβαίνει, ὅσῳ [34] τῶν ἀνθρωπίνων τὰ οὐράνια συνέστηκεν εἶναι δυνατώτερα. Διὰ τοῦτο γοῦν οὗτος ἀεὶ καὶ πρῶτος καὶ μόνος ἐστί μοι σκοπός, ἵν' ὥσπερ ἑαυτὴν ὁσημέραι καινοτέροις θαύμασιν ἡ

VARIÆ LECTIONES.

[22] τά abest a Bas. Græc. et Steph. [23] διαφυλάξοι. Bas. Lat., Euseb. et sequaces. [24] τούτοις. Bas. Græc. [25] Hoc verbum habet codex Pini, Allatii et Steph. 2, idque confirmatur loco simili cap. XVII init., ubi idem de eadem re verbum; sed Basil. Græc. et Steph. 1 ἐκπεπορθῆναι. Savilii liber ἐκπεφορηθῆναι, probante Valesio. [26] ἐπέστειλε. Bas. Græc. [27] ἔστι δὲ αὕτη. Hæc omissa sunt in eodem codice. [28] τῆς οἰκοδομίας. Bas. Græc. et Steph. [29] σεβ. abest ab iisdem codicibus. [30] ἐκείνου interponit uterque Basil. cum Euseb. *De Vita Const.* III, 30.; Socr. I, 9; Niceph. VIII, 28. [31] Ita et codex Pini, et Chr. cum Eusebio et sequacibus. Sed προστάγματος uterque Bas. et Steph. [32] ἐθέλουσιν. Steph. Ἐθελήσουσιν Euseb. et Socr. [33] τὸ βραχ. Basil. Græc. et Lat., Steph., Euseb. cum sequacibus. [34] ὅς. Bas. Græc. vitiose. Ὅσον Bas. Lat.

Digitized by Google

τῆς ἀληθείας πίστις ἐπιδείκνυσιν, οὕτως καὶ αἱ ψυχαὶ πάντων ἡμῶν περὶ τὸν ἅγιον νόμον σωφροσύνῃ καὶ ὁμογνώμονι προθυμίᾳ σπουδαιότεραι γίνωνται [35]. Ὅπερ ἐπειδὴ πᾶσιν εἶναι νομίζω φανερὸν, ἐκεῖνο μάλιστά σε πεπεῖσθαι βούλομαι, ὡς ἄρα πάντων μοι μᾶλλον μέλει, ὅπως τὸν ἱερὸν ἐκεῖνον τόπον, ὃν Θεοῦ προστάγματι αἰσχίστης [36] εἰδώλου προσθήκης, ὥσπερ τινὸς ἐπικειμένου βάρους ἐκούφισα, ἅγιον μὲν ἐξ ἀρχῆς Θεοῦ κρίσει [37] γεγενημένον, ἁγιώτερον δὲ ἀποφανθέντα, ἀφ' οὗ τὴν τοῦ σωτηρίου πάθους πίστιν εἰς φῶς προήγαγεν, οἰκοδομημάτων κάλλει κοσμήσωμεν. Προσήκει τοίνυν τὴν σὴν ἀγχίνοιαν οὕτως διατάξαι τε [47] καὶ ἑκάστου τῶν ἀναγκαίων ποιήσασθαι πρόνοιαν, ὡς οὐ μόνον βασιλικὴν τῶν πανταχοῦ βελτίονα, ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ τοιαῦτα γενέσθαι, ὡς πάντα τὰ ἐφ' ἑκάστης καλλιστεύοντα πόλεως, ὑπὸ τοῦ κτίσματος τούτου νικᾶσθαι. Καὶ περὶ τῆς τῶν τοίχων ἐγέρσεώς τε καὶ καλλιεργίας, Δρακιλλιανῷ τῷ ἡμετέρῳ φίλῳ, τῷ διέποντι τῶν λαμπροτάτων ἐπάρχων μέρη, καὶ τῷ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντι, παρ' ἡμῶν [38] ἐγκεχειρίσθαι τὴν φροντίδα γίνωσκε. Κεκέλευσται γὰρ ὑπὸ τῆς ἐμῆς [39] εὐσεβείας, καὶ τεχνίτας, καὶ ἐργάτας, καὶ πανθ' ὅσα περὶ τὴν οἰκοδομὴν ἀναγκαῖα τυγχάνειν παρὰ τῆς σῆς καταμάθοιεν ἀγχινοίας, παραχρῆμα διὰ τῆς ἐκείνων [40] προνοίας ἀποσταλῆναι. Περὶ δὲ τῶν κιόνων, εἴτ' οὖν [41] μαρμάρων, ἃ δ' ἂν νομίσειας [42] εἶναι τιμιώτερά τε καὶ χρησιμώτερα αὐτοῖς [43], συνόψεως γενομένης, πρὸς ἡμᾶς γράψαι σπούδασον· ἵν' ὅσων δ' ἂν καὶ ὁποίων χρείαν εἶναι διὰ τοῦ σοῦ γράμματος ἐπιγνῶμεν, ταῦτα πανταχόθεν μετενεχθῆναι δυνηθῇ. Τῆς γὰρ τοῦ κόσμου θαυμασιώτερον τόπον κατ' ἀξίαν φαιδρύνεσθαι δίκαιον. Τὴν δὲ τῆς βασιλικῆς καμάραν πότερον λακωναρίαν, ἢ διά τινος ἑτέρας ἐργασίας γενέσθαι δοκεῖ, παρὰ σοῦ γνῶναι βούλομαι. Εἰ γὰρ λακωναρία μέλλοι εἶναι, δυνήσεται καὶ χρυσῷ καλλωπισθῆναι. Τὸ λειπόμενον, ἵνα ἡ σὴ ὁσιότης τοῖς προειρημένοις δικασταῖς ἧ τάχος [44] γνωρισθῆναι ποιήσῃ, ὅσων τε καὶ ἐργατῶν, καὶ τεχνιτῶν, καὶ ἀναλωμάτων χρεία. Ἃ καὶ πρὸς ἐμὲ εὐθέως ἀνενεγκεῖν σπούδασον, οὐ μόνον περὶ τῶν μαρμάρων τε καὶ κιόνων, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν λακωναριῶν, εἴ γε καὶ τοῦτο κάλλιον ἐπικρίνειας [45]. Ὁ Θεός σε διαφυλάξει [46], ἀδελφὲ ἀγαπητέ.

A fidam, id maxime tibi persuadeas velim, hanc mihi præ omnibus curam esse, ut sacrum illum locum quem Dei jussu turpissimo idoli additamento, tanquam gravi quodam onere allevavi, sanctum jam olim divino judicio factum, sanctioremque nunc effectum, ex quo salutaris passionis monimentum extulit in lucem, præclara ædificiorum structura decoremus. Decet igitur prudentiam tuam ita constituere, et necessaria omnia providere, ut non solum basilica omnibus quæ usquam sunt antecellat, sed cætera etiam talia fiant, ut, quæ in singulis civitatibus pulcherrima sunt, ab hoc ædificio vincantur. Ac de parietibus quidem erigendis, operisque elegantia, scito a nobis Dracilliano amico nostro, clarissimorum præfectorum B vices gerenti, et præsidi provinciæ curam **793** esse impositam. Imperatum enim est a pietate mea, ut artifices et operarii, et quæcunque ad substructionem desiderari a prudentia tua didicerint, ipsorum diligentia submittantur. De columnis autem et marmoribus, quænam tibi post inspectionem pretiosiora et illis aptiora videantur, fac ad nos perscribas : ut quot et qualia usui fore tuis ex litteris cognoverimus, undique convehantur. Locum enim, quo admirabiliorem mundus nullum habet, æquum est digno splendore illustrari. Testudinem vero basilicæ, laqueatamne an alio quodam genere fieri placeat, ex te cupio cognoscere. Nam si laqueata futura est, auro etiam poterit C exornari. Restat ergo, ut sanctitas tua memoratis judicibus, quot operariis et artificibus, quantisque sumptibus opus sit, quamprimum significet. Quæ ad nos etiam confestim fac referas, non solum de marmoribus et columnis, verum etiam de laqueatis, siquidem genus hoc pulchrius esse judicaris. Deus te incolumem servet, frater charissime.

ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

Περὶ Ἑλένης τῆς τοῦ βασιλέως [47] *μητρὸς, καὶ τῆς περὶ τὴν οἰκοδομίαν τοῦ θείου ναοῦ σπουδῆς.* D

Τούτοις τοῖς γράμμασιν οὐκ ἄλλος τις διηκόνησεν, ἀλλ' αὐτὴ τοῦ βασιλέως ἡ μήτηρ, ἡ καλλίπαις ἐκείνη, καὶ παρὰ πάντων ᾀδομένη τῶν εὐσεβῶν, ἡ τὸν μέγαν τοῦτον φωστῆρα τεκοῦσα, καὶ

794 CAP. XVII. [B. St. Ch. V. 18.]

De Helena imperatoris Constantini matre, et studio in divini templi exstructione.

Hujus epistolæ lator alius non fuit, quam ipsa imperatoris mater, præclari filii parens illa, et a piis omnibus decantata, quæ magnum hoc lumen peperit, et pietatis alimenta illi præbuit. Hæc

VARIÆ LECTIONES.

[35] γίγνωνται. Bas. Græc. Euseb. Γίγνοιντο Socr. [36] αἰσχρᾶς. Bas. Græc. et Lat. Eusebius habet : αἰσχίσταις εἰδώλου προσθήκαις. Sed Socr. et Niceph. cum lectione textus consentiunt. [37] Θεοῦ καὶ κρίσει. Bas. Græc. vitiose, forte pro Θεοῦ τῇ κρίσ. [38] παρ' ἡμῖν. Bas. Græc. [39] ἡμετέρας. Uterque Bas. [40] ἐκείνου. Ibid. [41] ἢ ἐκ τῶν μαρμάρων, ἢ ἐκ τῶν ἄλλων, ἃ δ' ἄν, etc. Ita textum constituit Christophorsonus. Qua emendatione non erat opus, cum in extrem. h. c. iterum τῶν μαρμάρων καὶ κιόνων conjunctim mentionem faciat. Δέ abest a codice Pini. [42] νομίσῃς. Bas. Græc. [43] αὐτὸς, quod cum iis, quæ sequuntur, conjungendum esset, habet Allatii codex, itemque Socrates, probante Valesio. Sed Eusebius et Niceph. αὐτῆς συνόψ. γενομένης. Σύνοψιν hic de forma s. delineatione operis non male interpretatur Valesius ad l. c. Euseb. [44] ἧ τάχος abest ab utroque Basil. [45] ἐπικρίνοις. Uterque Basil. Ἐπικρίνειεν Eusebius. [46] διαφυλάξοι. Bas. Lat., Euseb. cum sequacibus. [47] Κωνσταντίνου addit Bas. Græc., Steph. et qui eos sequuntur.

Digitized by Google

enim itineris labores pertulit, senectutis incommoda non reputans : paulo namque ante mortem iter hoc suscepit, obiit autem octogenaria. Postquam ergo locum illum conspexit, qui communis salutis cruciatus excepit, continuo exsecrandum illud fanum deturbari, humumque exportari jussit. Ubi vero emersit sepulcrum quod latebat, tres circa Dominicum monimentum defossæ cruces apparuerunt. Et harum quidem unam Domini nostri Jesu Christi fuisse, reliquas latronum, qui una cum eo suffixi sunt, sine controversia credebant omnes : cæterum quænam illarum Domini corpus tetigisset, et pretiosi sanguinis guttis aspersa fuisset, penitus ignorabant. Sed sapientissimus planeque divinus Macarius, urbis episcopus, dubitationem ad hunc modum exemit. Femina erat illustris, quæ diuturno morbo tenebatur. Huic cum singulas cruces cum precibus intente applicuisset, salutaris crucis virtutem deprehendit. Simul **735** enim ut feminæ hæc admota est gravem illius morbum depulit, sanitatemque restituit. Re comperta, voti compos facta imperatoris mater, clavorum partem galea regia inclusit, filii capiti consulens, ut hostium tela repelleret : partem equi freno indidit, et imperatoris saluti prospiciens, et vetus explens oraculum, quod olim Zacharias propheta ediderat : « Et quod in freno equi, sanctum erit Domino omnipotenti [z]. » Salutaris vero crucis partem palatio destinavit : reliquum argentea theca fabricata conditum episcopo urbis dedit, ut ad posteritatem salutis nostræ monimenta servarentur. Artifices deinde cujusque generis materiæ congregans, maxima illa et splendidissima templa exstruxit, quorum pulchritudinem amplitudinemque explicare supervacaneum prorsus arbitror, cum pii omnes, prope dixerim, eo confluant, et operum magnificentiam contemplentur. Sed et aliud quiddam memoria dignum egit laudatissima illa et suspicienda regina. Virgines enim perpetuæ virginitati devotas cum simul omnes convocasset, atque in stibadiis pluribus accumbere jussisset, ancillæ ipsa partes obiit, **796** ministrans, cibosque apponens, et calices porrigens, et vinum fundens, et gutturnium cum malluvio ferens, et aquam illarum manibus infundens. His et aliis consimilibus peractis, rediit ad filium : nec multo post ad alteram vitam tranquillo animo demigravit, cum filium multis de pia vita præceptis im-

τὴν τῆς εὐσεβείας αὐτῷ προσενεγκοῦσα τροφήν. Αὕτη τῶν τῆς ὁδοιπορίας πόνων ἀνασχομένη, καὶ τοῦ γήρως [46] οὐ λογισαμένη τὰ πάθη· πρὸ γὰρ ὀλίγου τῆς τελευτῆς τὴν ἀποδημίαν ταύτην ἐποιήσατο [47], ὀγδοηκοντοῦτις δὲ τὸ τέρμα τοῦ βίου κατείληφεν. Ἐπειδὴ [50] δὲ τὸ χωρίον ἐκεῖνο εἶδε [51], τὸ τῆς κοινῆς σωτηρίας τὰ πάθη δεξάμενον, εὐθὺς μὲν τὸν μυσαρὸν ἐκεῖνον νεὼν καταλυθῆναι καὶ τὸν χοῦν ἐκφορηθῆναι προσέταξε. Δήλου [48] δὲ τοῦ κεκρυμμένου τάφου γεγενημένου, ὤφθησαν τρεῖς παρὰ τὸ μνῆμα τὸ Δεσποτικὸν κατακεχωσμένοι σταυροί. Καὶ ὅτι μὲν εἷς ἐκ τούτων ὁ τοῦ Δεσπότου ἡμῶν καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐτύγχανεν ὤν, οἱ δ' ἕτεροι τῶν σὺν αὐτῷ προσηλωθέντων λῃστῶν, ἀναμφισβητήτως ἐπίστευον ἅπαντες· ἠγνόουν δὲ ὅμως τὸν τῷ Δεσποτικῷ πελάσαντα σώματι, καὶ τοῦ τιμίου αἵματος τὴν λιβάδα δεξάμενον. Ἀλλ' ὁ σοφώτατος ἐκεῖνος [52] καὶ θεῖος ὄντως Μακάριος, ὁ τῆς πόλεως πρόεδρος, τοιῷδε τρόπῳ τὴν ἀπορίαν διέλυσε. Γυναικὶ γὰρ περιφανεῖ νόσῳ κατεχομένῃ μακρᾷ, ἕκαστον τῶν σταυρῶν ἐκείνων μετὰ προσευχῆς σπουδαίως προσενεγκών, ἔγνω τοῦ σωτηρίου [53] τὴν δύναμιν. Παραυτίκα γὰρ οὗτος τῷ γυναίῳ πελάσας τὴν χαλεπὴν ἐκείνην [54] ἐξήλασε νόσον, καὶ τὴν ἄνθρωπον ἀπέφηνεν ὑγιᾶ. Οὕτω δὴ τοῦ βασιλέως ἡ μήτηρ μαθοῦσα τὸ ποθούμενον, τῶν ἥλων τὰ μὲν εἰς τὸ βασιλικὸν ἐνέβαλε κράνος, τῆς τοῦ παιδὸς κεφαλῆς προμηθουμένη, ἵνα τὰ τῶν πολεμίων ἀποκρούηται βέλη· τὰ δὲ τῷ τοῦ ἵππου ἀνέμιξε χαλινῷ, καὶ ἀσφάλειαν μηχανωμένη τῷ βασιλεῖ, καὶ παλαιᾷ προφητείᾳ πέρας ἐπιτιθεῖσα· πόρρωθεν γὰρ Ζαχαρίας ὁ προφήτης ἐβόα [55]· « Καὶ ἔσται τὸ ἐπὶ τῷ χαλινῷ [56] τοῦ ἵππου ἅγιον τῷ Κυρίῳ παντοκράτορι. » Τοῦ δὲ σωτηρίου σταυροῦ [57] μοῖραν μέν τινα τοῖς βασιλείοις ἀπένειμε· τὸ δὲ λοιπὸν [58], θήκην ἐξ ὕλης ἀργύρου [59] ποιησαμένη, τῷ τῆς πόλεως δέδωκεν ἐπισκόπῳ, φυλάττειν παρεγγυήσασα ταῖς ἔπειτα γενεαῖς τὰ τῆς σωτηρίας μνημόσυνα. Πάντοθεν δὲ [60] παντοδαπῆς ὕλης τεχνίτας ἀγείρασα, τοὺς μεγίστους ἐκείνους καὶ λαμπροτάτους νεὼς ἐδομήσατο [61]. Τὸ δὲ τούτων κάλλος καὶ μέγεθος ἐκφράσαι περιττὸν ἄγαν ὑπείληφα· πάντων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῶν φιλοθέων ἐκεῖσε θεόντων, καὶ θεωμένων τῶν ἔργων τὴν πολυτέλειαν. Πεποίηκε δὲ καὶ ἕτερον μνήμης ἄξιον ἡ πανεύφημος ἐκείνη, καὶ ἀξιάγαστος βασιλίς. Τὰς γὰρ διὰ βίου τὴν παρθενίαν ἀσκούσας συναγείρασα πάσας, καὶ [62] ἐπὶ στιβάδων πολλῶν κατακλίνασα [63], αὐτὴ θεραπαινίδος ἔργον

[z] Zach. xiv, 20.

VARIÆ LECTIONES.

[46] ἐκ τοῦ γήρως. Bas. Græc., Steph. [47] ἐστείλατο. Bas. Græc. [50] ἐπεί. Idem. [51] εἶδεν ἐκεῖνο τῆς κοινῆς. Idem. [52] ἐκεῖνος — ὄντως. Hæc absunt ab eodem Basil. [53] μυστηρίου. Bas. Græc. [54] ἐκείνην abest ab eodem. [55] βοᾷ. Idem. [56] ἐπὶ τοῦ χαλινοῦ ἅγιον. Idem. Τοῦ ἵππου nec videtur Epiphanius habuisse Hist. trip. II, 18. [57] Epiph. *salutaris crucis*. Sed Basil. Gr. et Steph. τοῦ δὲ σωτῆρος τοῦ σταυροῦ. [58] τῷ δὲ λοιπῷ. Basil. Gr. [59] ἀργυρίου. Steph. [60] πάντοθεν δὲ δὴ παντοδαπὴν ὕλην τοῖς τεχνίταις ἐγείρουσι. Bas. Græc. Emendat Camerarius ἐγείρουσα, *omnis generis materiam artificibus suppeditans*. Sed magis placet ἀγείρασα. [61] ἐδωρήσατο. Basil. Græc. [62] συναγ. πάσ. καί. Hæc absunt a Basil. Gr. [63] ἀναπλάσασ. Bas. Gr., Steph.

Digitized by Google

ἐτλήρου, διακονοῦσα, καὶ ὄψα παρατιθεῖσα, καὶ κύλικας ὀρέγουσα, καὶ οἰνοχοοῦσα, καὶ πρόχουν ἐπὶ λέβητος φέρουσα, καὶ ὕδωρ ταῖς ἐκείνων χερσὶν ἐπιχέουσα. Ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ὅμοια δράσασα, ἐπανῆλθε μὲν πρὸς τὸν παῖδα· μετ' εὐθυμίας δὲ εἰς τὸν ἕτερον μετέστη βίον, πλεῖστα τῷ παιδὶ περὶ τῆς εὐσεβοῦς πολιτείας ἐντειλαμένη, [49] καὶ ταῖς ἐξιτηρίοις αὐτὸν ἐπικλύσασα εὐλογίαις. Ἐκείνη μὲν οὖν καὶ [64] μετὰ τὴν τελευτὴν τιμῆς τετύχηκεν [65], ὁποίας τυχεῖν ἐχρῆν τὴν οὕτως ἐπιμελῶς καὶ θερμῶς τὸν τῶν ὅλων τεθεραπευκυῖαν Θεόν.

A buisset, atque usitata in exitu vitæ benedictione cumulasset. Defunctæ post mortem is tributus est honor, quem eam consequi par erat, quæ universorum Deum tam assiduo et ardenti studio coluerat.

ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

Περὶ τῆς παρανόμου μεταθέσεως Εὐσεβίου τοῦ Νικομηδείας.

Οἱ δὲ τῆς Ἀρείου συμμορίας τῶν παμπονήρων οὐκ ἐπελάθοντο βουλευμάτων.

Τούτου γὰρ δὴ ἕνεκα τὰς τῆς πίστεως ὁμολογίας [66] συνέθεντο ταῖς χερσὶν, ὡς ἂν τὰ κώδια περικείμενοι, τὰ τῶν λύκων ἐργάσαιντο. Ὁ μὲν γὰρ θεῖος ἐκεῖνος Ἀλέξανδρος, ὁ τῇ προσευχῇ κατακοντίσας τὸν Ἄρειον, τὸν Βυζάντιον [67] λέγω· οὕτω γὰρ ἡ Κωνσταντινούπολις κατ' ἐκεῖνον ὠνομάζετο τὸν καιρόν· εἰς τὸν ἀμείνω μετετέθη βίον. Εὐσέβιος δὲ ὁ τῆς δυσσεβείας συνήγορος, μικρὰ φροντίσας ὧν πρὸ βραχέος μετὰ τῶν ἄλλων ἀρχιερέων συνέγραψεν [68] ὅρων, παραυτίκα τὴν Νικομήδειαν καταλιπὼν, τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἥρπασε θρόνον, ἄντικρυς τοῦ κανόνος, ἐπισκόπους ὁμοῦ καὶ πρεσβυτέρους ἀπαγορεύοντος ἐξ ἑτέρας εἰς ἑτέραν [69] μεταβαίνειν πόλιν. Θαυμαστὸν δὲ οὐδὲν τοὺς οὕτω κατὰ τῆς τοῦ Μονογενοῦς μανέντας θεότητος, ἀδεῶς τοὺς ἄλλους παραβῆναι νόμους. Οὐ νῦν δὲ τοῦτο πρῶτον κεκαινοτόμηκεν [70], ἀλλὰ καὶ ἤδη πρότερον αὐτὸ τοῦτο τετόλμηκεν· τὴν Βηρυτὸν γὰρ πάλαι πεπιστευμένος, εἰς τὴν Νικομήδειαν μετεπήδησε· καὶ ταύτης δὲ μετὰ τὴν σύνοδον διὰ τὸ τῆς δυσσεβείας προφανὲς ἐξηλάθη, καὶ σὺν αὐτῷ Θεογόνιος [71] ὁ Νικαίας. Καὶ τοῦτο δῆλον ὁ [72] βασιλεὺς Κωνσταντῖνος [73] διὰ γραμμάτων πεποίηκεν. Ἐγὼ δὲ καὶ τὸ τέλος τῆς ἐπιστολῆς ἐνθήσω τῇ συγγραφῇ. Ἐπέστειλε δὲ ταῦτα Νικομηδεῦσι.

Interea vero Ariani a perditis consiliis non desistebant.

[B. St. Ch. V. 19.] Nam propterea de fidei confessionibus manibus suis transegerant, ut ovium pellibus tecti luporum partes agerent. Postquam enim divinus ille Alexander, qui Arium orationis jaculo confixerat (Byzantii episcopum dico : sic enim Constantinopolis eo tempore vocabatur), ad meliorem vitam excessit, Eusebius impietatis propugnator, parvi faciens sanctiones, quarum auctor ipsemet cum aliis episcopis fuerat, Nicomedia protinus relicta Constantinopolitanam sedem invasit, vetante palam canone, tum episcopos, tum presbyteros, ab una civitate **797** in aliam transire. Sed mirum non est, eos qui contra Unigeniti divinitatem sic insanierunt, alias leges libere transilire. Nec ille vero tum primum hoc tentavit. Jam enim antea id ipsum patrarat. Nam Beryti olim episcopus cum esset, Nicomediam convolarat : ab hac porro post synodum ob manifestam impietatem ejectus fuerat, et una cum eo Theogonius, Nicææ episcopus. Quod litteris suis testatum fecit Constantinus imperator : quarum partem postremam narrationi subjiciam. Sic ergo scribit ad Nicomedienses.

ΚΕΦΑΛ. Ιϑ'.

Ἐπιστολὴ βασιλέως Κωνσταντίνου κατὰ Εὐσεβίου καὶ Θεογονίου γραφεῖσα Νικομηδεῦσι.

Τίς ἐστιν ὁ ταῦτα διδάξας οὕτως ἄκακον πλῆθος; Εὐσέβιος δηλαδὴ, ὁ τῆς τυραννικῆς ὠμότητος συμμύστης. Ὅτι γὰρ [74] πανταχοῦ τοῦ τυράννου [75] γεγένηται πρόσφυξ, πολλαχόθεν ἔστι συνορᾶν. Τοῦτο μὲν γὰρ αἱ τῶν ἐπισκόπων σφαγαὶ διαμαρτύρονται· ἀλλὰ τῶν ἀληθῶς ἐπισκόπων. Τοῦτο δὲ ἡ τῶν Χριστιανῶν [50] χαλεπωτάτη [76] ἐκδίωξις διαῤῥήδην βοᾷ. Οὐδὲν γὰρ περὶ τῶν εἰς ἐμὲ γεγενημένων ὕβρεων

CAP. XVIII.

De illegitima Eusebii Nicomediensis translatione.

CAP. XIX. [B. St. Ch. V. 20.]

Epistola Constantini imperatoris adversus Eusebium et Theogonium, ad Nicomedienses.

Quis est, qui tam innocentem plebem ista docuit? Eusebius nimirum, tyrannicæ consors crudelitatis. Nam quod tyranno ubique adhæserit, ex multis perspici potest. Hoc enim episcoporum cædes testantur, sed verorum prorsus episcoporum : hoc et gravissima Christianorum persecutio aperte clamat. Nihil enim de illatis in me injuriis nunc dicam, per quas maxime adversarum partium con-

VARIÆ LECTIONES.

[64] καὶ abest a Basil. Gr. et Steph. [65] ἔτυχεν. Iidem. [66] τῇ τῆς πίστεως ὁμολογίᾳ. Basil. Gr., Savilii, recte, probante Valesio. Epiphan. Scholast. II, 22. *in confessione fidei etiam manibus consenserunt.* [67] ὁ Βυζάντιος λέγω. Basil. Gr. [68] συνέγρ. ἀρχιερ. Basil. Gr. Steph. [69] μὴ addunt Iidem. [70] κεκαινοτόμητο. Bas. Gr. [71] Θεόγνις. Christoph., Scalig., Casaub. [72] ὁ abest a Bas. Gr. [73] δεύτερον addit idem cum Stephan., quanquam nec Pini codex, nec Epiphanius l. c. agnoscit hoc verbum, quod quid hic significet, se intelligere negat Valesius, qui libentius scripserit ὕστερον. [74] τῶν ἁγίων interponit Basil. Græc. et Latin., itemque Stephan. Sed Christophorsonus et Valesius ea deleri jubent, cum neque sint in codd. Allatii et Pini, nec in Epiphan. Scholast. l. c., aut Gelasio Cyziceno. [75] τοῦ τυράννου abest ab utroque Basileensi et Savilii codice. [76] ἡ χαλεπ. τ. Χριστ. ἐκδ. Basil. Gr. et Lat., Steph.

Digitized by Google

νους, μηδεμίαν χώραν ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ [94] μεταμελείας ἔχωσιν. Ἐπικουρήσατε τοίνυν ὑμῖν αὐτοῖς, παρακαλῶ, τὸ φίλτρον τὸ ὑμέτερον [95] ἀγαπήσατε, καὶ παντὶ σθένει διώξατε τοὺς τὴν [96] τῆς ὑμετέρας ὁμονοίας χάριν ἀφανίζειν ἐπιθυμοῦντας· καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ἀποβλέποντες, ὑμᾶς αὐτοὺς ἀγαπᾶτε [97]. Ἐγὼ γὰρ τὸν ὑμέτερον ἐπίσκοπον Ἀθανάσιον ἀσμένως προσηκάμην, οὕτω τε προσεφθεγξάμην, ὡς ἄνθρωπον αὐτὸν εἶναι Θεοῦ πεπεισμένος.

A lum habeant in hac vita pœnitentiæ locum. Quare auxilio adeste, quæso, vobis ipsis, et amorem vestrum amate, omnique **815** ope illos insectamini, qui concordiæ vestræ gratiam cupiunt exstinguere : et Deum intuentes, vos ipsos diligite. Ego episcopum vestrum Athanasium libens admisi, atque ita sum allocutus, ut qui virum Dei ipsum esse mihi persuaserim.

ΚΕΦΑΛ. ΚϚ'.

Ἄλλη κατὰ Ἀθανασίου ἐπιβουλή.

Ἀλλ' οὐδὲ οὕτως οἱ δυσσεβεῖς ἐνετράπησαν, ἀλλ' ἕτερον ἐξύφηναν δρᾶμα, ᾧ προσόμοιον οὐδεὶς τῶν πάλαι γεγενημένων τραγῳδοποιῶν [61] ἢ κωμῳδοποιῶν διέπλασε πώποτε. Κατηγόρους γὰρ πάλιν ἐκ τῆς αὐτῆς συμμορίας μισθωσάμενοι, προσάγουσι τῷ [98] βασιλεῖ βοῶντας ἀνοσιουργίας ἀῤῥήτους τετολμηκέναι πολλὰς τὸν τῆς ἀρετῆς ἀθλητήν. Ἡγεῖτο δὲ τούτων Εὐσέβιός τε, καὶ Θεογόνιος [99], καὶ Θεόδωρος ὁ Περίνθιος· Ἡράκλειαν δὲ νυνὶ τὴν Πέρινθον ὀνομάζουσιν· οὐκ ἀνεκτὰ ταῦτα εἶναι λέγοντες, οὐδὲ ἀκοαῖς φορητά. Πείθουσι δὴ οὖν τὸν βασιλέα σύνοδον ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης ἀθροῖσαι, ἔνθα δὴ πλείους ἦσαν οἱ δυσμενεῖς, κἀκεῖσε κριθῆναι κελεῦσαι τὸν Ἀθανάσιον. Πεισθεὶς δὲ ὡς ἱερεῦσιν ὁ βασιλεύς, παντάπασι γὰρ ἠγνόει τὰ τυρευόμενα, τοῦτο γενέσθαι προσέταξεν. Ἀλλ' ὁ θεῖος Ἀθανάσιος, τὴν τῶν δικαζόντων δυσμένειαν ἐπιστάμενος, οὐχ ἧκεν εἰς τὸ συνέδριον. Ἐντεῦθεν δὴ πλείονα πρόφασιν εἰς συκοφαντίαν λαβόντες, καὶ τὸν κατὰ τῆς ἀληθείας ἀναδεξάμενοι πόλεμον, πρὸς ταῖς ἄλλαις παρανομίαις, τυραννίδος αὐτὸν καὶ θρασύτητος ἐπὶ τοῦ βασιλέως ἐγράψαντο. Καὶ οὐ πάμπαν τῆς ἐλπίδος ἐψεύσθησαν. Ἐκ γὰρ δὴ τῶν εἰρημένων θυμωθεὶς ὁ πραότατος βασιλεὺς, ἐπέστειλεν αὐτῷ, τὴν ὀργὴν ὑποφαίνων, καὶ καταλαβεῖν τὴν Τύρον παρεγγυῶν. Ἐκεῖσε γὰρ προσέταξεν ἀθροισθῆναι τὴν σύνοδον, ὑποπτεύσας, ὡς οἶμαι, τὸν Ἀθανάσιον ὑφορᾶσθαι τὴν Καισαρέων, διὰ τὸν ἐκείνης ἡγούμενον. Ἔγραψε δὲ καὶ τῇ συνόδῳ ἅπερ ἐχρῆν ἐπιστεῖλαι τὸν εὐσεβείᾳ κοσμούμενον. Ἔστι δὲ ταῦτα·

B

CAP. XXVI. [B. St. Ch. V. 28.]

Altera in Athanasium structa fraus.

At ne sic quidem istorum repressa est impietas, quin alteram texerent fabulam, cui veterum tragicorum aut comicorum nemo unquam similem dedit. Accusatores enim e factione sua redemptos ad imperatorem deducunt, virtutis athletam multa infanda scelera perpetrasse vociferantes. His aderant Eusebius, et Theogonius, et Theodorus Perinthius (Heracleam autem nunc appellant, quæ olim Perinthus erat), affirmantes intolerabilia hæc esse, ac ne auribus quidem ferenda. Proinde imperatori persuadent, ut Cæsareæ Palæstinæ, ubi nimirum Athanasio infesti erant plurimi, synodum cogat, ibique de Athanasio judicari jubeat. Quibus obsequens utpote sacerdotibus imperator (fraudulenta enim illorum consilia prorsus ignorabat), hoc fieri imperavit. Sed divinus Athanasius, perspectam habens judicum malevolentiam, ad concilium non venit. Inde illi arrepta validiore ansa calumniandi, belloque contra veritatem suscepto, præter alia crimina, tyrannidis illum et contumaciæ apud imperatorem **816** insimulant. Neque omnino spes eos frustrata est. Nam eorum verbis commotus imperator, litteras ad illum scripsit, quibus et iram prodidit, et ut Tyrum peteret mandavit. Ibi enim synodum cogi præcepit, conjectans, ut opinor, Athanasio propter ejus antistitem suspectam esse Cæsaream. Ad synodum autem ea scripsit, quæ a viro pietate insigni scribi par erat. Sunt autem hujusmodi :

C

ΚΕΦΑΛ. ΚΖ'.

Ἐπιστολὴ βασιλέως Κωνσταντίνου πρὸς τὴν ἐν Τύρῳ [1] σύνοδον.

Κωνσταντῖνος Σεβαστὸς τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῇ κατὰ Τύρον.

Ἦν μὲν ἴσως ἀκόλουθον, καὶ τῇ τῶν καιρῶν εὐκαιρίᾳ μάλιστα πρέπον, ἀστασίαστον εἶναι τὴν καθολικὴν Ἐκκλησίαν, καὶ πάσης λοιδορίας τοὺς τοῦ Χριστοῦ νῦν ἀπηλλάχθαι θεράποντας. Ἐπειδὴ δὲ οὐχ ὑγιοῦς φιλονεικίας οἵστρῳ τινὲς ἐλαυνόμενοι, οὐ γὰρ ἂν εἴποιμι βιοῦντες ἑαυτῶν ἀναξίως, τὰ πάντα συγχέειν ἐπιχειροῦσιν, ὅπερ πάσης συμφορᾶς ἐπέκεινα κεχωρηκέναι μοι δοκεῖ· τούτου χάριν θέοντας

D

Constantinus Augustus sanctæ synodo Tyri convocatæ.

Consentaneum quidem erat, temporumque felicitati maxime congruens, seditionibus carere catholicam Ecclesiam, et ab omni convicio liberos Christi famulos nunc esse. Sed quoniam insanæ contentionis furore perciti quidam (non dico indignam se vitam ducentes) miscere ac turbare omnia nituntur, quod omnem mihi videtur calamitatis modum excedere : hac de causa vos sponte, quod aiunt,

VARIÆ LECTIONES.

[94] ταύτῃ omissum in Basil. Græc. [95] ἡμέτερον. Athanasius. [96] Ita Basil. Græc., Stephan. et Athanasius. Sirmondi textus habebat τοὺς τῆς ὑμ. ὁμ. τὴν χάριν. [97] ἀγαπήσατε. Basil. Gr., Steph. [98] τῷ abest a Basil. Græc. [99] Θεόγνις. Christoph., Scalig., Casaub. [1] ἐν Τύρῳ abest a Basil. Græc. et Stephan.

Digitized by Google

currentes hortor, ut abjecta omni cunctatione in unum conveniatis, synodumque celebretis, iis qui auxilio indigent opitulemini, laborantibus fratribus subveniatis, distracta membra ad concordiam revocetis, errata dum tempus patitur corrigatis, ut tot tantisque provinciis congruentem animorum consensionem reddatis, quam paucorum, proh nefas! hominum superbia dissipavit. Hoc autem quin et Deo **817** universorum Domino gratum, et nobis longe optatissimum, et vobis ipsis, si pacem restitueritis, non vulgari gloriæ merito futurum sit, neminem puto esse mortalium qui reclamet. Proinde ne amplius cunctemini : sed intento jam nunc studio date operam, ut quæ instant congruenti exitu terminetis, cum omni sinceritate ac fide coeuntes, quam passim Servator ille, quem colimus, tantem non edita voce a nobis potissimum efflagitat. Ad me vero, providentiamque meam quod attinet, nihil desiderabitur. Quæ per litteras significastis, omnia explevi. Scripsi episcopis quibus voluistis, ut adsint, et in partem curarum vobiscum veniant. Misi etiam Dionysium exconsularem, qui et episcopos quos ad synodum venire oportet commonefaciat, et eorum quæ gerentur, imprimisque recti ordinis moderator assistat. Si quis enim, quod minime suspicor, jussionem nostram etiam nunc rejicere studens, adesse [a] recusarit, hinc a nobis mittetur, qui de suo illum gradu mandato nostro dejiciat, doceatque imperatoris decretis pro veritate editis reluctari nefas esse. Sanctitatis vestræ de cætero partes erunt, ut concordi judicio, quod nec odio serviat, nec gratiæ, sed ecclesiasticam **818** et apostolicam regulam sequatur, quidquid peccatum est, aut per errorem admissum, congruens remedium exquiratis. Ut et Ecclesiam omni blasphemia liberetis, et sollicitudinem meam relevetis, pacisque beneficium iis qui nunc dissident restituentes, gloriam vobis ipsis maximam comparetis. Deus vos conservet, fratres dilectissimi. Tyrum igitur hoc modo confluentibus episcopis, venerunt etiam nonnulli pravæ doctrinæ insimulati, quorum e numero fuit Asclepas Gazæus. Venit et admirandus Athanasius. Libet autem accusationis prius exponere tragœdiam : tum ea deinde quæ in famoso judicio contigerunt.

A ὑμᾶς, τὸ τοῦ λόγου, προτρέπομαι, χωρὶς τινος ὑπερθέσεως εἰς ταὐτὸ συνδραμεῖν, καὶ πληρῶσαι τὴν σύνοδον, ἐπαμῦναι τοῖς χρῄζουσιν ἐπικουρίας, τοὺς ἀδελφοὺς ἰατρεῦσαι κινδυνεύοντας [a], εἰς ὁμόνοιαν ἐπαναγαγεῖν [62] τὰ διεστῶτα τῶν μελῶν, διορθώσασθαι τὰ πλημμελούμενα ὡς [b] καιρὸς ἐπιτρέπει· ἵνα ταῖς τοσαύταις ἐπαρχίαις τὴν πρέπουσαν ἀποδῶτε συμφωνίαν, ἦν, φεῦ τῆς ἀτοπίας! ἐλαχίστων ἀνθρώπων ἀπώλεσεν ὑπερηφία. Ὅτι δὲ τοῦτο καὶ τῷ Δεσπότῃ τῶν ὅλων Θεῷ ἐστιν ἄρεστον, καὶ ἡμῖν πάσης εὐχῆς ὑπέρτερον, καὶ ὑμῖν αὐτοῖς, ἐάν γε τὴν εἰρήνην ἀνακαλέσησθε [c], οὐ τῆς γε τυχούσης ἄξιον εὐδοξίας, ἅπαντας ἀνθρώπους συνομολογεῖν ἡγοῦμαι. Μὴ τοίνυν μέλλετε λοιπὸν, ἀλλ' ἐπιτείναντες ἐντεῦθεν ἤδη τὰ τῆς προθυμίας, τοῖς προκειμένοις

B ὅρον ἐπιθεῖναι σπουδάσατε τὸν προσήκοντα, μετὰ πάσης εἰλικρινείας [d] δηλαδὴ καὶ πίστεως συνελθόντες, ἣν ἐκασταχοῦ μονονουχὶ φωνὴν ἀφιεὶς ὁ Σωτὴρ ἐκεῖνος, ᾧ λατρεύομεν, ἀπαιτεῖ μάλιστα. Παρ' ἡμῶν δὲ οὐδὲν τῶν εἰς τὴν ἐμὴν εὐλάβειαν ἡκόντων ἐνδεήσει. Πάντα μοι πέπρακται ὅσα γράφοντες ἐδηλώσατε. Ἐπέστειλα [e] πρὸς οὓς ἐβουλήθητε τῶν ἐπισκόπων, ἵνα παραγενόμενοι κοινωνήσωσιν ὑμῖν τῶν φροντισμάτων. Ἀπέστειλα Διονύσιον τὸν ἀπὸ ὑπατικῶν, ὃς καὶ τοὺς ὀφείλοντας εἰς τὴν σύνοδον ἀφικέσθαι μεθ' ὑμῶν ὑπομνήσει, καὶ τῶν πραττομένων, ἐξαιρέτως δὲ τῆς εὐταξίας κατάσκοπος παρέσται. Ἐὰν γάρ τις, ὡς ἔγωγε οὐκ οἶμαι, τὴν ἡμετέραν κέλευσιν καὶ νῦν διακρούσασθαι πειρώμενος, μὴ

C βουληθῇ παραγενέσθαι, ἐντεῦθεν παρ' ἡμῶν [f] ἀποσταλήσεται, ὃς ἐκ βασιλικοῦ προστάγματος αὐτὸν ἐκβαλὼν, ὡς οὐ προσῆκεν ὅροις αὐτοκράτορος ὑπὲρ τῆς [g] ἀληθείας ἐξενεχθεῖσιν ἀντιτείνειν διδάξει. Λοιπὸν ἔσται τῆς ὑμετέρας ὁσιότητος ἔργον, ὁμογνώμονι κρίσει, μήτε πρὸς ἀπέχθειαν, μήτε πρὸς χάριν, ἀκολούθως τε τῷ ἐκκλησιαστικῷ καὶ ἀποστολικῷ κανόνι, τοῖς πλημμεληθεῖσιν, εἶτ' οὖν κατὰ σφάλμα συμβεβηκόσι, τὴν ἁρμόττουσαν θεραπείαν ἐπινοῆσαι. Ἵνα καὶ πάσης βλασφημίας ἐλευθερώσητε τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ τὰς ἐμὰς [h] ἐπικουφίσητε φροντίδας, καὶ τὴν τῆς εἰρήνης χάριν τοῖς νῦν στασιαζομένοις ἀποδόντες, μεγίστην εὐκλειαν ὑμῖν αὐτοῖς προξενήσητε. Ὁ Θεὸς ὑμᾶς διαφυλάττοι, ἀδελφοὶ ἀγαπητοί. Οὕτω δὴ τῶν ἐπισκόπων εἰς τὴν Τύρον συναυλισθέντων [i],

D ἀφίκοντο μὲν καὶ ἄλλοι τινὲς δογμάτων διαφθορὰν [j] ἐγκαλούμενοι, ὧν εἷς ἦν καὶ Ἀσκληπᾶς ὁ Γαζαῖος. Ἀφίκετο δὲ καὶ Ἀθανάσιος ὁ θαυμάσιος [k]. Βούλομαι δὲ πρῶτον τὴν τῆς κατηγορίας διηγήσασθαι τραγῳδίαν, εἶθ' οὕτως συγγράψασθαι [l] τὰ κατὰ τὸ πολυθρύλλητον δικαστήριον.

CAP. XXVIII. [B. St. Ch. V. 30.]

De concilio Tyri celebrato.

Arsenius quidam erat, Melctianæ communionis

[63] ΚΕΦΑΛ. ΚΗ'.

Περὶ τῆς ἐν Τύρῳ γεγενημένης συνόδου:

Ἀρσένιός τις τῶν Μελετίου κοινωνικῶν ἐπίσκοπος

VARIÆ LECTIONES.

[a] κινδυνεύσαντας. Basil. Gr. et Lat. [b] ἕως. Christoph. et Euseb. qui hanc epist. habet De vita Const. IV, 42. [c] ἐπικαλέσησθε Stephan. [d] προθυμίας Christoph. [e] Ita rescribendum e Basil. Græc. et Lat. probante Valesio ad Eusebii cit. loc. Sirmondus ἀπέστειλα habebat, quod est in Steph. [f] Ita rescripsi cum Christoph. et Scaligero, itemque Valesii editione. Sirmondus cum Basil. et Steph. habebat ἡμῖν. [g] περὶ τῆς ἀληθ. ἐξενεχθεῖσι μὴ ἀντιτείνειν. Ita Basil. Græc. et Lat. Quoad illud μὴ ἀντιτ. consentit Stephan. [h] τὰς ἐμαυτοῦ. Uterque Basil. [i] συναθροισθέντων. Basil. Gr. et Lat. Συναλισθέντων, Stephanus. In codice Allatii erat : οὕτω δὴ τῶν ἐπισκόπων πρὸς τοὺς ἐξήκοντα συναχθέντων, e Socratis Sozomenique narratione suppletum. [j] διὰ φθοράν. Christophors. Διαφοράν Basil. Gr. [k] ὁ θαυμ. Ἀθαν. Basil. Gr. et Steph. [l] συγγράψαι. Basil. Gr.

Digitized by Google

ἦν. Τοῦτον οἱ τῆς ἐκείνου συμμορίας κατακρύψαντες, λαθεῖν ἐπὶ πλεῖστον [15] ἠξίωσαν. Εἶτα χεῖρα δεξιὰν ἀπό τινος σώματος ἐκτεμόντες νεκροῦ, καὶ ταύτην ἐν λάρνακι ξυλίνῃ τεταριχευμένην ἐνθέντες, πάντοσε περιέφερον, κατατετμῆσθαι λέγοντες τὸν Ἀρσένιον, καὶ μιαιφόνον ἀποκαλοῦντες τὸν Ἀθανάσιον. Ἀλλ' ὁ πάντα ἐφορῶν ὀφθαλμὸς οὐκ εἴασεν ἐπὶ πλεῖστον λαθεῖν τὸν Ἀρσένιον. Ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Θηβαΐδι δῆλος γέγονεν ὅτι ζῇ. Ἔπειτα δὲ αὐτὸν εἰς τὴν Τύρον ἤγαγεν, ἔνθα ἡ τραγῳδουμένη χεὶρ ἐπὶ τῶν κριτῶν προεφέρετο. Τοῦτον οἱ Ἀθανασίου θηρεύσαντες σύνοικοι, ἤγαγόν τε, καὶ ἐν τῇ καταγωγῇ τέως λαθεῖν [16] ἠνάγκασαν. Αὐτὸς δὲ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ὑπὸ τὴν ἕω κατέλαβε τὸ συνέδριον. Καὶ πρῶτον μὲν γύναιον εἰσήγαγον ἀκολασίᾳ συνεζηκός. Ἡ δὲ ἀναίδην ἐβόα, παρθενίαν μὲν ἐπηγγέλθαι λέγουσα, τὸν δὲ Ἀθανάσιον ἐπιξενωθέντα βιάσασθαι, καὶ ἄκουσαν διαφθεῖραι. Τούτων ὑπ' ἐκείνης εἰρημένων, εἰσῆλθε μὲν ὁ κατηγορούμενος, συνῆν δὲ αὐτῷ καὶ πρεσβύτερος ἀξιέπαινος· Τιμόθεος τούτῳ ὄνομα ἦν. Τῶν δὲ δικαστῶν ἀπολογήσασθαι πρὸς τὴν γραφὴν προστεταχότων τὸν Ἀθανάσιον, ὁ μὲν ἐσίγησεν, ὡς δῆθεν οὐκ ὢν Ἀθανάσιος· ὁ δὲ Τιμόθεος ἔφη πρὸς τὴν γυναῖκα· Ἐγώ σοι, ὦ γύναι, συνέτυχον πώποτε, εἰς δὲ τὴν σὴν εἰσελήλυθα οἰκίαν; Ἡ δὲ ἀναιδέστερον ἐβόα τῷ Τιμοθέῳ διαμαχομένη, καὶ τὴν χεῖρα ἐξάγουσα, καὶ τῷ δακτύλῳ δεικνῦσα, καὶ λέγουσα· Σύ μου τὴν παρθενίαν ἀφεῖλου, σύ με τῆς σωφροσύνης ἐγύμνωσας, καὶ τ' ἄλλα ὅσα λέγειν εἰώθασιν αἱ δι' ἀκολασίας ὑπερβολὴν οὐκ ἔχουσαι τὴν αἰδώ. Οὕτω δὴ τῶν τὸ δρᾶμα συντεθεικότων καταισχυνθέντων, ἐρυθριασάντων δὲ καὶ τῶν δικαστῶν, ὅσοι συνίστορες ἦσαν, ἐξήγετο ἡ γυνή. Τότε δὴ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἔλεγε, μὴ χρῆναι ἀφεθῆναι τὸ γύναιον, ἀλλ' ἐξετάσαι, καὶ μαθεῖν τὸν ταῦτα συντεθεικότα. Οἱ δὲ ἑβόων, ἕτερα εἶναι κατηγορήματα χαλεπώτερα, οὐδαμῶς τέχνῃ τινὶ καὶ δεινότητι [64] διαλυθῆναι δυνάμενα· δίκη γὰρ, οὐκ ἀκοὴ, δικάσει [16] τοῖς δεικνυμένοις. Ταῦτα εἰπόντες, τὴν πολυθρύλλητον ἐκείνην ὑπέδειξαν λάρνακα, καὶ τὴν τεταριχευμένην ἐγύμνωσαν χεῖρα. Τῶν δὲ θεασαμένων ἕκαστος ἀνεβόησεν, οἱ μὲν ἀληθὲς εἶναι τὸ μῦσος ὑπειληφότες, οἱ δὲ τὸ μὲν ψεῦδος εἰδότες, κεκρύφθαι δὲ τὸν Ἀρσένιον ἔτι νομίζοντες. Μόλις [17] δὲ βραχείας γενομένης σιγῆς, ἤρετο τοὺς δικάζοντας ὁ κατηγορούμενος, εἴ τις ἐν αὐτοῖς εἴη τὸν Ἀρσένιον ἐπιστάμενος. Πολλῶν δὲ εἰρηκότων ἀκριβῶς εἰδέναι τὸν ἄνδρα, ἐκέλευσε τοῦτον ἀχθῆναι, καὶ πάλιν ἤρετο, εἰ οὗτος ἐκεῖνος εἴη Ἀρσένιος, ὁ παρ' ἐμοῦ μὲν ἀνῃρημένος, παρὰ δὲ τούτων μετὰ σφαγὴν ὑβρισμένος [18], καὶ τῆς δεξιᾶς ἐστερημένος. Συνομολογησάντων δὲ αὐτῶν [19] τοῦτον εἶναι, τῆς ἐφεστρίδος αὐτὸν γυμνώσας ὁ Ἀθανάσιος ὑπέδειξεν ἄμφω τὼ χεῖρε, καὶ τὴν δεξιὰν καὶ τὴν εὐώνυμον· Ἄλλην δὲ, ἔφη, ζητείτω μηδείς· δύο γὰρ ἀνθρώπων ἕκαστος

A episcopus. Hunc ejusdem factionis homines occultarunt, atque ut in latebris permaneret orarunt. Dextra deinde mortui hominis abscissa, sale conditam, capsaque lignea inclusam quaquaversus circumferunt, præcisam Arsenio prædicantes, et homicidam Athanasium vocitantes. Verum qui omnia contuetur oculus non diu Arsenium latere passus est. Sed primum in Ægypto et Thebaide **819** compertum est illum vivere : deinde vero Tyrum eum deduxit (Deus), ubi decantata illa manus coram judicibus proferebatur. Hunc ergo deprehensum contubernales Athanasii adducunt, et in diversorio tantisper latere cogunt. Ipse vero magnus Athanasius summo mane venit ad concilium. Ac primo quidem introducta est impuræ vitæ mu-
B liercula, quæ impudenter vociferabatur, se, cum virginitatem professa esset, ab hospite Athanasio vim passam, atque invitam stupratam esse. Quæ cum dixisset, ingressus est qui accusabatur, et cum eo laude dignus presbyter, cui nomen Timotheo. Cumque Athanasio imperarent judices, ut accusationi responderet, obticuit ipse, perinde ac si Athanasius non esset : Timotheus vero ad mulierem conversus : Egone, inquit, mulier, tecum rem habui, aut ædes tuas unquam sum ingressus ? At illa impudentius clamitabat, Timotheumque adorta, et manum exserens, ac digito designans : Tu mihi, ait, virginitatem eripuisti, tu castitate me spoliasti, et alia id genus, quæ effutire solent eæ, quæ per immoderatam intemperantiam pudorem profligarunt.
C Ad hæc turbatis dedecore fabulæ auctoribus, erubescentibusque judicibus, quotquot conscii erant, dimissa est mulier. Tum magnus Athanasius illam aiebat dimitti non debere, sed interrogari, et cognosci quis ista concinnarit. Accusatores vero alia se habere graviora crimina jactabant, quæ nulla arte vel ingenio dilui possent. Oculorum enim, non aurium, fore judicium in iis quæ proferrent. Atque his dictis, pervulgatam **820** illam capsulam ostendunt, et conditam manum detegunt. Qua visa, ingens omnium clamor exstitit, tum eorum qui dirum scelus verum esse putabant, tum eorum qui falsum quidem noverant, sed Arsenium adhuc latere credebant. Vix tandem brevi facto silentio,
D judices percontatur Athanasius, num quis inter eos Arsenium nosset. Et cum affirmarent multi, probe notum sibi virum esse, hunc jubet introduci, atque iterum sciscitatur, num Arsenius hic sit, quem ipse peremerit, et quem isti contumelia post mortem affecerint, dextraque mutilarint. Fatentibus cunctis ipsum esse, reducto ejus pallio, Athanasius utramque illius manum ostendit, tum dextram, tum sinistram, et ait : Aliam nemo quærat : duas enim singuli homines ab omnium Conditore manus, nec plures acceperunt. Rebus in hunc modum pate-

VARIÆ LECTIONES.

[15] πλεῖον. Basil. Gr. [16] λαθ. τέως. Basil. Gr. cum Stephan. [16] δικάσαι. Idem. [17] μόγις. Basil. Gr. [18] ἐπιζητούμενος καὶ μετὰ σφ., etc. Basil. Gr. et Stephan. [19] αὐτὸν εἶναι. Basil. Gr.

Digitized by Google

factis, cum accusatores et judices facinoris conscios oporteret in latebras se abdere, optareque ut sibi tellus dehisceret, tumultu ac seditione omnia complevere, veneficum appellantes Athanasium, qui præstigiis quibusdam * hominum oculis imponeret : atque illum discerpere et mactare nitebantur, qui homicidii reum paulo ante peregerant. Sed quibus conservandi ordinis cura fuerat ab imperatore demandata, ii cædem prohibuerunt, ereptumque hostibus victorem navigio imponentes, ejus saluti consuluerunt. Qui ad imperatorem recta profectus, totam illum, ut acta fuerat, tragœdiam edocuit. **821** Adversarii vero quosdam partium suarum episcopos, Theogonium videlicet Nicææ, et Theodorum Perinthium, ac Marim Chalcedonium, et Cilicem Narcissum, cum aliis eadem sentientibus, in Mareotem miserunt. Est autem Mareotes regio Alexandriæ, a Maria lacu nomen sortita. Ibi concinnato mendacio, falsisque quibusdam conditis commentariis, cum detectas ante calumnias tanquam veras accusationes contexuissent, ad imperatorem miserunt.

[B. St. Ch. V. 31.] Ipsi vero Æliam profecti sunt.

CAP. XXIX.

De encæniis Hierosolymis factis, et de exsilio sancti Athanasii.

Imperator enim concilium universum, Tyro relicta, Æliam migrare jusserat, eoque alios omnes undiquaque convenire præceperat, et templa inibi ab ipso ædificata consecrare. Misit autem et proceres aliquot ex amicis, pietate ac fide illustres, quibus imperarat ut omnia omnibus liberaliter suppeditarent, non solum episcopis, eorumque comitibus, verum etiam egentibus universis, qui undeque accurrebant. Divinum porro altare aulæis regalibus, vasisque aureis omni genere gemmarum colluentibus ornabatur. Peracta in hunc modum splendidissima festivitate, episcopi singuli ad sedes suas rediere. Imperator vero de **822** celebritatis splendore et magnificentia certior factus, vehementer gavisus est, bonorumque Largitori gratias egit, a quo hujus etiam voti compos factus esset. Cum autem advenisset Athanasius, et de iniquo judicio expostulasset, episcopos de quibus querebatur venire jussit. Qui ubi adfuerunt, * apertam refutationem subveriti, priores calumnias missas faciunt, et imperatori suggerunt, minatum esse Athanasium se quominus frumentum advehereturum prohibiturum. Quibus verbis fidem præbens imperator, in Galliarum urbem, cui Treveris nomen est, eum relegavit. Erat autem hic annus imperii ejus tricesimus.

παρὰ τοῦ Ποιητοῦ τῶν ὅλων ἐδέξατο χείρας. Ἀλλὰ καὶ τούτων οὕτω δειχθέντων, καταδύεσθαι δέον τοὺς κατηγοροῦντας, καὶ τῶν δικαζόντων τοὺς συνειδότας, καὶ εὔχεσθαι χᾶναί σφισι τὴν γῆν, θορύβου καὶ στάσεως ἐνέπλησαν τὸ συνέδριον, γόητα καλοῦντες τὸν Ἀθανάσιον, καί τισι μαγγανείαις ἐξαπατᾷν αὐτὸν λέγοντες τῶν ἀνθρώπων τὰς ὄψεις· καὶ διασπᾷν ἐπεχείρουν καὶ κατασφάττειν οἱ τῆς μιαιφονίας πρὸ βραχέος κατηγοροῦντες. Ἀλλ' οἱ παρὰ βασιλέως τὴν τῆς εὐταξίας πρόνοιαν πιστευθέντες τὸν φόνον ἐκώλυσαν. Ἐξαρπάσαντες γὰρ τὸν νικηφόρον, καὶ σκάφους ἐπιβῆναι παρασκευάσαντες, τὴν σωτηρίαν προὐξένησαν. Καὶ οὗτος μὲν τὸν βασιλέα καταλαβὼν πᾶσαν τὴν τολμηθεῖσαν ἐδίδαξε τραγῳδίαν. Ἐκεῖνοι δὲ εἰς τὸν Μαρεώτην τῶν ὁμογνωμόνων τινὰς ἐπισκόπους ἀπέστειλαν· Θεογόνιόν [10] φημι τὸν Νικαίας, καὶ Θεόδωρον τὸν Περίνθιον, καὶ Μάριν τὸν Χαλκηδόνιον, καὶ τὸν Κίλικα Νάρκισσον, καὶ τοὺς τούτων ὁμόφρονας. Ὁ δὲ Μαρεώτης χώρα τίς ἐστιν Ἀλεξανδρείας, τῆς λίμνης Μαρίας ἐπώνυμος. Ἐν ταύτῃ [11] τὸ ψεῦδος ὑφήναντες, καί τινα ὑπομνήματα διαπλόσαντες, καὶ τὰς γυμνωθεῖσας συκοφαντίας ὡς ἀληθεῖς συνθέντες κατηγορίας, ἀπέστειλαν τῷ [12] βασιλεῖ.

[65] Αὐτοὶ δὲ εἰς τὴν Αἰλίαν παρεγένοντο.

ΚΕΦΑΛ. ΚΘ'

Περὶ τῶν ἐγκαινίων τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις γεγενημένων, καὶ τῆς τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου ἐξορίας.

Τὴν γὰρ δὴ σύνοδον ἅπασαν ἀπὸ τῆς Τύρου καταλαβεῖν τὴν Αἰλίαν ὁ [13] βασιλεὺς παρηγγύησε, συνελθεῖν δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας πανταχόθεν ἐκέλευσε, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ δομηθέντας καθιερῶσαι [14] νεώς. Συναπέλυσε [15] δὲ καὶ τῶν εὐνουστέρων ἀρχόντων τινὰς, εὐσεβείᾳ καὶ πίστει λαμπρυνομένους, φιλοτίμως ἅπασι πάντα χορηγηθῆναι κελεύσας, οὐ μόνον ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς τούτοις συνεπομένοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς δεομένοις ἅπασιν, οἳ πανταχόθεν συνέτρεχον. Διεκοσμεῖτο δὲ καὶ τὸ θεῖον θυσιαστήριον βασιλικοῖς τε παραπετάσμασι, καὶ κειμηλίοις λιθοκολλήτοις χρυσοῖς. Οὕτω δὴ τῆς ἑορτῆς λαμπροτάτης γεγενημένης, οἱ μὲν εἰς τὰς οἰκείας ἐπανῆλθον πατρίδας, ὁ δὲ βασιλεὺς, τὴν τῆς πανηγύρεως μεμαθηκὼς φαιδρότητα καὶ πολυτέλειαν, θυμηδίας τε ἐνεπλήσθη, καὶ τῶν ἀγαθῶν τὸν Πρύτανιν ὕμνησεν, ὅτι καὶ ταύτην αὐτῷ τὴν αἴτησιν ἔδωκεν. Ἐπειδὴ δὲ προσῆλθεν Ἀθανάσιος τὴν ἄδικον ὀδυρόμενος κρίσιν, ἀφικέσθαι τοὺς αἰτιαθέντας τῶν ἐπισκόπων ἐκέλευσεν. Οἱ δὲ παραγενόμενοι, καὶ τὸ τῶν ἐλέγχων προφανὲς ὑπειδόμενοι, τὰς μὲν προτέρας συκοφαντίας κατέλιπον· ἔφασαν δὲ τῷ βασιλεῖ, ἠπειληκέναι τὸν Ἀθανάσιον τὴν σιτοπομπίαν κωλύσειν. Τούτοις πιστεύσας τοῖς λόγοις ὁ βασιλεὺς, εἴς τινα πόλιν τῶν καλουμένων Γαλλιῶν αὐτὸν ἐξωστράκισε· Τρίβεις [16] ὄνομα ταύτῃ. Τριακοστὸν δὲ τοῦτο ἦν αὐτῷ τῆς βασιλείας ἔτος.

VARIÆ LECTIONES.

[10] Θεογνίδα. Casaub., Christoph. et Scaliger. [11] γὰρ addit Basil. Gr. [12] τῷ abest ab eodem et Steph. [13] ὁ abest a Basil. Gr. [14] καθιέρωσε. Idem. [15] συναπέστειλε. Idem, probante Valesio. [16] δὲ addit Basil. Gr.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛ. Λ'.

Περὶ τῆς διαθήκης τοῦ μακαρίου Κωνσταντίνου βασιλέως.

Ἐνιαυτοῦ δὲ ἄλλου καὶ μηνῶν διελθόντων ὀλίγων, ἐν Νικομηδείᾳ τῆς Βιθυνίας διάγων ἠρρώστησε· τὸ δὲ τῆς ἀνθρωπίνης βιότητος ἄδηλον ἐπιστάμενος, τοῦ θείου βαπτίσματος τὸ δῶρον ἐδέξατο. Ἀνεβάλετο δὲ μέχρι τοῦδε τοῦ χρόνου, ἐν Ἰορδάνῃ τῷ ποταμῷ τούτου τυχεῖν ἱμειρόμενος. Οὗτος μὲν τρεῖς παῖδας κληρονόμους τῆς βασιλείας κατέλιπε, Κωνσταντῖνον, καὶ Κωνστάντιον, καὶ Κώνσταντα τὸν νεώτατον. Εἰς δὲ τὴν [66] Ἀλεξάνδρειαν ἐπανελθεῖν τὸν μέγαν προσέταξεν Ἀθανάσιον· καὶ ταῦτα Εὐσεβίου παρόντος, καὶ τἀναντία πείθειν ἐπιχειροῦντος.

ΚΕΦΑΛ. ΛΑ'.

Ἀπολογία ὑπὲρ τοῦ[37] *βασιλέως.*

Θαυμαζέτω δὲ μηδεὶς, εἰ τηλικούτους ἄνδρας ἐξαπατηθεὶς[38] ἐξωστράκισεν. Ἀρχιερεῦσι γὰρ κρύπτουσι μὲν τὴν ἀλήθειαν[39], τὴν δὲ ἄλλην ἔχουσι περιφάνειαν, ἐξαπατῶσιν ἐπίστευσεν. Ἴσασι δὲ οἱ θεῖα πεπαιδευμένοι, ὡς καὶ[40] ὁ θεῖος ἐξηπατήθη Δαβὶδ ὁ προφήτης· ἐξηπάτησε δὲ αὐτὸν οὐκ ἀρχιερεύς, ἀλλ' οἰκέτης οἰκότριψ καὶ μαστιγίας, τὸν Σιβᾶ λέγω, τὸν κατὰ τοῦ Μεμφιβοσθὲ τὰ ψευδῆ τὸν βασιλέα διδάξαντα, καὶ τὸ ἐκείνου χωρίον σφετερισάμενον. Καὶ ταῦτα λέγω, οὐ τοῦ Προφήτου κατηγορῶν, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦδε τοῦ βασιλέως τὴν ἀπολογίαν προσφέρων[41], καὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐπιδεικνὺς τὴν ἀσθένειαν, καὶ διδάσκων ὡς οὐ χρὴ μόνοις τοῖς κατηγοροῦσι πιστεύειν, κἂν ἄγαν ὦσιν ἀξιόχρεοι, ἀλλὰ θατέραν τῶν ἀκοῶν[42] τῷ κατηγορουμένῳ φυλάττειν.

ΚΕΦΑΛ. ΛΒ'.

Περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ αὐτοῦ[43] *βασιλέως.*

Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς εἰς τὴν ἀμείνω βασιλείαν μετέστη.

Οἱ δὲ ὕπαρχοι καὶ οἱ στρατηγοὶ καὶ οἱ λοιποὶ ἅπαντες ἐν λάρνακι τοῦτον καταθέντες χρυσῇ, εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν μετεκόμισαν, τῆς στρατιᾶς ἁπάσης ἡγουμένης καὶ ἑπομένης καὶ πικρῶς ὀλοφυρομένης τὴν στέρησιν. Πατρὸς γὰρ ἠπίου πεῖραν εἰλήφεσαν ἅπαντες[44]. Ὁπόσης δὲ τιμῆς τὸ σῶμα ἐκεῖνο τετύχηκε, καὶ ὁπόσον ἐν τοῖς βασιλείοις διέμεινε χρόνον, τῶν ἀρχόντων τὴν τοῦ παιδὸς περιμενόντων ἐπάνοδον, περιττὸν ἡγοῦμαι γράφειν, ἄλλων ταῦτα συγγεγραφότων, οἷς ῥᾴδιον ἐντυχεῖν, καὶ μαθεῖν ὅπως τῶν ὅλων ὁ Πρύτανις γεραίρει τοὺς εὐνοῦς θεράποντας. Εἰ δέ τις ἐκείνοις διαπιστεῖ, τὰ νῦν περὶ τὴν ἐκείνου θήκην καὶ τὸν ἀνδριάντα γινόμενα βλέπων, πιστευσάτω[45] τοῖς γεγραμμένοις, καὶ τῷ φήσαντι Δεσπότῃ· « Τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω, καὶ οἱ ἐξουθενοῦντές με ἐξουθενωθήσονται. »

A

B

C

D

CAP. XXX. [B St. Ch. V. 32.]

De magni Constantini imperatoris testamento.

Anno dehinc alio et paucis mensibus elapsis, cum esset Nicomediæ in Bithynia, morbo corripitur : et quam incerta sit hominum vita non ignorans, sacri baptismatis donum suscepit. Ad hoc enim usque tempus distulerat, quod in Jordane fluvio id consequi cuperet. Tres ille filios imperii hæredes reliquit, Constantinum, Constantium et Constantem natu minimum. Magnum autem Athanasium Alexandriam redire jussit, idque præsente Eusebio, et ne fieret magnopere dissuadente.

823 CAP. XXXI. [B. St. Ch. V. 33.]

Imperatoris defensio.

Mirum autem nemini videatur, quod tantos viros fraude inductus exsilio multarit. Episcopis enim fidem habuit, veritatem occultantibus, ac reliqua specie et claritate sua imponentibus. Neque eos fugit, qui sacris Litteris sunt eruditi, etiam divinum Davidem prophetam deceptum fuisse : decepit autem illum non pontifex, sed servus vernaculus et mastigia, Siba, inquam, qui de Mephiboseth falsa detulit ad regem, et illius agrum sic obtinuit. Quæ quidem non eo dixerim, ut Prophetam accusem, sed ut imperatorem defendam, et humanæ naturæ imbecillitatem ostendam, doceamque, accusatoribus, quamvis fide dignis, credendum solis non esse, sed reis aurem alteram reservandam.

CAP. XXXII.

De imperatoris obitu.

Ac imperator quidem ad melius regnum excessit.

Præfecti autem, [B. St. Ch. 34.] et magistri militum, ac reliqui proceres in arca illum aurea repositum Constantinopolim transtulerunt, militaribus ordinibus præeuntibus partim, partim subsequentibus, orbitatemque suam graviter lamentantibus. Patrem enim mitissimum revera fuerant experti. Corpori autem illi quantum honoris delatum sit, et quandiu in **824** palatio manserit, dum proceres absentis filii reditum exspectant, supervacaneum a me dici existimo, cum hæc alii scriptis prodiderint, quos legere licet, quibusque præmiis fideles suos famulos omnium Moderator afficiat perdiscere. Quod si his quisquam fidem nondum habet, is ea quæ nunc ad ejus loculum et statuam fiunt, intuens credat iis quæ scripta sunt, et Domino, qui dixit : « Glorificantes me glorificabo, et qui me spernunt, ipsi quoque spernentur[a]. »

[a] I Reg. II, 30.

VARIÆ LECTIONES.

[37] αὐτοῦ addit Steph. [38] ἀπατηθείς. Bas. Græc. [39] πονηρίαν. Bas. Græc., Savilii, Allatii, Pini codex, probante Valesio. [40] ἀληθῶς ἐξηπ. Bas. Græc., Steph. [41] προφέρων. Bas. Græc. [42] ταῖν ἀκοαῖν τῶν κατηγορουμένων. Idem. [43] ἁγίου Κωνσταντίνου βασ. Steph. [44] ἅπαντες abest a Bas. Græc. [45] πιστευσάσθω. Steph.

Digitized by Google

TOMOΣ Β'.

LIBER SECUNDUS.

CAP. I.

De reditu sancti Athanasii.

Biennium et quatuor menses Treveris commoratus divinus Athanasius rediit Alexandriam. Scripsit autem Constantinus imperator, Constantini magni filiorum natu maximus (is quippe versus Occidentem imperabat in Galliis), ad Alexandrinam Ecclesiam litteras his verbis :

[B. St. Ch. V. 2.] *Constantini imperatoris, Constantini filii, epistola ad Alexandrinos.*

Constantinus Cæsar, populo catholicæ Ecclesiæ, quæ est Alexandriæ.

Neque sacræ mentis vestræ notitiam latere arbitror, **825** ideo Athanasium adorandæ legis interpretem ad tempus missum esse in Gallias, ne, quoniam cruentorum infestorumque hostium feritas sacro ejus capiti cum periculo imminebat, ex improborum perversitate damnum aliquod insanabile pateretur. Ad hanc ergo eludendam, inhiantium faucibus subtractus, sub me agere est jussus, atque ita ut in ipsa urbe, in qua degebat, rebus omnibus abundaret; quanquam prædicanda ejus virtus, divinis præcipue confisa auxiliis, asperioris fortunæ onera omnia contemnit. Quocirca quoniam dominus noster beatæ memoriæ Constantinus Augustus, pater meus, etsi episcopum eumdem charissimæ pietati vestræ suum in locum restituere optarat vehementer, humana tamen sorte præreptus, ante occubuit quam votum expleret, consentaneum duxi divinæ memoriæ imperatoris sequi et explere voluntatem. Is autem ubi in conspectum vestrum venerit, quantæ apud nos reverentiæ fuerit intelligetis. Nec vero mirandum, si quid in ejus gratiam fecerim. Ad hoc enim animum meum et desiderii vestri imago, et tanti viri species permovit et instigavit. **826** Divina providentia vos conservet, fratres dilectissimi. — Cum his litteris profectus est divinus Athanasius, cupideque ab omnibus exceptus, tum urbanis, tum

A

ΚΕΦΑΛ. Α'.

[67-69] *Περὶ τῆς ἐπανόδου τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου.*

Ὁ μὲν δὴ θεῖος Ἀθανάσιος ἔτη δύο καὶ μῆνας τέσσαρας ἐν τῇ Τριβέρει διατρίψας, εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐπανῆλθεν. Ἔγραψε δὲ καὶ Κωνσταντῖνος ὁ βασιλεὺς, ὁ τῶν Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου παίδων πρεσβύτατος, αὐτὸς γὰρ τῆς πρὸς δυόμενον ἡλίου ἐβασίλευε Γαλατίας, τῇ Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίᾳ τάδε τὰ [36] γράμματα·

Ἐπιστολὴ βασιλέως Κωνσταντίνου, τοῦ υἱοῦ Κωνσταντίνου, πρὸς Ἀλεξανδρεῖς [37].

Κωνσταντῖνος Καῖσαρ τῷ λαῷ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας πόλεως τῶν Ἀλεξανδρέων.

Οὐδὲ [38] τὴν τῆς ὑμετέρας ἱερᾶς [39] ἐννοίας [40] ἀποπεφευγέναι γνῶσιν οἶμαι, διὰ τοῦτο [41] Ἀθανάσιον B τὸν τοῦ προσκυνητοῦ νόμου ὑποφήτην πρὸς καιρὸν εἰς τὰς Γαλλίας ἀπεστάλθαι [42], ἵν' ἐπειδὴ ἡ ἀγριότης τῶν αἱμοβόρων αὐτοῦ καὶ πολεμίων ἐχθρῶν εἰς κίνδυνον τῆς ἱερᾶς αὐτοῦ κεφαλῆς ἐπέμενε, μὴ ἄρα διὰ τῆς τῶν φαύλων διαστροφῆς ἀνήκεστα ὑποστῇ. Πρὸς τὸ διαπαῖξαι τοίνυν ταύτην, ἀφαιρεθεὶς τῶν φαρύγγων τῶν ἐπικειμένων αὐτῷ ἀνδρῶν, ὑπ' ἐμοὶ διάγειν κεκέλευσται, οὕτως ὡς ἐν αὐτῇ τῇ πόλει, ἐν ᾗ διέτριβε, πᾶσι τοῖς ἀναγκαίοις ἐπιπλεονάζειν [43], εἰ καὶ τὰ μάλιστα αὐτοῦ ἡ ἀοίδιμος ἀρετὴ, ταῖς θείαις πεποιθυῖα [44] βοηθείαις, καὶ τὰ τῆς τραχυτέρας τύχης ἄχθη ἐξουθενεῖ [45]. Τοιγαροῦν εἰ καὶ τὰ [46] μάλιστα πρὸς τὴν προσφιλεστάτην ὑμῶν θεοσέβειαν ὁ δεσπότης ἡμῶν ὁ τῆς μακαρίας μνήμης Κωνστα- C ντῖνος ὁ Σεβαστὸς [47], ὁ ἐμὸς πατὴρ, τὸν αὐτὸν ἐπίσκοπον τῷ ἰδίῳ τόπῳ παρασχεῖν προῄρητο, ὅμως ἐπειδὴ ἀνθρωπίνῳ κλήρῳ προληφθεὶς, πρὸ τοῦ τὴν εὐχὴν πληρῶσαι ἀνεπαύσατο, ἀκόλουθον ἡγησάμην τὴν προαίρεσιν τοῦ τῆς θείας μνήμης βασιλέως διαδεξάμενος [70] πληρῶσαι. Ὅστις ἐπειδὰν τῆς ὑμετέρας τύχῃ προσόψεως, ὅση παρ' ἐμοῦ αἰδοῦς τετύχηκε γνώσεσθε. Οὐ γὰρ θαυμαστὸν, εἴ τι δ' ἂν ὑπὲρ αὐτοῦ πεποίηκα. Καὶ γὰρ τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἥ τε τοῦ ὑμετέρου πόθου εἰκὼν, καὶ τοῦ τηλικούτου ἀνδρὸς τὸ σχῆμα [48] εἰς τοῦτο ἐκίνει καὶ προέτρεπεν.

VARIÆ LECTIONES.

[36] τάδε γράμμ. Bas. Græc., Steph. [37] Eadem epistola est apud Athanasium in *Apologia contra Arianos*, edit. Benedictin., tom. I, part. I, pag. 203 seq.; Socr., *Hist. Eccl.*, II, 3; Sozomen. III, 2, et Niceph., *Hist. Eccl.*, IX, 3. [38] Οὐδέν. Bas. Græc., Steph., Sozom. [39] ἱερᾶς abest a Bas. Græc. [40] εὐνοίας malebat Camerarius. [41] διὰ τί, addito post ἀπεστάλθαι, συνέδη, Bas. Græc.; cum Niceph., qui eamdem lectionem exhibet, illi verbo subjiciat: ἐγεγόνει. Διὰ τό vult Chr. [42] ἀπεστάλθαι ἐγεγόνει Niceph. Ἀπ. συνέδη Steph. 2. Ἀπεσταλκέναι συνέδη Bas. Græc. et Steph. 1. Codices Savil. et Pini cum Athanas. Socr., Sozom., Epiph., qui διὰ τοῦτο antea habebant, solum verbum ἀπεστάλθαι offerunt. [43] ἐμπλεονάζειν. Bas. Græc., c. Pini, Sozom. et Niceph. Ἐκπλεονάζειν Socr. [44] πέποιθε. Bas. Græc. et Steph. 1. [45] ἐξουδενήθη. Iidem. [46] τά abest ab iisdem. [47] ὁ θεοσέβαστος Chr. Θεοσεβέστατος Bas. Græc. et Steph. Καὶ σεβαστὸς ὁ ἐμ. π. Niceph. [48] πρόσχημα. Steph. 2 et Casaub.

Digitized by Google

Ἡ θεία πρόνοια ὑμᾶς διαφυλάξοι [49], ἀδελφοὶ ἀγαπητοί.—Μετὰ τούτων ὁ θεῖος Ἀθανάσιος [50] ἀφίκετο τῶν γραμμάτων· πάντες δὲ αὐτὸν ἀσμένως ἀπέλαβον, καὶ ἀστοὶ καὶ χωρητικοὶ [51], καὶ ὀλίγοι καὶ πολλοί. Μόνους δὲ ἠνία τῆς Ἀρείου μανίας τοὺς θιασώτας ἐπανελθών. Διὸ δὴ πάλιν [52] τὰς οἰκείας ἐκίνησαν μηχανὰς Εὐσέβιός τε καὶ Θεογόνιος [53], καὶ ὅσοι τῆς τούτων ὑπῆρχον συμμορίας, καὶ πάλιν τὰς τοῦ καὶ ὅπως οὗτος ἐκ τῆς τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων

A rusticis, nobilibus æque ac plebeiis. Solos Arianæ dementiæ sodales hic reditus angebat. Quare machinas suas iterum admovent Eusebius et Theogonius, et quotquot huic factioni adhærebant, rursumque aures junioris adhuc principis pertundunt. Qua autem is ratione ab apostolica doctrina defleexerit, deinceps commemorabo.

βασιλέως νέου γε ὄντος διώρυττον ἀκοάς. Ἐρῶ δὲ εὐθύτητος παρετράπη.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Ὅπως Κωνστάντιος ὁ βασιλεὺς τῆς ὀρθῆς πίστεως παρετράπη.

Κωνσταντία Λικιννίου [54] μὲν ἐγεγόνει γαμετὴ, Κωνσταντίνου δὲ ἦν ἀδελφή. Ταύτῃ τις πρεσβύτερος, τὴν Ἀρειανικὴν εἰσδεξάμενος λώβην, συνήθης ἐγένετο, καὶ τὴν μὲν νόσον οὐ προφανῶς ἐδείκνυ· συνεχῶς δὲ αὐτῇ προσδιαλεγόμενος, ἔλεγε συκοφαντίαν ὑπομεμενηκέναι τὸν Ἄρειον. Ταύτην ὁ πανεύφημος Κωνσταντῖνος, μετὰ τὴν τοῦ δυσσεβοῦς ἀνδρὸς τελευτὴν, παντοδαπῆς κηδεμονίας ἠξίου, καὶ τῶν τῆς χηρείας ἀνιαρῶν πεῖραν οὐκ εἴα λαβεῖν· καὶ παρ' αὐτὴν δὲ τὴν τελευτὴν παρῆν αὐτῇ, τὴν ἁρμόττουσαν θεραπείαν προσφέρων. Τότε δὴ τοῦτον κληθῆναι κελεύσασα τὸν πρεσβύτερον, τῆς τοῦ βασιλέως ἀξιοῦσθαι προμηθείας ἱκέτευσεν. Ὁ δὲ Κωνσταντῖνος καὶ τηνικαῦτα τοῦτο ποιήσειν ὑπέσχετο, καὶ μετὰ ταῦτα πεπλήρωκε τὴν ὑπόσχεσιν· μετέδωκε γὰρ αὐτῷ παῤῥησίας ὅτι μάλιστα πλείστης. Ἀλλ' ὅμως καὶ πολλῆς ἀξιούμενος θεραπείας, οὐκ ἐθάρσησεν ἀποκαλύψαι τὴν νόσον, βεβαίαν ὁρῶν περὶ τὰ θεῖα τοῦ βασιλέως τὴν γνώμην. Ἐπειδὴ δὲ Κωνσταντῖνος εἰς τὴν ἀνώλεθρον μεθιστάμενος βασιλείαν, τοῖς παισὶν ἐν διαθήκαις τὴν ἐπίκηρον ταύτην βασιλείαν διένειμεν, οὐδεὶς δὲ τούτων [55] τελευτῶντι παρῆν, τούτῳ μόνῳ τῷ πρεσβυτέρῳ τὰς διαθήκας ἐπίστευσε, Κωνσταντίῳ ταύτας δοθῆναι κελεύσας. Οὗτος γὰρ τῶν [71] ἄλλων πλησιέστερος ὢν, πρὸ τῶν ἄλλων ἀφικέσθαι προσδόκιμος ἦν. Ἐντεῦθεν οὗτος τῷ Κωνσταντίῳ γενόμενος γνώριμος, ἀπέδωκε γὰρ τὰς διαθήκας ὡς προσετάχθη, συνήθης ἐγένετο, καὶ θαμὰ [56] φοιτᾷν παρ' αὐτὸν ἐκελεύετο. Κατιδὼν δὲ εὔριπον [57] τοῦ Κωνσταντίου τὴν γνώμην, καθάπερ [58] καλάμοις ὑπ' ἀνέμων ἐναντίων τῇδε κἀκεῖσε κλινομένοις προσοικεῖαν, ἐθάῤῥησε τὸν κατὰ τῶν εὐαγγελικῶν δογμάτων ἀναδέξασθαι πόλεμον. Καὶ τῶν Ἐκκλησιῶν δῆθεν τὴν ζάλην ὀλοφυρόμενος, αἰτίους ἔλεγε τοὺς τὴν ἄγραφον τοῦ ὁμοουσίου φωνὴν ἐντεθεικότας τῇ διδασκαλίᾳ τῆς πίστεως· καὶ τοῦτο καὶ τοῖς ἱερωμένοις, καὶ τοῖς πολλοῖς ἐργάζεσθαι τὴν διάστασιν. Ἐντεῦθεν Ἀθανασίου καὶ τῶν τὰ ἴσα φρονούντων κατηγορῶν, τὰς [59] κατὰ τούτων ἐπιβουλὰς ἐτεκταίνετο. Τούτῳ συνεργῷ κε-

CAP. II. [B. St. Chr. V. 3.]

Quomodo Constantius imperator a recta fide abductus fuerit.

Constantiæ Licinii olim conjugi, sorori Constantini, familiaris fuerat presbyter quidam Ariana labe infectus. Et quanquam is morbum non aperiret, assidue tamen cum ea colloquens, Arium falso accusatum fuisse affirmabat. Hanc omni laude prædicandus Constantinus, post impii viri mortem, omni studio complexus, viduitatis incommoda experiri non permisit : et sub ipsam quoque mortem illi adfuit, congruensque solatium impendit. Tum illa presbyterum hunc acciri jubens, imperatorem rogat, ut eum commendatum habere velit. Constantinus vero et facturum **827** se mox recepit, et quod promiserat re ipsa postea præstitit, eique libertatem apud se maximam concessit. Attamen licet tanta benevolentia frueretur, morbum tamen aperire nunquam est ausus, constantem cernens in rebus divinis animum imperatoris. Postquam vero Constantinus, ad immortale migrans regnum, caducum hoc regnum inter filios testamento divisit, cum illorum morienti adesset nullus, testamenti tabulas huic uni presbytero commisit, jubens ut Constantio traderentur. Hic enim, quia cæteris vicinior erat, ante alios venturus credebatur. Hinc Constantio cum innotuisset presbyter, oblato testamento ut fuerat imperatum, familiaris eidem factus est, jussusque ipsum frequentare. Qui animadversa Constantii mobilitate animi, quippe qui arundinum, quæ huc illucque contrariis ventis impelluntur, similis esset, ad bellum contra evangelica dogmata suscipiendum animos erexit. Itaque tempestatem qua Ecclesiæ jactabantur deplorans, causam in illos conferebat, qui *consubstantialis* vocem Scripturæ sacræ inusitatam confessioni fidei adjecissent : atque hoc unum aiebat inter clericos, interque laicos dissidium procreare. Deinde Athanasium, et eos qui cum eo sentiebant incusans, ad struendas illis insidias se comparabat. Hoc adjutore usi Eusebius et Theogonius, ac Theodorus Perinthius (eximiæ doctrinæ **828** vir fuit hic Theodorus,

VARIÆ LECTIONES.

[49] διαφυλάξαι. Athanas. editus. Διαφυλάξει codd. Athanas. et Bas. Græc. [50] Ἀθαν. omissum in Bas. Græc. [51] χωρητικοὶ displicet Valesio (nisi sit χωρητικὸς pro χωρίτῃ, ut ναυτικὸς idem ac ναύτης), mavult igitur χωρικούς. [52] πάλιν abest a Bas. Græc. [53] Θεόγνιος. Bas. Græc. et Steph. 1. Θεόγνις Chr., Scal. et Casaub. [54] Ἀκινίου. Bas. Græc. [55] τούτῳ. Steph. 1. [56] Sic et cod. Pini, Christoph., Scalig. recte, probante Valesio. Sed Basil. Gr. et Steph. ἅμα. [57] εὐρίπιστον secundum codicem Allatii præfert Valesius. [58] καί. Basil. Gr. [59] καὶ τάς. Basil. Gr. et Steph.

Digitized by Google

commentariosque scripsit in sacra Evangelia, quem vulgo appellant Heracleotem), cum imperatorem, utpote vicini, crebro convenirent, Athanasii reditum malorum plurimorum causam exstitisse suggerebant, nec Ægyptum solum, verum etiam Palæstinam et Phœnicen finitimasque gentes ea procella implicari.

χρημένοι Εὐσέβιός τε καὶ Θεογόνιος [60], καὶ Θεόδωρος ὁ Περινθίων· ἐλλόγιμος [61] δὲ διαφερόντως ὁ Θεόδωρος ἦν, καὶ δὴ καὶ τῶν θείων Εὐαγγελίων τὴν ἑρμηνείαν συνέγραψεν [62], Ἡρακλεώτην δὲ αὐτὸν ὀνομάζουσιν οἱ πολλοί· οὗτοι [63] συνεχῶς, ἅτε δὴ γειτονεύοντες, τὸν βασιλέα [64] ὁρῶντες, τὴν ἀπὸ τῆς ἐξορίας ἐπάνοδον Ἀθανασίου παμπόλλων ἔλεγον αἰτίαν γεγενῆσθαι κακῶν· καὶ οὐ μόνον τὴν Αἴγυπτον μεταλαγχάνειν τοῦ κλύδωνος, ἀλλὰ καὶ τὴν Παλαιστίνην, καὶ τὴν Φοινίκην, καὶ τὰ ἄλλα ὅμορα ἔθνη.

CAP. III. [B. St. Ch. V. 4.]

De secunda beati Athanasii relegatione, Gregoriique tum ordinatione tum morte.

His et similibus sermonibus cum levissimum ejus animum expugnassent, persuaserunt ei ut Athanasium Ecclesia sua expelleret. Verum Athanasius, præcognitis illorum insidiis, secessit ipse, et in Occidentem se contulit. Ad Romanum enim episcopum, Julium videlicet, qui Ecclesiam illam tunc regebat, Eusebiani compositas in Athanasium calumnias perscripserant. Is vero, ecclesiasticam sequens regulam, et ipsos Romam venire jussit, et divino Athanasio ad judicium diem dixit. Qui simul ac citationem accepit, in viam quamprimum se dedit. At qui fabulam norant, quippe qui eam ipsi condiderant, Romam ideo profecti non sunt, quod mendacium facile deprehensum iri sentiebant; oves autem pastore destitutas cum cernerent, lupum illis pro pastore imposuerunt, nomine Gregorium. Qui ad sex annos feris agrestibus crudelius in gregem **829** grassatus, pœnas tandem improbitatis dedit, ab ovibus ipsis acerbe interemptus. Athanasius vero ad Constantem profectus (Constantinus enim natu maximus in bello perierat), Arianicæ factionis insidias deplorabat, fideique apostolicæ indictum bellum lamentabatur, patrem ei revocans in memoriam, et magnam illam synodum, quam convocarat, et cujus decreta, quibus interfuerat, lege lata confirmarat. Quæ cum lacrymis persequens, imperatorem ad patris æmulationem excitavit. His enim auditis, litteras ad fratrem scripsit, quibus eum hortabatur, ut paternæ pietatis hæreditatem illibatam conservaret. Illum enim stabilito pietate imperio, et Romanorum tyrannos delevisse, et barbaros circumquaque in potestatem redegisse. Quibus litteris persuasus Constantius, præcepit Sardicam, quæ Illyrici est urbs, Daciæ provinciæ metropolis, Orientis Occidentisque episcopos convenire. Nam et alia Ecclesiæ mala erant non pauca, quæ synodicam animadversionem requirebant.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Περὶ τῆς τοῦ μακαρίου Ἀθανασίου δευτέρας ἐξορίας, καὶ τῆς Γρηγορίου καταστάσεώς τε καὶ τελευτῆς.

Τούτοις καὶ τοῖς τοιούτοις λόγοις τὴν κουφοτάτην αὐτοῦ πολιορκήσαντες γνώμην, ἔπεισαν αὐτὸν ἐξελάσαι τῆς Ἐκκλησίας τὸν Ἀθανάσιον. Ὁ δὲ προμαθὼν τὴν ἐπιβουλὴν, ὑπεχώρησε, καὶ τὴν Ἑσπέραν κατέλαβε. Καὶ γὰρ τῷ Ῥώμης ἐπισκόπῳ, Ἰούλιος δὲ τηνικαῦτα τὴν Ἐκκλησίαν ἐκείνην ἐποίμαινεν, οἱ περὶ Εὐσέβιον τὰς κατὰ Ἀθανασίου συντεθείσας συκοφαντίας ἐξέπεμψαν. Ὁ δὲ τῷ τῆς Ἐκκλησίας ἑπόμενος νόμῳ, καὶ αὐτοὺς καταλαβεῖν [68] τὴν Ῥώμην ἐκέλευσε, καὶ τὸν θεῖον Ἀθανάσιον εἰς τὴν δίκην ἐκάλεσε. Καὶ οὗτος μὲν ἐξώρμησεν εὐθὺς, τὴν κλῆσιν δεξάμενος. Οἱ δὲ τὸ δρᾶμα εἰδότες, ὡς καὶ [66] συντεθεικότες, εἰς μὲν τὴν Ῥώμην οὐκ ἀπῆλθον, εὐφώρατον εἰδότες τὸ ψεῦδος· ἔρημα δὲ τὰ πρόβατα τοῦ νομέως θεασάμενοι, λύκον αὐτοῖς ἀντὶ [72] ποιμένος ἐπέστησαν· Γρηγόριος δὲ τούτῳ ὄνομα ἦν· ἐξ ἔτη δὲ θηρῶν ἀγρίων ὠμότερον τῇ ποίμνῃ χρησάμενος, δίκας ἔτισε τῆς πονηρίας, ὑπ' αὐτῶν πικρῶς διαφθαρεὶς τῶν προβάτων. Ἀθανάσιος δὲ πρὸς Κώνσταντα ἀφικόμενος, Κωνσταντῖνος γὰρ ὁ πρεσβύτερος [67] πολεμῶν ἐτεθνήκει, τῆς Ἀρειανικῆς φάλαγγος τὰς ἐπιβουλὰς ἀπωδύρετο, καὶ τὸν κατὰ τῆς ἀποστολικῆς πίστεως ὠλοφύρετο [68] πόλεμον, καὶ τοῦ τε πατρὸς ἀνέμνησε, καὶ τῆς συνόδου τῆς μεγίστης, ἣν ἐκεῖνος συνέλεξε [69], καὶ ὡς τὰ παρ' ἐκείνων [70] γραφέντα, τοῦ συνεδρίου κοινωνῶν, ἐκράτυνε νόμῳ. Τοιαῦτα ποτνιώμενος, εἰς τὸν πατρῷον [71] ζῆλον τὸν βασιλέα διήγειρε. Παραυτίκα γὰρ τούτων ἀκούσας, ἐπέστειλε τῷ ἀδελφῷ, παραινῶν τῆς πατρῴας εὐσεβείας ἄσυλον φυλάξαι τὸν κλῆρον. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος εὐσεβείᾳ τὴν βασιλείαν κρατύνας, καὶ τοὺς Ῥωμαίων τυράννους κατέλυσε, καὶ τοὺς ἐν κύκλῳ βαρβάρους ὑπέταξε. Τούτοις πεισθεὶς τοῖς γράμμασιν ὁ Κωνστάντιος, προσέταξεν εἰς τὴν Σαρδικὴν, Ἰλλυρικὴ δὲ αὕτη πόλις, τοῦ Δακῶν ἔθνους μητρόπολις, καὶ τοὺς τῆς Ἑῴας καὶ τοὺς τῆς Ἑσπέρας συνδραμεῖν ἐπισκόπους. Πολλὰ γὰρ καὶ ἕτερα τῆς Ἐκκλησίας παθήματα τῆς συνοδικῆς θεραπείας ἐδεῖτο.

VARIÆ LECTIONES.

[60] Θεόγνιος. Iidem Θέογνις Christoph. et Scaliger, Casaub. [61] τῶν ἐλλογίμων. Basil. Græc., probante Valesio. [62] συγγέγραφεν. Basil. Gr. [63] οἱ αὐτοί. Basil. Gr. [64] καὶ τὸν β. Idem et Steph. [65] καταλαχεῖν Basil. Gr. et Steph. 1. [66] Verba: εἰδότες, ὡς καί, quæ desiderantur in codicibus Basil. Gr. et Savil. expunxit Valesius. Etiam Epiphanius Hist. trip. IV, 6 nil habet nisi: *calumniarum sarcinatores.* [67] ὁ πρεσβύτατος. Basil. Gr., Steph. 1, Casaub. [68] ὠλοφύρατο. Bas. Gr., Steph. [69] συνήλισε. Basil. Gr., probante Valesio. [70] παρ' ἐκείνῳ γραφέντα τῶν συνεδρίων κοινῷ. Steph. 2 et Casaub. [71] πάτριον Basil. Gr.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Περὶ Παύλου τοῦ γενομένου ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως.

Καὶ γὰρ Παῦλον (Κωνσταντινουπόλεως δὲ ἐπίσκοπος ἦν οὗτος, τῶν ὀρθῶν προκινδυνεύων[72] δογμάτων), οἱ τῆς Ἀρειανικῆς μετειληχότες νόσου ἐγράψαντο, ὡς στάσεως ἀρχηγόν· καὶ ἄλλα τινὰ προσθέντες, ἃ συκοφαντεῖν εἰώθεσαν[73] τῆς εὐσεβείας τοὺς κήρυκας. Ἀλλὰ τοῦτον τηνικαῦτα οὐκ εἴασεν ὁ λεὼς εἰς τὴν Σαρδικὴν ἀπαχθῆναι, τὰς τῶν ἐναντίων ὀρρωδήσας ἐπιβουλάς. Μικρὸν δὲ ὕστερον, τὴν κουφοτάτην τοῦ βασιλέως παραπείσαντες γνώμην, τῆς μὲν βασιλευούσης ἐξωστράκισαν πόλεως, μετῴκισαν δὲ εἰς Κουκουσόν· πόλις δὲ αὕτη μικρά, πάλαι μὲν εἰς τὸ Καππαδοκῶν ἔθνος τελοῦσα, νῦν δέ γε τῇ Ἀρμενίᾳ τῇ δευτέρᾳ συναριθμουμένη. Ἀλλ' οὐκ ἀπέχρησε τοῖς πάντα κυκῶσιν ἡ ἐν ἐρημίᾳ τοῦ θαυμασίου Παύλου διατριβή· πέμψαντες γὰρ τῆς μιαιφόνου γνώμης τοὺς ὑπουργοὺς, βιαίῳ θανάτῳ [73] παρέδοσαν. Καὶ τοῦτο ἡμᾶς[74] ὁ θεῖος ἐδίδαξεν Ἀθανάσιος, ἐν τῇ περὶ τῆς ἰδίας[75] φυγῆς ἀπολογίᾳ καὶ ταῦτα προστεθεικώς· Τὸν γὰρ τῆς Κωνσταντινουπόλεως Παῦλον τὸν ἐπίσκοπον διώξαντες, καὶ εὑρόντες, προφανῶς ἀποπνιγῆναι πεποιήκασιν, ἐν τῇ λεγομένῃ Κουκουσῷ τῆς Καππαδοκίας, δήμιον ἐσχηκότες εἰς τοῦτο Φίλιππον τὸν γενόμενον ἔπαρχον· ἦν γὰρ καὶ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν προστάτης, καὶ τῶν πονηρῶν βουλευμάτων ὑπηρέτης. Τοιαύτας μιαιφονίας ἡ Ἀρείου βεβλάστηκεν βλασφημία. Τῇ γὰρ κατὰ τοῦ Μονογενοῦς λύττῃ συμβαίνει τὰ κατὰ τῶν ἐκείνου θεραπόντων τολμήματα.

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Περὶ Μακεδονίου, καὶ τῆς ἐπ' αὐτοῦ συστάσης αἱρέσεως.

Ἀλλὰ τοῦτον οὕτω θανάτῳ[76], μᾶλλον δὲ τῇ τῶν οὐρανῶν παραπέμψαντες βασιλείᾳ, Μακεδόνιον ἀντὶ τούτου προὐβάλοντο, ὁμογνώμονα τοῦτον[77] ὑπειληφότες, ἐπειδὴ παραπλησίως αὐτοῖς ἐβλασφήμει τὸ πανάγιον Πνεῦμα. Ἀλλὰ μικρὸν ὕστερον καὶ τοῦτον ἐξήλασαν, κτίσμα λέγειν οὐκ ἀνασχόμενον, ὃν Υἱὸν ἡ θεία προσαγορεύει Γραφή. Οὗ δὲ χάριν οὗτος ἐκείνων ἀποκριθεὶς, ἰδίας αἱρέσεως προστάτης γεγένηται, ὁμοούσιον μὲν οὐδὲ οὗτος τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν εἶναι λέγων, ὅμοιον δὲ εἶναι κατὰ πάντα τῷ γεγεννηκότι διδάσκων· κτιστὸν δὲ τὸ Πνεῦμα προφανῶς ὀνομάζων. Ταῦτα μὲν οὖν οὐ πολλῷ χρόνῳ ὕστερον οὕτω γέγονεν, ὡς εἰρήκαμεν.

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

Περὶ τῆς ἐν Σαρδικῇ γενομένης συνόδου.

Εἰς δὲ τὴν Σαρδικὴν πεντήκοντα μὲν καὶ διακόσιοι συνῆλθον ἀρχιερεῖς, ὡς διδάσκει τὰ παλαιὰ διηγήματα. Ἀφίκετο δὲ καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος, καὶ Ἀσκληπᾶς ὁ Γαζαῖος, οὗ καὶ πρόσθεν ἐμνήσθην,

CAP. IV. [B. St. Ch. V. 5]

De Paulo Constantinopolitanæ urbis episcopo.

Etenim Paulum episcopum Constantinopolitanum, rectorum dogmatum defensorem egregium, Ariani tanquam conflatæ seditionis auctorem criminati sunt, aliis etiam quibusdam adjectis, qualia in pietatis **830** præcones confingere solent. Sed hunc Sardicam id temporis abduci populus, adversariorum metuens insidias, passus non est. Postmodum vero, levissimum imperatoris animum eo impellentes, urbe regia ejecerunt, Cucusumque relegarunt. Parvum id oppidum est, Cappadocum olim gentis, nunc Armeniæ secundæ attributum. At parum fuit perturbatoribus rerum omnium, admirabilem Paulum deserta solitudine detineri : sed missis cruentæ voluntatis suæ administris, violenta illum morte affecerunt. Quod ipsum nos docet divinus Athanasius, in apologia de fuga sua hæc inter alia scribens : Constantinopolitanum episcopum Paulum persecuti, nactique apud Cucusum, ut vocant, Cappadociæ, palam strangulandum curarunt, carnifice ad eam rem usi Philippo præfecto, qui et hæresis ipsorum vindex ac defensor erat, et minister perversorum consiliorum. Tam cruentas igitur cædes edebat Arii blasphemia. Nam furori adversus Unigenitum congruunt et illa, quæ contra ejus famulos ausu nefario perpetrantur.

CAP. V. [B. St. Ch. V. 6.]

De Macedonio et hæresi ab eo introducta.

Postquam vero hunc ita morti, vel cœlorum potius regno transmiserunt, Macedonium in ejus locum provexerunt, suæ illum opinionis esse rati, propterea quod in Spiritum sanctum perinde ut ipsi **831** blasphemabat. Sed non multo post hunc quoque ipsum extruserunt, cum adduci non posset, ut creaturam eum diceret, quem Scriptura divina Filium nuncuparet. Quam ob causam ab eis segregatus, propriæ sibi hæresis factus est auctor, consubstantialem quidem Patri et ipse negans Filium, sed similem per omnia Genitori docens, creaturam autem Spiritum aperte nominans. Hæc igitur, ita ut diximus, non longo post tempore gesta sunt.

CAP. VI. [B. St. Ch. V. 7.]

De synodo Sardicensi.

Apud Sardicam vero episcopi, ut antiquis monimentis proditum est, ducenti et quinquaginta convenerunt. Eodem venit et magnus Athanasius, et Asclepas Gazæus, cujus antea memini, et Mar-

VARIÆ LECTIONES.

[72] τροκινδυνεύοντα. Basil. Græc. [73] εἰώθασι. Basil. Gr. et Stephan. [74] ὑμᾶς vitiose Bas. Græc. et Steph. [75] οἰκείας. Iidem. [76] τῷ θαν. Basil. Gr. Steph. [77] τούτων Basil. Gr. Steph. 1. Sed τούτων αὐτῶν Steph. 2 et Casaub.

Digitized by Google

cellus, Ancyræ metropolis Galatiæ, jam tum etiam cum magna synodus habita est, episcopus. Venerunt et horum accusatores, Arianæque sectæ principes, qui de Athanasio pridem judicium exercuerant. Verum hi, cum synodi constantiam, et incorruptam divinorum dogmatum sanitatem perspectam haberent, ne vocati quidem in consessum ingredi voluerunt, sed fuga se cum iniquis judicibus accusatores subduxerunt. Quod quidem multo melius synodi ipsius litteræ docent, quarum exemplum evidentiæ gratia hic attexam.

A καὶ Μάρκελλος ὁ Ἀγκύρας[78] τῆς Γαλατῶν μητροπόλεως, ὃς καὶ ἐπὶ[79] τῆς μεγάλης συνόδου ἐπίσκοπος ἦν. Ἀφίκοντο δὲ καὶ οἱ τούτων κατήγοροι, καὶ οἱ τῆς αἱρετικῆς[80] προστατεύοντες φάλαγγος, οἱ πάλαι τῶν περὶ τὸν Ἀθανάσιον γενόμενοι δικασταί. Ἀλλὰ τῆς συνόδου μεμαθηκότες τὸ ἀκλινὲς, καὶ τὴν ἐν τοῖς θείοις δόγμασιν[81] ὑγείαν, οὐδὲ κληθέντες εἰσῆλθον εἰς τὸ συνέδριον, ἀλλ' ἀπέδρασαν σὺν τοῖς [74] ἀδίκοις δικασταῖς καὶ οἱ κατήγοροι. Καὶ τοῦτο ἄμεινον διδάσκει τῆς συνόδου τὰ γράμματα, ἃ σαφοῦς ἕνεκα διδασκαλίας ἐνθήσω τῇ συγγραφῇ.

832 [B. V. 8.] *Synodica ab episcopis qui illic convenerunt ad totius orbis episcopos scripta.*

Συνοδικὸν ὑπὸ τῶν αὐτόθι συνελθυθότων ἐπισκόπων πρὸς τοὺς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐπισκόπους γραφέν.

. Sancta synodus per Dei gratiam Sardicæ congregata, ab urbe Roma, Hispania, Gallia, Italia, Campania, Calabria, Africa, Sardinia, Pannonia, Mœsia, Dacia, Dardania, Dacia altera, Macedonia, Thessalia, Achaia, Epiris, Thracia, Rhodope, Asia, Caria, Bithynia, Hellesponto, Phrygia, Pisidia, Cappadocia, Ponto, Phrygia altera, Cilicia, Pamphylia, Lydia, insulis Cycladibus, Ægypto, Thebaide, Libya, Galatia, Palæstina, Arabia, omnibus ubique episcopis, et comministris catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ, dilectis fratribus in Domino salutem.

Ἡ ἁγία σύνοδος ἡ κατὰ Θεοῦ χάριν ἐν Σαρδικῇ συναχθεῖσα, ἀπό τε Ῥώμης[82], καὶ Σπανίας[83], καὶ B Γαλλίας, Ἰταλίας, Καμπανίας, Καλαβρίας, Ἀφρικῆς, Σαρδανίας[84], Παννονίας, Μυσίας, Δακίας, Δαρδανίας, ἄλλης Δακίας, Μακεδονίας, Θεσσαλίας, Ἀχαΐας, Ἠπείρων, Θράκης, Ῥοδόπης, Ἀσίας, Καρίας, Βιθυνίας, Ἑλλησπόντου, Φρυγίας, Πισιδίας, Καππαδοκίας, Πόντου, Φρυγίας ἄλλης, Κιλικίας, Παμφυλίας, Λυδίας, νήσων Κυκλάδων, Αἰγύπτου, Θηβαΐδος, Λιβύης, Γαλατίας, Παλαιστίνης, Ἀραβίας, τοῖς πανταχοῦ ἐπισκόποις, καὶ συλλειτουργοῖς τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

[St. Ch. 8.] Multa quidem et frequenter ausi sunt Ariani hæretici adversus servos Dei, qui rectam fidem custodiunt. Adulterina enim supposita doctrina, orthodoxos expellere tentarunt. In tantum C autem exsurrexerunt contra fidem, ut religiosissimorum imperatorum aures non lateret. Itaque Dei adjuvante gratia, iidem imperatores religiosissimi ex diversis nos provinciis et civitatibus congregarunt, et sanctam **833** hanc synodum in Sardicensium urbe celebrari permiserunt, ut omnis dissensio amputetur, pravaque doctrina penitus ejecta, pietas in Christum sola apud omnes conservetur. Venerunt enim episcopi ab Oriente, eorumdem religiosissimorum principum impulsu, maxime ob ea quæ frequenter jactabant de dilectissimis fratribus et consacerdotibus nostris, Athanasio episcopo Alexandriæ, et Marcello episcopo Ancyræ Galatiæ, et Asclepa Gazæ. Nam ad vos etiam fortasse illorum calumniæ pervenerunt, et fortasse D aures vestras commovere tentarunt, ut adversus innocentes credatis quæ dicunt, et sceleratæ hæresis suæ suspicionem tegant. Sed non diutius hæc

ὁσάκις ἂν διάφοροι βουλαὶ [13] ταῖς ἀκοαῖς αὐτῶν ἐπεισφέρωνται. Τοιγαροῦν Αὐξέντιον τὸν Μεδιολάνου ἐξαιρέτως ἐν τούτῳ τῷ πράγματι κατακεκρίσθαι προγέγραπται [14]. Δίκαιον οὖν ἐστι πάντας τοὺς ἐν τῷ Ῥωμαίων κόσμῳ διδασκάλους τοῦ νόμου τὰ περὶ τοῦ νόμου φρονεῖν, καὶ μὴ διαφόροις διδασκαλίαις τὴν πίστιν μιαίνειν. Καὶ γὰρ ἡνίκα πρῶτον ἡ κακία τῶν αἱρετικῶν ἀκμάζειν ἤρξατο, ὡς καὶ νῦν μάλιστα ὑφέρπει τῶν Ἀρειανῶν ἡ βλασφημία, οἱ Πατέρες ἡμῶν τριακόσιοι δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπίσκοποι, καὶ οἱ ἐκ τῆς Ῥωμαίων ἀγιώτατοι ἐπίσκοποι, εἰς Νίκαιαν γενομένου τοῦ σκέμματος [16], τοῦτο τὸ τεῖχος ὑπεναντίον τῶν ὅπλων [17] τοῦ διαβόλου ὥρισαν, καὶ ταύτῃ τῇ [18] ἀντιδότῳ τὰ θανάσιμα φάρμακα ἀπεώσαντο, ὥστε τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν μιᾶς οὐσίας, μιᾶς θεότητος, μιᾶς ἀρετῆς, μιᾶς δυνάμεως, καὶ ἑνὸς χαρακτῆρος πιστεύεσθαι χρῆναι [19], καὶ τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως καὶ οὐσίας καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· τὸν δὲ ἄλλως φρονοῦντα, ἀλλότριον εἶναι τῆς ἡμετέρας κοινωνίας ἔκριναν [20]. Ὅνπερ σωτηριώδη ὅρον, καὶ τὴν προσκυνητὴν σκέψιν, διαφθεῖραι μετὰ ταῦτα ἄλλαις σκέψεσί τινες καὶ μιᾶναι ἠθέλησαν. Ἀλλὰ ἐν αὐτῇ τῇ ἀρχῇ ἀπ' αὐτῶν τούτων, οἵτινες ἐν Ἀριμίνῳ ἀνανεῶσαι ἢ ψηλαφῆσαι ἠναγκάζοντο, μέχρι τούτων [21] διωρθώθη, ὡς ὁμολογεῖν αὐτοὺς ἑτέρᾳ διαλέξει ὑφηρπάσθαι, ἢ ὅτι οὐκ ἐνενόησαν τῇ τῶν Πατέρων γνώμῃ τῇ ἐν Νικαίᾳ ἀρεσάσῃ ἐναντίον εἶναι. Οὐδὲ γὰρ πρόχειρά τι ἠδυνήθη γενέσθαι ὑπὸ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ἐν Ἀριμίνῳ συναχθέντων, ὁπότε συνέστηκε, μήτε τῶν Ῥωμαίων ἐπισκόπου [22], οὗ πρὸ πάντων ἔδει τὴν γνώμην ἐκδέξασθαι, οὔτε Οὐϊκεντίου [23], ὃς ἐπὶ τοσούτοις ἔτεσι τὴν ἐπισκοπὴν ἀσπίλως ἐφύλαξεν, οὔτε τῶν ἄλλων τοῖς τοιούτοις συγκαταθεμένων· ὁπότε καὶ μάλιστα, καθὰ προειρήκαμεν, αὐτοὶ οὗτοι, οἵτινες κατὰ συσκευὴν ὑποκλίνεσθαι ἔδοξαν, οἱ αὐτοὶ καλλίονι γνώμῃ [104] χρησάμενοι, ἀπαρέσκειν αὐτοῖς ταῦτα ἐμαρτύραντο. Συνορᾷ οὖν ἡ ὑμετέρα [24] καθαρότης, ταύτην μόνην τὴν πίστιν, ἥτις ἐν Νικαίᾳ κατὰ σὴν αὐθεντίαν τῶν ἀποστόλων ἐθεμελιώθη, διηνεκεῖ βεβαιότητι [25] καθεκτέαν [26] εἶναι· καὶ μεθ' ἡμῶν τοὺς ἀνατολικοὺς, οἵτινες ἑαυτοὺς [27] τῆς καθολικῆς [28] ἐπιγινώσκουσι, τοὺς δὲ [29] δυτικοὺς καυχᾶσθαι. Πιστεύομεν δὲ, οὐκ εἰς μακρὰν τοὺς ἄλλα νοσοῦντας [30] αὐτῇ τῇ ἐπι-

A ingerentur. Auxentium igitur Mediolanensem præcipue in hac causa damnatum esse præscriptum est. Unde justum est omnes in orbe Romano doctores legis ea quæ legis sunt sapere, et non fidem diversis doctrinis contaminare. Etenim cum primum vigere cœpit hæreticorum * perversitas, sicut nunc etiam serpit Arianorum blasphemia, Patres nostri trecenti decem et octo episcopi, et qui e **883** Romanorum regione venerant sanctissimi episcopi, habita Nicææ deliberatione, hunc murum adversus diaboli arma statuerunt, et hoc remedio letifera venena repulerunt, ut Pater et Filius unius substantiæ, unius divinitatis, unius virtutis, unius

B potentiæ, et unius figuræ credendus sit : et ejusdem quoque hypostasis et substantiæ Spiritus sanctus : cum vero qui aliter sentiat, alienum a nostra communione judicaverunt. Quam salutarem definitionem, et adorandam deliberationem corrumpere quidam aliis cogitationibus ac temerare voluerunt. Sed in ipso principio ab his ipsis, qui Arimini novare ac retractare compellebantur, eatenus res correcta est, ut confiterentur sibi alia disputatione subreptum, quod non intelligerent Patrum sententiæ apud Nicæam constitutæ hoc esse contrarium. Neque enim præjudicium aliquod fieri potuit per numerum Arimini congregatum, quando constat neque Romanum episcopum, cujus ante omnia exspectanda erat sententia, neque Vincentium, qui tot annorum episcopatum integre gesserat, neque

C alios talibus **884** præbuisse consensum, maxime cum isti ipsi, sicut diximus, qui per fraudem deflexisse visi sunt, meliore usi consilio, hæc sibi displicere testati sint. Perspicit itaque sinceritas vestra, hanc solam fidem, quæ Nicææ apostolorum auctoritate fundata est, perpetua firmitate servandam esse ; et nobiscum Orientales, qui se catholicos agnoscunt, et Occidentales gloriari. Credimus autem eos qui alia docent, in isto conatu, et a communione nostra brevi segregandos, et episcoporum nomine privandos, ut populi eorum errore liberati respirent. Nec enim errorem populi corrigere poterunt, quandiu errore ipsi detinentur. Concordet igitur cum omnibus Dei sacerdotibus reverentiæ vestræ sententia, in qua vos stabiles ac firmos hærere

VARIÆ LECTIONES.

[13] βολαί. Basil. Gr. [14] προσγέγραπται. Basil. Gr. et Lat., cod. Pini, Savil., Christophors. [15] Hæc : καὶ οἱ — ἐπίσκοποι, absunt ab utroque Basileensi, codd. Pini et Savilii, a Sozom. et Epiphanio. Sirmondus ea videtur e Stephani editione duxisse, quānquam ibi sit ἁγιωτάτης. Valesius servandam formulam putat propterea quod in archetypo Latino est : *atque ex parte sanctissimi episcopi urbis Romæ directi*, sed pro ἐπίσκοποι substituit ἐπίλεκτοι, neque enim episcopus Romanus Nicæam episcopos, sed 2 presbyteros miserat, et Sozom. ac Epiphanius itemque Pini codex et Scaliger post ὀκτὼ habent ἐπίλεκτοι. Contra Valesii emendationem et interpretationem dicit is, qui multa alia Valesii reprehendit in Obss. miscell. crit. tom. IX, p. 24 sq. Nihil audeo definire. [16] γινομ. τοῦ σκέμμ. Stephan. Γιν. τοῦ σκάμματος Basil. Gr. [17] ὅπλων restitui, quod habent codices, quoad scio, omnes, ut archetypus Latinus : *arma*. Unde habuerit Sirmondus suum ὅρων, nescio. [18] τῇ abest a Basileensibus et Steph. [19] χρὴ. Iidem. Sozom. : χρὴ δὲ τῆς αὐτῆς ὑποστ. κ. τ. πν. τ. ἁγ. πιστεύειν. [20] κρίναντες. Basil. Gr. et Lat. Archetypus Latinus : *contra sentientem alienum a nostro consortio judicantes.* Ἔκριναμεν Sozom. [21] τούτου. Basil. Gr. et Lat., Christoph., Sozom. Epiphan. : *usque ad hoc.* Sed cod. Casauboni et Scaliger : μέχρι τοῦ διωρθωθῆναι. [22] ἐπισκόπων. Steph. 2 vitiose. [23] Ἰουκεντίου, ὁ ἐπί. Steph. 2 vitiose. Βικεντίου Sozom. *Vicentini* volebat Camerarius. [24] ἡμετέρα. Basil. et Steph. male. [25] τελειότητι. Steph. 2, Casaub. [26] καθεκτέον. Uterque Basil. et Sozom. [27] καθ' ἑαυτούς. Iidem Basil. [28] ἐκκλησίας addit Christoph. [29] τούς τε δυτ. vult Valesius ad Sozom. [30] ἄλλων νοσ. Bas. Lat. Ἄλλα νοσοῦντας. Idem in margine cum Sozom.

Digitized by Google

credimus. Sic nos etiam vobiscum credere debemus. Recreate nos reciprocis charitatis vestræ litteris. Valete, fratres honoratissimi.

A χειρήσει ἀπὸ τῆς ἡμετέρας κοινωνίας χωρισθήσεσθαι, καὶ περιαιρεθήσεσθαι ἀπ' αὐτῶν τὸ τοῦ ἐπισκόπου ὄνομα, ὥστε τοὺς λαοὺς τῆς πλάνης αὐτῶν ἐλευθερωθέντας ἀναπνεῦσαι. Οὐδενὶ γὰρ τρόπῳ διορθοῦσθαι δυνήσονται τὴν πλάνην τῶν ὄχλων, ὁπότε αὐτοὶ ὑπὸ τῆς πλάνης κατέχονται. Συμφωνείτω τοίνυν μετὰ πάντων τῶν τοῦ Θεοῦ ἱερέων καὶ τῆς ὑμετέρας τιμιότητος ἡ γνώμη, ἐν ᾗ ὑμᾶς παγίους καὶ βεβαίους εἶναι πιστεύομεν. Οὕτω καὶ ἡμεῖς μεθ' ὑμῶν [31] πιστεύειν ὀφείλομεν. Τοῖς ἀμοιβαίοις τῆς ὑμετέρας ἀγάπης εὐφράνατε ἡμᾶς. Ἔρρωσθε, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι.

CAPUT XVIII. [* B. St. Ch. V. 23.]

Athanasii episcopi Alexandriæ de eodem concilio epistola.

Sed et magnus quoque Athanasius, in epistola quam ad Afros scripsit, de concilio Ariminensi **885** disserit in hunc modum. Hæc cum ita se habeant, quis audiat eos, qui Ariminensem aut aliam synodum nominant præter Nicænam? aut quis non odio habeat illos, qui quæ Patrum sunt B abrogant, recentiora autem per vim et contentionem condita anteponunt? aut quis cum hominibus convenire velit, qui nec sua ipsorum approbant? Nam qui in decem, eoque pluribus, ut dictum est, synodis suis alias alia scripserunt, aperte docent se singulas reprehendere. Idemque illis accidit, quod proditoribus olim Judæis. Ut enim illi, unico viventis aquæ fonte derelicto, quod apud Jeremiam prophetam i legere est, effoderunt sibi cisternas contritas, quæ aquam continere non poterant: sic isti unam oppugnantes synodum œcumenicam, multas sibi synodos effoderunt, omnesque apud ipsos velut manipuli sine viribus evanuerunt. Itaque non feramus eos qui Ariminensem vel aliam quampiam synodum nomi- C nant præter Nicænam. Et sane videntur qui Ariminensem in ore habent, ea quæ ibi acta sunt ignorare: alioqui de illa prorsus silerent. Vos enim, dilectissimi, non latet, qui ex iis cognostis qui **886** Ariminum a vobis profecti sunt, illic Ursacium et Valentem, Eudoxium et Auxentium, et cum his Demophilum, depositos fuisse, quod alia vellent, quam quæ apud Nicæam statuta sunt, decernere, quando rogati ut Arianam hæresim anathemate damnarent, recusarunt, ejusque patroni ac vindices esse maluerunt. At episcopi qui veri servi erant Domini, et recta fide præditi, numero circiter ducenti, acquiescendum in Nicæna sola scripserunt, nec amplius illa quidquam mi- D nusque quærendum vel sentiendum. Quod Constantio quoque significarunt, qui synodum cogi præceperat. * Verum ii qui Arimini abdicati fue-

i Jerem. II, 13.

ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

Ἀθανασίου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐπιστολὴ περὶ τῆς αὐτῆς συνόδου.

Καὶ Ἀθανάσιος δὲ ὁ μέγας, ἐν τῇ πρὸς τοὺς [32] Ἄφρους ἐπιστολῇ τοιαῦτα [33], περὶ τῆς ἐν Ἀριμίνῳ συνόδου διέξεισι. Τούτων δὲ οὕτως δεικνυμένων, τίς ἀποδέξεται [34] τοὺς τὴν Ἀρίμινον, ἢ ἄλλην σύνοδον παρὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ ὀνομάζοντας; ἢ τίς οὐκ ἂν μισήσειε τοὺς ἀθετοῦντας μὲν τὰ τῶν Πατέρων, τὰ δὲ νεώτερα ἐν τῇ Ἀριμίνῳ κατὰ φιλονεικίαν καὶ βίαν συντεθέντα προκρίνοντας; τίς δὲ τούτοις συνελθεῖν ἐθελήσειεν, ἀνθρώποις μηδὲ τὰ ἑαυτῶν ἀποδεχομένοις; Οἱ γὰρ ἐν ταῖς ἑαυτῶν δέκα που καὶ πλέον, καθὰ προείπομεν, συνόδοις ἄλλοτε ἄλλο γράφοντες, δῆλοί εἰσιν ἑκάστης αὐτοὶ κατήγοροι γινόμενοι. Πάσχουσι δὲ τοῦτο, οἷον καὶ οἱ τότε τῶν Ἰουδαίων προδόται πεπόνθασιν. Ὡς γὰρ ἐκεῖνοι, καταλείψαντες τὴν μόνην πηγὴν τοῦ ζῶντος ὕδατος, ὤρυξαν ἑαυτοῖς λάκκους, οἳ οὐ δυνήσονται ὕδωρ συνέχειν· γέγραπται δὲ τοῦτο παρὰ τῷ προφήτῃ Ἱερεμίᾳ· οὕτως οὗτοι, μαχόμενοι πρὸς τὴν οἰκουμενικὴν σύνοδον, ὤρυξαν ἑαυτοῖς συνόδους πολλὰς, καὶ πᾶσαι κεναὶ παρ' αὐτοῖς, καὶ ὡς δράγματα [35] μὴ ἔχοντα ἰσχὺν ἐφάνησαν. Μὴ τοίνυν ἀνεχώμεθα τῶν τὴν Ἀρίμινον, ἢ ἄλλην ὀνομαζόντων σύνοδον παρὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ γενομένην. Καὶ γὰρ καὶ αὐτοί, οἱ τὴν Ἀρίμινον ὀνομάζοντες, [105] ἐοίκασι μὴ εἰδέναι τὰ ἐν αὐτῇ πραχθέντα· ἢ γὰρ ἂν ἐσιώπησαν. Οἴδατε γὰρ, ἀγαπητοὶ, μαθόντες καὶ ὑμεῖς παρὰ τῶν ἐλθόντων ἐξ ὑμῶν εἰς τὴν Ἀρίμινον, ὡς Οὐρσάκιος καὶ Οὐάλης, Εὐδόξιός τε καὶ Αὐξέντιος, ἐκεῖ δὲ ἦν σὺν αὐτοῖς καὶ Δημόφιλος, καθῃρέθησαν θελήσαντες ἕτερα παρὰ τὰ ἐν Νικαίᾳ γράφειν· ὅτε ἀπαιτηθέντες ἀναθεματίσαι τὴν Ἀρειανὴν αἵρεσιν, παρῃτήσαντο, καὶ μᾶλλον αὐτῆς ἠθέλησαν εἶναι προστάται. Οἱ δέ γε ἐπίσκοποι, οἱ ἀληθῶς γνήσιοι δοῦλοι τοῦ Κυρίου, καὶ ὀρθῶς πιστεύοντες, ἦσαν δὲ ἐγγύς που διακόσιοι, ἔγραψαν ἀρκεῖσθαι τῇ ἐν Νικαίᾳ μόνῃ, καὶ μηδὲν πλέον ἢ ἔλαττον παρ' ἐκείνην ζητεῖν καὶ φρονεῖν. Ταῦτα καὶ Κωνσταντίῳ δεδηλώκασι, τῷ καὶ τὴν σύνοδον γενέσθαι [36] κελεύ-

VARIÆ LECTIONES.

[31] ὀρθῶς addunt Bas. et Steph. [32] τοὺς abest a Bas. Gr. et Steph. [33] Locus est ibi § 3, 4 Opp. a Benedict. edit. T. I, p. II, p. 892 sq. Partem aliquam habet Epiph. Hist. trip. V, 30. [34] ἀποδέξηται. Basil. Gr. [35] Hæc lectio Christophorsoni est, a quo petiisse eam videtur Sirmondus, quanquam et Athanasii codices omnes habent δράγμα μὴ ἔχον ἰσχύν. Non ignoro Basil. Gr. et Stephan. habere δράματα, *fabulas*, ut cod. Allatii : ὡς δρᾶμα, etc. Sed verba Athanasii aut dubie ducta ex Osee c. VIII, 7, ubi δράγμα μὴ ἔχον ἰσχὺν item, ut hic, dicitur de vanis consiliis, quæ comparantur cum manipulo tritici tanto, quantum fere quis manu rapere vel comprehendere possit, sed tritici ignobilioris quasi, quod farinam non reddit, ut additur apud Oseam, propterea que ad cibum adhiberi non potest. Quod si vidisset Valesius, non, opinor, repudiasset hanc lectionem, cujus sensum se assequi negabat. Epiphanius V, 30, ὡς δράγμ. plane omisit. [36] γεγενῆσθαι. Basil. Gr. et Steph.

Digitized by Google

σαντι. Ἀλλ' οἱ ἐν τῇ Ἀριμίνῳ καθαιρεθέντες, ἀπελθόντες πρὸς Κωνστάντιον, πεποιήκασι μὲν ὑβρισθῆναι αὐτοὺς, ἀπειλὰς δὲ γενέσθαι μὴ ἀνακάμψειν εἰς τὰς ἰδίας παροικίας τοὺς κατ' αὐτῶν ἀποφηναμένους, βίαν τε παθεῖν ἐν τῇ Θράκῃ ἐν αὐτῷ τῷ χειμῶνι ὥστε τῶν παρ' αὐτῶν καινοτομουμένων [36] ἀνέχεσθαι. Εἴπερ οὖν τινες τὴν Ἀρίμινον ὀνομάζουσι, δεικνύτωσαν πρῶτον τὴν καθαίρεσιν τῶν προειρημένων, καὶ ἅπερ ἔγραψαν οἱ ἐπίσκοποι, λέγοντες μηδὲν πλέον ζητεῖν τῶν ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῶν Πατέρων ὁμολογηθέντων, μηδὲ ὀνομάζειν ἄλλην σύνοδον παρ' ἐκείνην. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν κρύπτουσι, τὰ δὲ ἐν τῇ Θράκῃ κατὰ βίαν πραχθέντα προβάλλονται· ἐξ ὧν δείκνυνται, τῆς μὲν Ἀρειανῆς αἱρέσεως ὄντες, ἀλλότριοι δὲ τῆς ὑγιαινούσης πίστεως. Καὶ αὐτὴν δὲ τὴν μεγάλην σύνοδον, καὶ τὰς παρ' ἐκείνων [37], ἐάν τις ἀντεξετάζειν ἐκ παραλλήλου ἐθέλοι, εὕροι ἂν τῶν μὲν τὴν θεοσέβειαν, τούτων δὲ τὴν ἀλογίαν. Οἱ γὰρ ἐν Νικαίᾳ συνελθόντες, οὐ καθαιρεθέντες συνῆλθον, ἀλλὰ καὶ ὁμολογήσαντες [38] τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸν Υἱόν. Οὗτοι [39] δὲ καὶ ἅπαξ καὶ δεύτερον καθαιρεθέντες, καὶ τρίτον ἐν αὐτῇ τῇ Ἀριμίνῳ, γράφειν ἐτόλμησαν, μὴ χρῆναι λέγειν οὐσίαν ἢ ὑπόστασιν ἔχειν τὸν Θεόν. Κατὰ μὲν δὴ τὴν ἑσπέραν παρὰ τῶν Ἀρείου θιασωτῶν τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα κατὰ τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων κατεσκευάσθη σοφίσματά τε καὶ μηχανήματα.

A rant, ad Constantium profecti, perfecerunt ut qui sententiam in eos pronuntiarant, contumeliose haberentur, et in parœcias suas redire minis injectis prohiberentur, atque in Thracia vim per hiemem illam paterentur, ut rebus novis quas moliebantur consentirent. Quare si qui erunt, qui synodum Ariminensem commemorandam putent, proferant primum depositionem istorum quos dixi, tum illa quæ episcopi scripserunt, decernentes ne quid amplius quæratur, quam Nicææ a Patribus sancitum sit, neve alia præter illam synodi nomen obtineat. Sed hæc illi habent in occulto : ea vero quæ in Thracia per vim expressa sunt jactitant : ex quibus Arianæ hæresis fautores illos esse liquet, et a sana fide alienos. Quod si quis magnam B illam synodum et istorum synodos conferre inter se atque examinare velit, illorum sinceram religionem, istorum stultam temeritatem animadvertet. **887** Nicæam enim qui convenere, non depositi convenere, sed et ex Patris substantia Filium esse confessi sunt. Isti contra semel atque iterum antea, tertioque in Arimino ipsa exauctorati, profiteri ausi sunt substantiam vel hypostasim in Deo dici non debere. Hujusmodi fuerunt fraudes et machinæ, quas Arii gregales in Occidente adversus veritatis dogmata comparavere.

[106] ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'.

Περὶ τῆς Λεοντίου [40] τοῦ τῆς Ἀντιοχείας ἐπισκόπου κακοτεχνίας, καὶ τῆς Φλαβιανοῦ καὶ Διοδώρου παῤῥησίας.

Ἐν Ἀντιοχείᾳ δὲ μετὰ Στέφανον, ὃς Φλάκιτον [41] διαδεξάμενος τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐξηλάθη συλλόγων, Λεόντιος τὴν προεδρίαν ἐδέξατο, παρὰ τοὺς ἐν Νικαίᾳ γραφέντας ὅρους ταύτην λαβών. Ἐκτομίας γὰρ ἦν, αὐτουργὸς γενόμενος τῆς τόλμης [42]· λέγει δὲ καὶ τὴν αἰτίαν τῆς τόλμης [43] ὁ μακάριος Ἀθανάσιος. Ὁ μὲν γὰρ Λεόντιος διαβαλλόμενος μετὰ γυναικός τινος νεωτέρας, λεγομένης Εὐστολίας, κεκωλυμένος [44] συνοικεῖν αὐτῇ, δι' αὐτὴν ἑαυτὸν ἀπέκοψεν, ἵν' ἐπ' ἀδείας ἔχῃ διατρίβειν μετ' αὐτῆς. Καὶ τὴν μὲν ὑποψίαν οὐκ ἀπενίψατο· διὰ τοῦτο δὲ μᾶλλον καὶ πρεσβύτερος ὢν καθῃρέθη. Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῆς ἄλλης αὐτοῦ [45] γέγραφε βιοτῆς. Ἐγὼ δὲ τὸ κακόηθες αὐτοῦ καὶ πανοῦργον ἐν κεφαλαίῳ δηλώσω. Τῆς γὰρ δὴ Ἀρείου βλασφημίας μετέχων, κρύπτειν ἐπειρᾶτο τὴν νόσον. Καὶ ὁρᾷ διῃρημένους τοὺς ἱερωμένους καὶ τὸν λοιπὸν ὅμιλον θεωρῶν, καὶ τοὺς μὲν τὸν *καὶ* σύνδεσμον ἐπὶ τῆς τοῦ Υἱοῦ δοξολογίας τιθέντας, τοὺς δὲ τὴν μὲν *διὰ* [46] πρόθεσιν ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ, τὴν δὲ *ἐν* ἐπὶ τοῦ Πνεύματος προσαρμόζοντας,

CAPUT XIX. [B. St. Ch. V. 24.]

De Leontii episcopi Antiocheni versutia, et de Flaviani et Diodori fiducia ac libertate.

C

Antiochiæ vero post Stephanum, qui cum Placito successisset, Ecclesia est ejectus, Leontius contra Nicænos canones, quia eunuchum se ipsemet fecerat, cathedram est adeptus. Audacis autem facti causam beatus Athanasius refert. Leontius, inquit, cum male audiret ob juvenculam quamdam, cui nomen Eustolia, et habitare cum ea prohiberetur, seipsum illius causa exsecuit, ut cum ea libere versari posset. Neque tamen ille suspicionem sic abstersit, et hac potius de causa presbyteri gradu, quem gerebat, privatus est. Hæc autem de alia ipsius vita scripsit. Ego vero calliditatem ejus et versutiam breviter ostendam. Nam D cum Ariana blasphemia prorsus laboraret, morbum occultare **888** conatus est. Et cum duas in partes divisum clerum ac reliquum populum videret, atque alios quidem in glorificatione Filii conjunctionem *et* usurpantes, alios præpositionem *per* Filio, *in* autem Spiritui sancto applicantes, ipse silentio totam glorificationem proferebat, ita

VARIÆ LECTIONES.

[36] καινοτομημένων. Basil. Gr. [37] τὰ παρ' ἐκ. Idem. Sirmondi lectionem non Genevenses typographi substituerunt, ut errat Valesius, sed est illa lectio e Stephani editione. [38] ὡμολόγησαν. Idem cum Athanasio et cod. Pini. [39] αὐτοί. Basil. Gr. [40] Λέοντος est in Basil. et Stephan. cæterisque editt. [41] Πλάκιτον. Christoph. [42] τῆς τομῆς, quod habet Steph. 2, prætulerim cum Valesio. [43] ἐκτομίας. Steph. 2 et Casaub. [44] κεκωλυμένως. Basil. Gr. probante Valesio. Καὶ κωλυόμενος habet Athanas. De fuga § 26. [45] αὐτῷ. Steph. [46] Codices magno consensu hic habebant δι' οὗ (μὲν omittit Basil. Gr.), quod et recte vindicavit Valesius. Sed primus Camerarius, forte ab Epiphanio deceptus, emendabat : διά, itemque post Christophorsonus, quem secutus videtur Sirmondus.

Digitized by Google

ut solam clausulam *IN SÆCULA SÆCULORUM* audirent, qui propius astabant. Ac nisi summam ingenii ejus malitiam alia prodidissent, hæc illum diceret fortasse quispiam communis populi concordiæ studio excogitasse. Sed cum adversus veritatis patronos gravia multa moliretur, et impietatis participes omni studio foveret, aperte patuit illum mali labem obtegere, partim populi metu, partim ob graves minas Constantii contra eos qui Filium dissimilem dicere auderent. Ejus porro consilium facta ipsa declararunt. Quotquot enim apostolica dogmata sequebantur, his nec studium ullum, nec ordinationem impertiebat : Arianæ autem vesaniæ participes, et maxima in auctoritate apud illum erant, et sacris honoribus augebantur. Per idem tempus Aetius, magister Eunomii, qui suis inventis Arianam blasphemiam locupletavit, in numerum diaconorum ascriptus est. At Flavianus et Diodorus, qui religiosam vitam excolebant, et apostolica dogmata palam propugnabant, **889** Leontii adversus pietatem insidias aperte redarguerunt, quod hominem pravis institutis imbutum, ac per impietatem viam sibi ad honores munientem, diaconatus nomine ad perniciem Ecclesiæ dignatus esset : minabanturque se ab ecclesiastica illius communione recessuros, profecturosque in Occidentem, et fraudulentos ejus conatus patefacturos. Quibus rebus territus Leontius, Aetio quidem ministerium ademit, sed in cæteris fovere illum et tueri non desiit. Duo autem isti admirabiles, Flavianus et Diodorus, quamvis sacerdotii munus nondum adepti, adhuc inter laicos [106] censerentur, omnes tamen ad pietatis studium nocte dieque excitabant. Hi primi, psallentium choris in partes divisis, hymnos Davidicos alternis canere docuerunt. Quod quidem Antiochiæ fieri cœptum, ubique deinceps obtinuit, et ad ultimos terræ fines pervasit. Illi etiam rerum divinarum studiosis ad martyrum templa congregatis, noctes cum illis Deum laudando transigebant. Hoc cernens Leontius, prohibere se tuto posse non putavit, quod populum summa benevolentia cum optimis illis viris conjunctum videret : sed moderationis specie verba colorans, ab eis postulavit, ut suam hanc functionem in ecclesiis obire vellent. Cui illi, etsi malitiam ejus perspectam haberent, morem tamen gerunt, et operis socios in ecclesias **890** alacri animo convocant, ad boni Domini laudem cohortantes. Cæterum Leontium ut malitiam corrigeret nihil inflexit : sed moderationis assumpta persona, et Stephani et Placiti scelera obscuravit.

σιγῇ τὴν δοξολογίαν προσέφερε· μόνον δὲ τὸ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΑΙΩΝΑΣ ΤΩΝ ΑΙΩΝΩΝ ἦχουν οἱ πελάζοντες. Καὶ εἰ μὲν τὰ ἄλλα μὴ πολλὴν ἐδήλου τὴν τῆς ψυχῆς πονηρίαν, εἶπεν ἄν τις αὐτὸν ταῦτα μηχανᾶσθαι τῆς τοῦ λαοῦ προμηθούμενον ὁμονοίας. Ἐπειδὴ δὲ δεινὰ πολλὰ [107] κατὰ τῶν ἀληθείας [108] ἐτεχνάσατο συνηγόρων, καὶ τοὺς τῆς ἀσεβείας μετέχοντας πάσης ἠξίου κηδεμονίας, ὄῆλος ἦν κρύπτων τὴν λώβην, διά τε τοῦ πλήθους τὸ δέος καὶ διὰ τὰς Κωνσταντίου κατὰ τῶν ἀνόμοιον τὸν Υἱὸν λέγειν τολμώντων χαλεπὰς ἀπειλάς. Δεδήλωκε δὲ τὴν ἐκείνου γνώμην τὰ πεπραγμένα. Ὅσοι μὲν γὰρ τοῖς ἀποστολικοῖς εἵποντο δόγμασιν, οὐδὲ μιᾶς παρ' ἐκείνου κηδεμονίας ἢ χειροτονίας ἀπήλαυσαν· οἱ δὲ τῆς Ἀρείου μανίας μετειληχότες, καὶ παῤῥησίας μετελάγχανον ὅτι μάλιστα πλείστης, καὶ τοῖς ἱερατικοῖς ἐγκατελέγοντο τάγμασι. Κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν καὶ Ἀέτιος ὁ Εὐνομίου διδάσκαλος, ὃς τὴν Ἀρείου βλασφημίαν ταῖς ἐπινοίαις [107] ἐπηύξησε, τῷ τῶν διακόνων ἐγκατελέγη χορῷ. Ἀλλὰ Φλαβιανὸς καὶ Διόδωρος, τὴν μὲν ἀσκητικὴν ἀσπαζόμενοι πολιτείαν, προφανῶς δὲ τῶν ἀποστολικῶν ὑπερμαχοῦντες [109] δογμάτων, ἀντικρυς τοῦ Λεοντίου διήλεγξαν τὰς κατὰ τῆς εὐσεβείας ἐπιβουλὰς, ἄνδρα φήσαντες, πονηροῖς μὲν ἐπιτηδεύμασιν ἐντραφέντα, ἐκ δὲ τῆς δυσσεβείας περιφάνειαν κτήσασθαι μηχανώμενον, ἐπὶ λύμῃ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ τῆς διακονίας ὀνόματος ἠξιῶσθαι· ἠπείλουν δὲ καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀποστήσεσθαι κοινωνίας, καὶ τὴν ἐσπέραν καταλήψεσθαι, καὶ δῆλα ποιήσειν τὰ τυρευόμενα. Ταῦτα δείσας Λεόντιος, τῆς μὲν λειτουργίας ἔπαυσε τὸν Ἀέτιον, τῆς δὲ ἄλλης αὐτὸν θεραπείας ἠξίου. Ἡ δὲ ἀξιάγαστος ξυνωρὶς Φλαβιανὸς καὶ Διόδωρος, ἱερατικῆς μὲν λειτουργίας μηδέπω [110] τετυχηκότες, τῷ δὲ λαῷ συντεταγμένοι, νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν εἰς τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ζῆλον διήγειρον ἅπαντας. Οὗτοι πρῶτοι, διχῇ διελόντες τοὺς τῶν ψαλλόντων χορούς, ἐκ διαδοχῆς ᾖδειν [111] τὴν Δαυϊτικὴν ἐδίδαξαν μελῳδίαν. Καὶ τοῦτο ἐν Ἀντιοχείᾳ πρῶτον ἀρξάμενοι, πάντοσε διέδραμε, καὶ κατέλαβε τῆς οἰκουμένης τὰ τέρματα. Οὗτοι τῶν θείων τοὺς ἐραστὰς εἰς τοὺς τῶν μαρτύρων σηκοὺς συναγείροντες [112], πάννυχοι διετέλουν σὺν ἐκείνοις τὸν Θεὸν ἀνυμνοῦντες. Ταῦτα δὲ ὁρῶν ὁ Λεόντιος, κωλύειν μὲν οὐκ ἐνόμιζεν ἀσφαλές· ἐώρα γὰρ τὸ πλῆθος εὖ μάλα περὶ τοὺς ἀρίστους ἐκείνους διακείμενον ἄνδρας· ἐπιεικείᾳ δὲ τοὺς λόγους χρωννὺς, ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ταύτην γίνεσθαι παρ' αὐτῶν τὴν λειτουργίαν ἠξίου. Οἱ δὲ, καὶ λίαν ἀκριβῶς τὴν ἐκείνου πονηρίαν εἰδότες, τὸ κελευόμενον ἔδρων, καὶ τοὺς ἐραστὰς [113] εἰς τὴν ἐκκλησίαν συνήθροιζον μάλα προθύμως, ὑμνεῖν τὸν ἀγαθὸν [114] Δεσπότην παρεγγυῶν-

VARIÆ LECTIONES.

[107] πολλὰ καὶ δεινά. Basil. Gr. et Steph. [108] Ita et Allatii Pinique codex cum Epiphanio, recte probante Valesio. Sed Basil. Gr. et Steph., τῆς ἐκκλησίας. [109] προμαχοῦντες Steph. 2. [110] οὐδέπω. Basil. Gr. [111] ἄγειν. Steph. 2. [112] Hoc habet Christophorsonus pro simplici ἀγείροντες codd. Basil. Gr. et Stephan. [113] ἐραστὰς, quod est in cod. Stephan. 2, Sirmondus e codice Jo. Pini duxit, ut quidem ait Valesius, quanquam hic præferat secundum codd. Allatii et Savilii : συνεραστὰς, q. d. *coamatores*, h. e. qui una cum illis rerum divinarum amore flagrabant. Basil. Gr. et Steph. 1 habent ἐργάτας, iidemque cum Steph. 2 et Epiphan. : εἰς τὰς ἐκκλησίας. [114] ἅγιον. Basil. Gr. et Steph.

Digitized by Google

τες. Τὸν μέντοι Λεόντιον οὐδὲν ἔπεισε κολάσαι τὴν πονηρίαν, ἀλλὰ τὸ τῆς ἐπιεικείας περιθέμενος προσωπεῖον, καὶ Στεφάνου καὶ Φλακίτου [55] τὴν βδελυρίαν ἀπέκρυψε. Τοὺς γὰρ τῶν δογμάτων τὴν διαφθορὰν [56] εἰσδεξαμένους, εἰ καὶ τὸν ἀκόλαστον ἠσπάσαντο βίον, τοῖς τῶν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων ἐγκατέλεγε τάγμασι· τοὺς δὲ τοῖς παντοδαποῖς εἴδεσι τῆς ἀρετῆς κοσμουμένους, καὶ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων ἀντεχομένους, ἀγεράστους κατέλιπε. Τούτου δὴ χάριν, ὁ μὲν κλῆρος πλείους εἶχε τοὺς τῆς αἱρετικῆς λύμης μετειληχότας, τοῦ δὲ λαοῦ τὸ πλεῖστον τῶν [57] ὀρθῶν ὑπερεμάχει δογμάτων. [108] Οὐδὲ γὰρ οἱ τὰς διδασκαλίας προσφέροντες γυμνοῦν ἐθάρρουν τὴν βλασφημίαν. Ὅσα μὲν οὖν Φλάκιτος [58] καὶ Στέφανος καὶ Λεόντιος δυσσεβῆ καὶ παράνομα ἐν Ἀντιοχείᾳ δεδράκασι, συγγραφῆς μὲν οἰκείας δεῖται διὰ τὸ πλῆθος, τῆς δὲ τοῦ Δαβὶδ θρηνῳδίας διὰ τὸ μέγεθος. Καὶ περὶ τούτων γὰρ λέγειν χρή· « Ὅτι ἰδοὺ οἱ ἐχθροί σου ἤχησαν, καὶ οἱ μισοῦντές σε ἦραν κεφαλήν. Ἐπὶ τὸν λαόν σου κατεπανουργεύσαντο γνώμην, καὶ ἐβουλεύσαντο κατὰ τῶν ἁγίων σου. Εἶπαν [59]· Δεῦτε, καὶ ἐξολοθρεύσωμεν αὐτοὺς ἐξ ἔθνους· καὶ οὐ μὴ μνησθῇ τὸ ὄνομα Ἰσραὴλ ἔτι. » Ἡμεῖς δὲ τὰ λοιπὰ τῆς ἱστορίας συγγράψωμεν.

A Nam quicunque pestiferam doctrinam imbiberant, tametsi vitæ essent turpissimæ, hos in presbyterorum diaconorumque ordinem allegabat : eos vero qui apostolicis dogmatibus adhærebant, quamvis omni genere virtutis elucerent, inhonoratos relinquebat. Quo factum est, ut in clero complures hæretica labe corrupti cernerentur, populi vero pars maxima rectam doctrinam tueretur. Neque enim audebant prædicatores doctrinæ blasphemiam aperte omnium auribus exponere. Verum quæ a Placito, et Stephano, et Leontio impie et inique apud Antiochiam gesta sunt, peculiare opus exigunt propter multitudinem, et Davidico planctu lugenda sunt propter magnitudinem. Nam de his quoque dici convenit : « Quoniam ecce inimici tui sonuerunt, et qui oderunt te extulerunt caput. Super populum tuum malignaverunt consilium, et cogitaverunt adversus sanctos tuos. Dixerunt : Venite et disperdamus eos de gente, et non memoretur nomen Israelis ultra [k]. » Nos vero institutam historiam prosequamur.

B

ΚΕΦΑΛ. Κ'.

Περὶ τῆς Εὐδοξίου τοῦ Γερμανικέως καινοτομίας, καὶ Βασιλείου τοῦ Ἀγκύρας, καὶ Εὐσταθίου τοῦ Σεβαστείας, κατὰ τούτου γεγενημένης σπουδῆς.

891 * CAP. XX. [B. St. Ch. V. 25.]

De Eudoxii Germaniciensis novitate, et de Basilii Ancyræ atque Eustathii Sebastiæ contra illum contentione.

Γερμανίκεια πόλις ἐστὶν ἐν μεθορίῳ τῆς Κιλίκων, καὶ Σύρων, καὶ Καππαδοκῶν κειμένη, εἰς δὲ τὴν Εὐφρατησίαν καλουμένην ἐπαρχίαν τελεῖ. Τῆς δὲ τῆς Ἐκκλησίας προστατεύων Εὐδόξιος, εἶτα Λεόντιον τεθνηκέναι μαθὼν, κατέλαβε μὲν τὴν Ἀντιόχειαν, ἥρπασε δὲ τὴν προεδρίαν, συὸς ἀγρίου δίκην λυμαινόμενος τὸν ἀμπελῶνα τὸν θεῖον. Οὐδὲ γὰρ Λεοντίῳ παραπλησίως τὴν κακοήθειαν συνεκάλυπτεν· ἀλλ' ἀντικρυς κατὰ τῶν ἀποστολικῶν ἐλύττα δογμάτων, καὶ τοὺς ἀντιλέγειν τολμῶντας παντοδαπαῖς περιέβαλλε συμφοραῖς. Κατὰ τοῦτον δὲ τὸν χρόνον, Ἀγκύρας μὲν τῆς Γαλατῶν μητροπόλεως Βασίλειος κατεῖχε τὰ τῆς Ἐκκλησίας πηδάλια, Μάρκελλον διαδεξάμενος· Εὐστάθιος δὲ Σεβαστείας ἡγεῖτο, ἡ τῆς Ἀρμενίας ἐπρώτευεν. Οὗτοι τὴν Εὐδοξίου παρανομίαν καὶ λύτταν μεμαθηκότες, Κωνσταντίῳ τῷ βασιλεῖ τὰ τολμηθέντα διὰ γραμμάτων ἐδήλωσαν. Ἔτι δὲ οὗτος ἐν τῷ πρὸς δυόμενον ἥλιον διέτριβε τμήματι, τὴν παρὰ τῶν τυράννων γεγενημένην βλάβην ἰώμενος μετὰ τὴν ἐκείνων ἀναίρεσιν. Συνήθεις δὲ ἦσαν οὗτοι τῷ βασιλεῖ, καὶ πλείστης ὅσης διὰ τὴν ἀξιέπαινον βιοτὴν ἀπήλαυον παῤῥησίας.

Germanicia civitas est in Cilicum et Syrorum Cappadocumque confiniis posita, Euphratesiæ quam vocant provinciæ attributa. Hujus Ecclesiæ antistes Eudoxius, cognita morte Leontii, Antiochiam se contulit, episcopatumque invasit, instar apri silvestris vineam Dominicam devastans. Neque enim malitiam suam sicut Leontius occultabat, sed aperte adversus apostolica dogmata rabiem suam exercens, eos qui contradicere auderent omnibus incommodis conficiebat. Eo tempore Ancyræ metropolis Galatiæ Ecclesiam regebat Basilius, Marcelli successor, Eustathius autem præerat Sebastiæ, quæ Armeniæ urbs est primaria. Hi perspecta Eudoxii iniquitate ac rabie, de illius audacia certiorem per litteras fecerunt Constantium imperatorem, qui tum adhuc in Occidente morabatur, et subblatis e medio tyrannis, inflictis per illos vulneribus medebatur. Familiares ambo erant imperatori, et propter laudabilem vitam plurimum auctoritate apud ipsum valebant.

C

D

[109] ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'

Περὶ τῆς ἐν Νικαίᾳ γενομένης πάλιν [60] συνόδου.

Ταῦτα μαθὼν ὁ Κωνστάντιος, Ἀντιοχεῦσι μὲν

CAP. XXI. [B. St. Ch. V. 26.]

De concilio Nicææ iterum convocato.

His cognitis Constantius ad Antiochenos scripsit,

[k] Psal. LXXXII, 2.

VARIÆ LECTIONES.

[55] Πλακίτου. Christoph. [56] Ita cod. Casauboni et Scaliger. Sed Basil. Gr. et Steph. διαφοράν. [57] τῶν abest a Basil. Gr. [58] Πλάκ. Christoph. [59] εἶπον. Bas. Gr., Stephan. [60] πάλιν γεγενημένης habet edit. Christoph. In Bas., Steph. et Vales. edd. plenior est titulus : Π. τ. ἐν Νικ. καὶ πάλιν ἐν Σελευκείᾳ τῆς Ἰσαυρίας γεγενημένης συνόδου, propterea quod illæ caput sequens cum nostro in unum conjungunt.

Digitized by Google

haudquaquam a se **892** concessum Eudoxio Ecclesiæ illius episcopatum fuisse, hoc enim ille vulgaverat, Eudoxiumque expelli ab urbe jussit, ac pro rebus Nicææ in Bithyniæ gestis, concilioque illuc convocato, pœnas dare. Siquidem Eudoxius apud eos qui res in palatio administrabant effecerat, ut Nicæam celebrando concilio assignarent. Sed universorum Moderator, qui res futuras novit, ut jam præteritas, stupendo quodam terræ motu conventum impedivit. Maximam enim urbis partem terræ motus ille disjecit, et incolarum quamplurimos oppressit. Quo animadverso qui eo confluxerant, gravi terrore perculsi, ad Ecclesias suas remearunt. Quod mihi quidem divina sapientia factum videtur. Nam cum in urbe illa fidei apostolicæ doctrina conscripta fuisset a Patribus, et contraria scripturi essent qui illic iterum congregabantur, atque ansam fallaciæ Arii sectatoribus datura esset nominis similitudo, qua simpliciores circumvenirent, Nicænam hanc quoque synodum appellantes, eamque pro antiqua illa proferentes, Deus Ecclesiarum curam gerens conventum inhibuit.

ἐπέστειλεν, ὡς οὐκ αὐτὸς Εὐδοξίῳ τὴν τῆς Ἐκκλησίας ἐκείνης ἐπέτρεψε προεδρίαν· τοῦτο γὰρ ἐκεῖνος ἐθρύλησεν· Εὐδόξιον δὲ τῆς μὲν πόλεως ἐξελαθῆναι, δοῦναι δὲ δίκας ὧν ἔδρασεν ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας προσέταξεν, ἐκεῖ συνδραμεῖν παρεγγυήσας τὴν σύνοδον. Τὴν δὲ Νίκαιαν αὐτὸς Εὐδόξιος ἀφορίσαι τῷ συνεδρίῳ τοὺς τὰ βασίλεια πεπιστευμένους οἰκονομεῖν ἔπεισεν. Ἀλλ' ὁ τῶν ὅλων Πρύτανις τὰ ἐσόμενα ἐπιστάμενος ὡς ἤδη γεγενημένα, σεισμῷ τινι παραδόξῳ κεκώλυκε τὸ συνέδριον. Τὰ γὰρ πλείστα τῆς πόλεως ὁ σεισμὸς ἐκεῖνος κατήνεγκεν, καὶ τῶν οἰκητόρων τοὺς πλείστους διέφθειρε. Τοῦτο μεμαθηκότες οἱ συνελθόντες, καὶ κομιδῇ δείσαντες, εἰς τὰς οἰκείας Ἐκκλησίας ἀνέστρεψαν. Τῆς δὲ τοῦ Θεοῦ σοφίας ἡγοῦμαι τοῦτο μηχάνημα. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων ἡ τῆς ἀποστολικῆς πίστεως ἐγράφη διδασκαλία, ἐναντία δὲ γράφειν ἐν αὐτῇ ἔμελλον οἱ ὕστερον ἀθροιζόμενοι, ἀφορμὴ δὲ τοῖς Ἀρείου θιασώταις ἡ τῆς ἐπωνυμίας ταυτότης ἐγίνετο ἐξαπάτης, καὶ βουκολεῖν ἤμελλον τοὺς ἁπλοῦς ἤθεσι κεχρημένους, ἀπὸ Νικαίας καὶ ταύτην προσαγορεύοντες, καὶ ὡς τὴν παλαιὰν ἐκείνην προσφέροντες, διέλυσεν ὁ τῶν Ἐκκλησιῶν προμηθούμενος τὸ συνέδριον.

CAP. XXII. [Ch. 27.]

De concilio apud Seleuciam Isauriæ habito.

Post aliquod tempus, Constantius, suggerentibus accusatoribus Eudoxii, synodum Seleuciæ haberi præcepit. Urbs hæc est Isauriæ ad mare sita, totius gentis urbium princeps et caput. Ad hanc convenire jussit orientales episcopos, **893** Ponticos etiam et Asianos. Præerat autem eo tempore Cæsareæ quidem metropoli Palæstinæ Acacius, successor Eusebii, quem Acacium synodus Sardicensis abdicarat : sed is, tot pontificum spreta multitudine, sententiam contra se latam non admisit. Hierosolymorum vero, post Macarium illum, cujus a me sæpe facta est mentio, cathedram tenuit Maximus, vir susceptis pietatis causa certaminibus illustris : cui et oculus dexter erutus fuit, et dextri pedis suffrago succisa. Hoc deinde ad immortalem vitam translato, Cyrillus, alacris et promptus apostolicorum dogmatum propugnator, episcopali gratia et honore donatus est. Hi de primatu inter se contendentes, maximorum malorum auctores rei publicæ fuere. Acacius enim, levi arrepta occasione, Cyrillum deposuit, expulitque Hierosolymis : Cyrillus vero Antiochia, quam pastore orbatam reperit, prætermissa, Tarsum petens, cum admirabili Silvano mansit, qui Ecclesiæ tunc præerat. Quo cognito * Acacius ad Silvanum scripsit, eique Cyrilli depositionem indicavit. At ille et Cyrillum reveritus, et populum metuens, qui Cyrilli institutionibus jucundissime fruebatur, ab ecclesiastico

ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

Περὶ τῆς ἐν Σελευκείᾳ τῆς Ἰσαυρίας γενομένης συνόδου.

Χρόνου δὲ διελθόντος, ὑπὸ τῶν Εὐδοξίου κατηγόρων ὑπομνησθεὶς ὁ Κωνστάντιος, εἰς Σελεύκειαν τὴν σύνοδον γενέσθαι προσέταξε· πόλις δὲ αὕτη τῆς Ἰσαυρίας πρὸς τῇ θαλάττῃ κειμένη, καὶ τῶν ὁμορύλων πόλεων ἡγουμένη· εἰς ταύτην ἀθροισθῆναι τοὺς τῆς ἑῴας ἐπισκόπους, καὶ μὲν δὴ καὶ τοὺς τῆς Ποντικῆς, καὶ τοὺς τῆς Ἀσιανῆς παρηγγύησε [61]. Κατὰ τοῦτον δὲ τὸν καιρὸν, Καισαρείας μὲν τῆς Παλαιστίνων μητροπόλεως Ἀκάκιος ἡγεῖτο, διαδεξάμενος τὸν Εὐσέβιον. Τοῦτον δὲ τὸν Ἀκάκιον ἡ ἐν Σαρδικῇ συναθροισθεῖσα σύνοδος ἀπεκήρυξεν· ἀλλὰ τὴν ἐξενεχθεῖσαν οὐκ ἐδέξατο ψῆφον, τοσούτου πλήθους ἀρχιερέων καταφρονήσας. Τῶν δέ γε Ἱεροσολύμων μετὰ Μακάριον ἐκεῖνον, οὗ πολλάκις ἐμνήσθην, Μάξιμος τὴν προεδρίαν παρέλαβεν, ἀνὴρ ἐν τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας διαπρέψας ἀγῶσι· τόν τε γὰρ δεξιὸν ὀφθαλμὸν ἀφῄρητο, [140] καὶ τῆς ἀγκύλης ἑστέρητο τῆς δεξιᾶς. Τούτου δὲ εἰς τὸν ἀῒδρω μεταστάντος βίον, Κύριλλος τῆς ἐπισκοπικῆς χάριτος ἠξιώθη, τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων προθύμως ὑπερμαχῶν. Οὗτοι πρὸς ἀλλήλους περὶ πρωτείων φιλονεικοῦντες, μεγίστων κακῶν τοῖς κοινοῖς [62] ἐγένοντο πρόξενοι. Ὁ μὲν γὰρ Ἀκάκιος, μικράς τινας εὑρὼν ἀφορμὰς, καθεῖλε τὸν Κύριλλον, καὶ τῶν Ἱεροσολύμων ἐξήλασεν· ὁ δὲ Κύριλλος, τὴν μὲν Ἀντιόχειαν παρελήλυθε, ποιμένος αὐτὴν ἐστερημένην εὑρών· εἰς δὲ Ταρσὸν ἀφικόμενος, τῷ θαυμασίῳ συνῆν Σιλβανῷ. Οὗτος γὰρ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον [63] ἐκείνης ἡγεῖτο

VARIÆ LECTIONES.

[61] παρεγγ. Bas. Græc. [62] Ita Steph. 2 et Allat. Sed Bas. et Steph. 1 habebant τοῖς κοινωνοῖς. [63] καιρόν. Bas. Græc. et Steph.

Digitized by Google

τῆς Ἐκκλησίας. Τοῦτο μαθὼν ὁ Ἀκάκιος, ἐπέστειλε τῷ Σιλβανῷ, καὶ τὴν καθαίρεσιν τοῦ Κυρίλλου μεμήνυκεν. Ὁ δὲ, καὶ τὸν Κύριλλον αἰδούμενος, καὶ τὸ πλῆθος ὑφορώμενος, ἥδιστα γὰρ τῆς τοῦ Κυρίλλου διδασκαλίας ἀπήλαυε, τῆς ἐκκλησιαστικῆς οὐκ ἐκώλυσε λειτουργίας. Ἐπειδὴ δὲ συνῆλθον εἰς τὴν Σελεύκειαν, ἐκοινώνει μὲν τοῖς ἀμφὶ τὸν Βασίλειον, καὶ Εὐστάθιον, καὶ Σιλβανὸν, καὶ τοὺς λοιποὺς [64] ὁ Κύριλλος τοῦ συνεδρίου [65]. Ὁ δέ γε Ἀκάκιος ἀφίκετο μὲν καὶ αὐτὸς πρὸς τοὺς συνεληλυθότας ἐπισκόπους· πεντήκοντα δὲ ἦσαν καὶ ἑκατόν· ἔφασκε δὲ μὴ πρότερον αὐτοῖς κοινωνήσειν τῶν βουλευμάτων, πρὶν ἔξω γενέσθαι τοῦ συλλόγου τὸν Κύριλλον, ἅτε δὴ τῆς ἀρχιερωσύνης γεγυμνωμένον. Καί τινες μὲν τῶν τῆς εἰρήνης προμηθουμένων, ὑποχωρῆσαι τὸν Κύριλλον ἱκέτευον, ὑπισχνούμενοι μετὰ τὴν τῶν δογμάτων διάκρισιν, καὶ τὴν κατ' αὐτὸν ἐξετάζειν ὑπόθεσιν [66]. Ἐπειδὴ δὲ οὐκ εἶξε, καταλιπὼν μὲν αὐτοὺς ὁ Ἀκάκιος ἐξελήλυθεν· Εὐδοξίῳ δὲ συγγενόμενος, τὸ μὲν ἐγκείμενον ἐξήλασε δέος, θάρσος δὲ ἐνέθηκε, συνήγορος αὐτοῦ καὶ συναγωνιστὴς ὑπισχνούμενος [67] ἔσεσθαι· καὶ εἰς μὲν τὸ συνέδριον εἰσελθεῖν αὐτὸν διεκώλυσε, τὴν δὲ Κωνσταντινούπολιν σὺν ἐκείνῳ κατέλαβε.

A ipsum ministerio non prohibuit. Ubi vero Seleuciam pervenerunt, Cyrillus cum Basilio, et Eustathio, et Silvano, et cæteris concilio **894** intererat. Acacius venit quidem et ipse ad episcopos congregatos, numero centum et quinquaginta, sed negavit se cum ipsis de re ulla prius deliberaturum, quam Cyrillus, ut episcopatu privatus, ejiceretur e concilio. Itaque nonnulli pacis studiosi Cyrillum orabant ut recederet, promittentes se post dogmatum discussionem de ipsius causa disceptaturos. Quibus cum morem non gereret, Acacius illis relictis excessit : et congressus cum Eudoxio, metum illi quo tenebatur exemit, fiduciamque addidit, spondens se patronum illi sociumque certaminum futurum. Et vetuit quidem ne in concilium intraret, sed B Constantinopolim cum eo profectus est.

ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

Περὶ τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει συμβεβηκότων τοῖς ὀρθοδόξοις ἐπισκόποις.

Κωνστάντιος γὰρ ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἐπανελθὼν, ἐν ταύτῃ διέτριβε. Πολλὰ δὲ τῶν συνεληλυθότων ἐπὶ τοῦ βασιλέως κατηγορήσας, καὶ σύστημα πονηρῶν ἀνθρώπων ἀποκαλέσας, ἐπ' ὀλέθρῳ καὶ λύμῃ τῶν Ἐκκλησιῶν συγκροτούμενον, τὸν βασιλέως ἀνῆψε θυμόν. [111] Οὐχ ἥκιστα δὲ αὐτὸν χαλεπῆναι πεποίηκεν ἃ κατὰ τοῦ Κυρίλλου συντέθεικε. Τὴν γὰρ ἱερὰν στολὴν, ἣν ὁ πανεύφημος Κωνσταντῖνος ὁ βασιλεὺς τὴν Ἱεροσολύμων Ἐκκλησίαν γεραίρων δέδωκε [68] τῷ Μακαρίῳ τῷ τῆς πόλεως ἐκείνης ἀρχιερεῖ, ἵνα ταύτην περιβαλλόμενος, τὴν τοῦ θείου βαπτίσματος ἐπιτελῇ λειτουργίαν, ἐκ χρυσῶν δὲ αὖτη κατεσκεύαστο νημάτων, πεπρακέναι τὸν Κύριλλον ἔφη, καὶ ταύτην τινὰ τῶν ἐπὶ τῆς θυμέλης λυγιζομένων πριάμενον, περιβαλέσθαι μὲν, ὀρχούμενον δὲ πεσεῖν, καὶ συντριβῆναι, καὶ θανάτῳ παραδοθῆναι. Τοῦτον, ἔφη, κοινωνὸν ἔχοντες, κρίνειν καὶ τοῖς ἄλλοις [69] δικάζειν ἐπιχειροῦσι. Ταύτην λαβόντες τὴν ἀφορμὴν τῶν βασιλείων οἱ προστατεύοντες, πείθουσι τὸν βασιλέα, μὴ πᾶσαν ἀθροῖσαι [70] τὴν σύνοδον, ἐδεδίεσαν γὰρ τοῦ πλήθους τὴν συμφωνίαν, ἀλλὰ δέκα τοὺς ἡγουμένους. Ἐν τούτοις Εὐστάθιος ἦν ὁ τῆς Ἀρμενίας [71], καὶ Βασίλειος ὁ τῆς Γαλατίας [72], καὶ Σιλβανὸς ὁ Ταρσοῦ, καὶ Ἐλεύσιος ὁ Κυζίκου. Οὗτοι παραγενόμενοι παρεκάλουν τὸν βασιλέα, τὴν Εὐδοξίου βλασφημίαν τε καὶ παρανομίαν ἐξελεγχθῆναι. Ὁ δὲ παρὰ τῶν [73] ἄλλων τἀναντία διδασκόμενος, ἔλεγε χρῆναι πρότερον τὰ κατὰ τὴν πίστιν διακριθῆναι, εἶθ' οὕτω τὰ κατ' ἐκεῖνον ἐξετασθῆναι. Τοῦ δὲ Βασιλείου τῇ προτέρᾳ συνηθείᾳ θαρρήσαντος, καὶ σὺν παῤῥησίᾳ τὸν

CAP. XXIII. [B. St. V. 27.]

De iis quæ Constantinopoli orthodoxis episcopis contigerunt.

Ibi tunc enim Constantius ab Occidente reversus commorabatur. Apud quem cum episcopos Seleuciæ congregatos multis accusasset Acacius, perditorum hominum cœtum appellans, ad perniciem exitiumque Ecclesiarum convocatum, exarsit iracundia imperator. Præcipue vero illum ea commoverunt, quæ adversus Cyrillum commentus est. Sacram enim vestem, aureis filis contextam, quam C omni laude celebrandus Constantinus imperator, ad cohonestandam Hierosolymorum Ecclesiam, Macario illius urbis episcopo donarat, ut, ea **895** indutus, divini baptismi solemnia celebraret, vendidisse aiebat Cyrillum, et hanc mercatum thymelicum quemdam saltatorem, cum eadem amictus saltaret, lapsum esse, casuque obtritum interiisse. Tali, inquit, cum socio judicare, deque aliis sententias ferre aggrediuntur. Hac arrepta occasione, proceres palatii persuadent imperatori, ut non totum concilium (multitudinis enim consensum metuebant), sed decem tantum præcipuos evocet. In his fuere Eustathius Armeniæ, et Basilius Galatiæ, et Silvanus Tarsi, et Eleusius Cyzici. Qui cum D advenissent, hortabantur imperatorem, ut in Eudoxii blasphemias et iniquitatem juberet inquiri. Sed ipse, aliis contraria suggerentibus, respondit de rebus fidei decidi prius oportere, tum deinde illius causam examinari. Cumque Basilius, pristina fretus familiaritate, imperatorem, ut apostolicis dogmatibus insidiantem, liberius coargueret, iniquo animo tulit Constantius, et Basilium tan-

VARIÆ LECTIONES.

[64] τοῖς λοιποῖς. Bas. Græc. [65] καὶ τῶν βουλευμάτων addit codex Allatii. [66] Ita et Christoph. recte. Sed Bas. Græc. et Steph. κατ' αὐτῶν ὑπόθεσιν ἐξετάζειν. [67] ὑποσχόμενος. Bas. Græc. [68] δεδώκει. Bas. Græc. et Steph. [69] τοῖς ἄλλοις καὶ δικαζ. Bas. Græc. [70] ἀθροῖσθαι. Idem. [71] ὁ Ἀρμένιος. Idem cum Steph. [72] ὁ Γαλάτης. Idem. [73] Ita et Steph. 2. Sed Bas. Græc. et Steph. 1 παρὰ τῶν τἀναντία πεφρονηκότων διδασκόμενος

Digitized by Google

quam turbarum in Ecclesiis auctorem tacere jussit. Obmutescente Basilio, Eustathius dixit : Quando igitur de fide disceptari placet, imperator, Eudoxii blasphemias temere in Unigenitum effusas considera. Et hæc dicens formulam fidei ab eo scriptam obtulit, in qua inter cætera impie dicta hæc inerant : Quæ dissimili modo proferuntur, dissimilia sunt secundum substantiam : « Unus Deus **896** Pater ex quo omnia, et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia : » dissimilia autem sunt *ex quo* et *per quem* : dissimilis ergo Filius Deo et Patri. Hanc fidei expositionem cum recitari jussisset Constantius, impietate illa vehementer commotus, Eudoxium interrogavit, utrum ipse ista scripsisset. Negavit extemplo et Aetium scripsisse respondit. Hic autem Aetius is erat, quem olim Leontius, Flaviani et Diodori accusationes veritus, diaconatu privarat; Georgius vero, Ecclesiæ Alexandrinæ insidiator, impiorum sermonum nefariorumque conatuum adjutorem habuerat : tunc vero apud Eudoxium degebat una cum Eunomio. Mortuo siquidem Leontio, cum Antiochenam Ecclesiam invasisset Eudoxius, rediit ille ab Ægypto, secum ducens Eunomium, et sententiæ suæ congruentem atque una cum impietate Sybariticis deliciis indulgentem cernens Eudoxium, Antiochenam habitationem cæteris anteposuit, ibique cum Eunomio illius stibadiis affixus est. Vitam enim ducebat parasiticam, et modo ad hunc, modo ad illum ventris causa ire consueverat. Quibus auditis imperator introduci jussit Aetium, et ingresso formulam illam ostendit, rogavitque an illius auctor esset. At ille, rerum gestarum et quorsum interrogaretur prorsus ignarus, laudemque **897** ex confessione adepturum se ratus, scripti illius auctorem se professus est. Tum imperator, impietatis perspecta magnitudine, exsulare mox illum, et in locum quemdam Phrygiæ deportari jussit. Sic ille palatio, blasphemiæ fructum referens infamiam, deturbatus est. Eustathius vero in eadem sententia Eudoxium etiam esse affirmabat; Aetium enim ejus contubernalem et convivam fuisse, ejusque voluntati ut serviret blasphemiam illam condidisse. Atque hinc satis argumenti esse aiebat, conscium hujus scriptionis fuisse, quod præter ipsum nemo Aetium illius auctorem memorarit. Atqui ex conjecturis, ait imperator, decernere judices non debent, sed res gestas diligenter investigare. Cui Eustathius : Fidem ergo nobis omnibus faciat Eudoxius se ista non sentire, anathemate damnans scriptum Aetii. Quam postulationem cum probasset imperator, atque ita fieri mandaret, tergiversatus est Eudoxius, multisque modis provocationem eludere

A βασιλέα διελέγξαντος, ὡς τοῖς ἀποστολικοῖς ἐπιβουλεύοντα δόγμασιν, ἐχαλέπηνε μὲν ὁ Κωνστάντιος, σιγῆσαι [74] δὲ προσέταξε τὸν Βασίλειον, ὡς ζάλης αἴτιον ταῖς Ἐκκλησίαις γινόμενον. Παυσαμένου δὲ τοῦ Βασιλείου τῆς διαλέξεως· Ἐπειδὴ τὰ τῆς πίστεως διακριθῆναι βούλει, βασιλεῦ [75], ὁ Εὐστάθιος ἔφη, ὅρα τὰς κατὰ τοῦ Μονογενοῦς βλασφημίας ὑπ' Εὐδοξίου τετολμημένας. Καὶ ἅμα λέγων, ἐπέδωκεν ἔκθεσιν, ἣ πρὸς ἄλλοις πολλοῖς δυσσεβέσι καὶ ταῦτα προσέκειτο· Τὰ ἀνομοίως προσφερόμενα, ἀνόμοια κατὰ τὴν οὐσίαν ἐστίν· « Εἷς Θεὸς ὁ Πατήρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστός, δι' οὗ τὰ πάντα· » ἀνόμοιον δὲ τὸ, ἐξ οὗ, τῷ, δι' οὗ· ἀνόμοιος ἄρα ὁ Υἱὸς τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Ταύτην ἀναγνωσθῆναι κελεύσας τὴν ἔκθεσιν ὁ Κωνστάντιος, καὶ σφόδρα

B χαλεπήνας πρὸς τὴν ἐγκειμένην ἀσέβειαν, ἤρετο τὸν Εὐδόξιον εἰ αὐτὸς ταῦτα συνέγραψεν [76]. Ὁ δὲ ἠρνήθη παραυτίκα, καὶ ταῦτα γεγραφέναι τὸν Ἀέτιον ἔφησεν [77]. Ἀέτιος δὲ οὗτος [78] ἦν, ὃν πάλαι μὲν Λεόντιος, τὰς Φλαβιανοῦ καὶ [112] Διοδώρου κατηγορίας δεδειξάμενος [79], τῆς διακονίας ἐγύμνωσε· Γεώργιος δὲ ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐπίβουλος συνεργὸν εἶχε καὶ [80] τῶν δυσσεβῶν ῥημάτων, καὶ τῶν ἀνοσίων [81] ἐγχειρημάτων· τότε μέντοι μετ' Εὐνομίου τῷ Εὐδοξίῳ συνῆν. Λεοντίου γὰρ δὴ τετελευτηκότος, καὶ Εὐδοξίου τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας ἡρπακότος τὴν προεδρίαν, ἐπανῆκεν ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου τὸν Εὐνόμιον ἄγων, καὶ τὸν Εὐδόξιον εὑρὼν ὁμόφρονα, καὶ πρὸς τῇ δυσσεβείᾳ καὶ Συβαριτικῇ κεχρημένον χλιδῇ, πάντων προὐτίμησε τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ διατριβήν· καὶ σὺν Εὐνομίῳ ταῖς ἐκείνου προσηλώθη [82] στιβάσι.

C Τὸν γὰρ τῶν κολάκων ἐζηλώκει βίον, καὶ νῦν μὲν παρὰ τοῦτον, νῦν δὲ παρ' ἐκεῖνον διετέλει φοιτῶν τε καὶ γαστριζόμενος. Τότε μέντοι ὁ βασιλεὺς τοῦτο μαθὼν, εἰσαχθῆναί τε προσέταξε τὸν Ἀέτιον, καὶ εἰσελθόντος, τὴν ἔκθεσιν ἐκείνην ἐπέδειξε, πυνθανόμενος εἰ αὐτὸς ἐκείνους τετοκὼς εἴη τοὺς λόγους. Ὁ δὲ καὶ τὰ γεγενημένα πάμπαν ἀγνοῶν, καὶ τὸν τῆς πεύσεως οὐκ ἐπιστάμενος τρόπον, εὐφημίαν δὲ ἐκ τῆς ὁμολογίας καρπώσασθαι προσδοκήσας, ἔφη τῶν λόγων ἐκείνων αὐτὸς εἶναι γεννήτωρ. Ὁ δὲ βασιλεὺς, τὴν τῆς δυσσεβείας ὑπερβολὴν κατιδὼν, εὐθὺς αὐτὸν ἐξωστράκισεν, εἴς τι χωρίον τῆς Φρυγίας ἀπαχθῆναι κελεύσας. Καὶ ἐκεῖνος μὲν τὴν ἐκ τῆς

D βλασφημίας καρπωσάμενος ἀτιμίαν, ἐξεβλήθη τῶν βασιλείων. Εὐστάθιος δὲ καὶ τὸν Εὐδόξιον ἔφη ταῦτα φρονεῖν· σύνοικον γὰρ αὐτοῦ καὶ σύσσιτον τὸν Ἀέτιον εἶναι, καὶ τῇ τούτου γνώμῃ διακονοῦντα ἐκεῖνον τὴν βλασφημίαν συγγεγραφέναι. Καὶ τεκμήριον ἔλεγεν εἶναι σαφὲς τοῦ συνειδέναι τοῖς γεγραμμένοις, τὸ μηδένα ἕτερον, ἀλλ' αὐτὸν εἰρηκέναι Ἀετίου εἶναι τὴν ἔκθεσιν. Ἀλλ' οὐ χρὴ τοπάζοντας τοὺς δικάζοντας κρίνειν, ὁ βασιλεὺς ἔφη, τὰ δὲ πεπραγμένα

VARIÆ LECTIONES.

[74] σιγῆναι. Bas. Græc. [75] βασιλεύς. Idem. [76] συγγέγραφεν, Bas. Græc. et Steph. [77] ἔφη. Idem. [78] αὐτός. Bas. Græc. [79] δεξάμενος Steph. 2 et Casaub. [80] καὶ abest a Bas. Græc. [81] Hoc est et Steph. 2 et Casaub. codice. Sed Bas. Græc. et Steph. 1 ἀνοσιουργῶν. [82] προσηλωθεὶς. Bas. Græc. et Steph. omisso paulo post τῷ, γὰρ, ante τῶν κολάκων.

Digitized by Google

σὺν ἀκριβείᾳ ζητεῖν. Οὐκοῦν, ἔφη ὁ Εὐστάθιος, πεισάτω πάντας ἡμᾶς μὴ ταῦτα φρονεῖν ὁ Εὐδόξιος, ἀναθεματίζων τοῦ Ἀετίου τὸ σύγγραμμα. Τοῦ δὲ βασιλέως ἀσπαστῶς[83] δεξαμένου τὴν αἴτησιν, καὶ τοῦτο γενέσθαι προστεταχότος, ἀνεδύετο μὲν ὁ Εὐδόξιος, καὶ πολλαῖς ἐκέχρητο μηχαναῖς, ἐκκλῖναι τὴν πρόκλησιν[84]. Ἐπειδὴ δὲ ἐχαλέπηνεν ὁ βασιλεὺς, καὶ σὺν Ἀετίῳ πέμψειν ἠπείλησεν, ὡς τοῦ δυσσεβοῦς φρονήματος κοινωνὸν, τὴν οἰκείαν ἠρνήθη διδασκαλίαν, ἣν καὶ τότε καὶ μετὰ ταῦτα [113] πρεσβεύων διατετέλεκεν. Ἀντεπήγαγε μέντοι καὶ αὐτὸς τοῖς περὶ τὸν Εὐστάθιον, χρῆναι καὶ αὐτοὺς ἀναθεματίσαι λέγων ἄγραφον ὂν τοῦ *ὁμοουσίου* τὸ πρόσρημα. Ἀλλὰ καὶ τὸ *ἐξ οὐκ ὄντων*, ὁ Σιλβανὸς ἔφη, καὶ τὸ *κτίσμα*, καὶ τὸ *ἑτεροούσιον* ἄγραφα τυγχάνοντα, καὶ οὔτε προφητικοῖς, οὔτε ἀποστολικοῖς λογίοις προσκείμενα, δίκαιον αὐτοὺς ἀποκηρῦξαι, καὶ θείων ἐξελάσαι συλλόγων. Τούτοις καὶ βασιλεὺς ἐπεψήφισε, καὶ ἀναθεματίζειν ἐκείνους ἐκέλευσεν. Οἱ δὲ τὰ μὲν πρῶτα εἰς ἀντιλογίαν καθίσταντο· ὕστερον δὲ, τοῦ βασιλέως τὸν θυμὸν θεασάμενοι, δυσχεραίνοντες μὲν, ἀπεκήρυξαν δὲ ὅμως ἅπερ ὁ Σιλβανὸς αὐτοῖς προὔτεινεν. Ἐπέκειντο δὲ λοιπὸν σφοδρότερον, τοῦ ὁμοουσίου τὸν ἀναθεματισμὸν εἰσπραττόμενοι. Ἀλλὰ συλλογιστικῶς τε καὶ ἀληθῶς ὁ Σιλβανὸς πρός τε αὐτοὺς καὶ τὸν βασιλέα ἔφη· Εἰ ἐξ οὐκ ὄντων οὐκ ἔστιν, οὔτε κτίσμα, οὔτε ἐξ ἑτέρας οὐσίας ὁ Θεὸς Λόγος, ὁμοούσιος ἄρα ἐστὶ τῷ γεγεννηκότι Θεῷ, ὡς Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ φῶς ἐκ φωτὸς, καὶ τὴν αὐτὴν ἔχει τῷ γεννήτορι φύσιν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ δυνατῶς καὶ ἀληθῶς εἰρήκει· ἐπείθετο δὲ τῶν παρόντων οὐδείς· ἀλλὰ βοή τε πολλὴ τῶν περὶ Ἀκάκιον καὶ Εὐδόξιον ἐγίνετο, καὶ ὁ βασιλεὺς ἐχαλέπηνε, καὶ τῶν Ἐκκλησιῶν ἐξελάσειν ἠπείλησεν. Ἐλεύσιος δὲ καὶ Σιλβανὸς, σὺν τοῖς ἄλλοις, καὶ αὐτὸν ἔφασαν ἐξουσίαν ἔχειν τῆς τιμωρίας, καὶ σφᾶς αὐτοὺς τῆς εὐσεβείας ἢ δυσσεβείας· οὐ μὴν προήσεσθαι τὴν πατρῴαν διδασκαλίαν. Ὁ δὲ Κωνστάντιος, θαυμάζειν δέον καὶ τὴν σοφίαν, καὶ τὴν ἀνδρείαν, ὑπὲρ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων παῤῥησίαν, τοὺς μὲν ἐξήλασε τῶν Ἐκκλησιῶν, ἑτέρους δὲ ἀντ' αὐτῶν καταστῆναι προσέταξε. Τότε τῆς μὲν Κωνσταντινουπόλεως[85] Ἐκκλησίας ὁ[86] Εὐδόξιος τυραννικῶς ἁρπάζει τὸν θρόνον· τῆς δὲ Κυζίκου τὸν Ἐλεύσιον ἐξελάσαντες[86*], ἀντ' ἐκείνου κατέστησαν τὸν Εὐνόμιον.

A conatus est. Tandem quia indignabatur imperator, et exsilium cum Aetio, velut impiæ sententiæ socio, minabatur, propriam ipse doctrinam ejuravit, quam et illo tempore, et postea semper profiteri non destitit. Attamen objecit et ipse vicissim Eustathio et sociis, *homousii* quoque nomen, quod in Scripturæ non exstet, damnare ipsos oportere. Sed et *ex non exstantibus*, ait Silvanus, et *creaturam*, et *alterius substantiæ*, quæ in Scriptura non sunt, et neque in propheticis, neque in apostolicis scriptis **898** usquam reperiuntur, æquum est illos respuere, atque ex divinis cœtibus exterminare. His assensus est imperator, et ut anathema dicerent imperavit. Illi autem primum quidem repugnarunt : postea vero imperatoris iram cernen- B tes, ægre quidem, sed damnarunt tamen ea quæ Silvanus proposuerat. Tum instabant ipsi de cætero vehementius, flagitantes ut *homousion* damnaretur. Sed Silvanus * ad illos et imperatorem argute et vere : Si Deus Verbum, inquit, ex non exstantibus non est, neque creatura, neque ex altera substantia, consubstantialis est utique Deo qui genuit, ut Deus de Deo, et lumen de lumine, et eamdem cum Genitore naturam habet. Quæ licet ab illo firma et vera ratione dicerentur, audientium tamen nemini persuaserunt : sed clamor ingens sublatus est partis Acacii et Eudoxii. Itaque incensus imperator, Ecclesiis se illos ejecturum minatus est. Cui Eleusius et Silvanus, cum cæteris, in ipsius potestate situm esse supplicium dixe- C runt, in sua pietatem vel impietatem; cæterum se doctrinam Patrum non prodituros. Constantius vero, cum admirari eorum sapientiam et fortitudinem, atque in tuendis apostolicis dogmatibus libertatem deberet, Ecclesiis illos expulit, aliosque eorum loco subrogari præcepit. Tunc temporis Constantinopolitanam Ecclesiam per tyrannidem occupavit Eudoxius, Cyzico autem Eleusium pellentes, Eunomium ejus loco substituerunt.

ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

Συνοδικὴ ἐπιστολὴ γραφεῖσα κατὰ Ἀετίου.

Καὶ τούτων δὲ οὕτως γεγενημένων, ἀποκηρυχθῆναι τὸν Ἀέτιον ἐγγράφως προσέταξε βασιλεύς· καὶ τῆς δυσσεβείας οἱ κοινωνοὶ πεισθέντες ἀπεκήρυξαν τὸν ὁμόφρονα. Ἔγραψαν δὲ καὶ πρὸς Γεώργιον τὸν τῆς Ἀλεξανδρέων ἡγούμενον τὰ κατὰ τοῦτον μηνύοντες. Ἐγὼ δὲ τήνδε τὴν ἐπιστολὴν ἐνθήσω τῇ συγγραφῇ, τὴν ἐκείνων μοχθηρίαν ἐπιδεικνύς. [114] Καὶ γὰρ τοῖς συμφρονοῦσι[87] καὶ τοῖς ἀντιλέγουσι παραπλησίως ἐκέχρηντο.

CAP. XXIV.

Epistola synodica contra Aetium scripta.

His ita gestis, Aetium scripto damnari jussit D imperator : cui obtemperantes impietatis consortes sententiæ suæ socium condemnarunt. Scripserunt etiam de illo ad Georgium Alexandrinum epistolam, quam quidem historiæ inseram, ut eorum improbitas pateſiat : quippe qui doctrinæ suæ faventes et adversarios non dissimili modo tractarint.

VARIÆ LECTIONES.

[83] ἀσπασίως. Bas. Græc. [84] πρόσκλησιν. Idem. [85] Κωνσταντινουπολιτῶν. Idem cum Steph. [86] Articulus abest ab utroque. [86*] ἐξελάσας — κατέστησε. Bas. Græc. [87] συμφωνοῦσι. Bas. Græc.

Digitized by Google

[B. St. Ch. V. 28.] *Exemplum epistolæ a toto concilio ad Georgium scriptæ, contra Aetium ipsius diaconum, ob nefariam ejus blasphemiam.*

Sancta synodus Constantinopoli congregata, domino honoratissimo episcopo Alexandriæ Georgio, salutem.

νόμοις τὰ αἰσθητήρια κλείσαντες, τῷ νῷ τὰς τούτων ἐνεχείρισαν κλεῖς· καὶ οὔτε γλῶσσα οὔτε χείλη ἀνεῴγνυτο τοῦ νοῦ μὴ κελεύοντος, οὔτε κόρη μὴ ἐπιτρεπομένη προκύπτειν τῶν βλεφάρων ἠνείχετο· ἀκοὴ δὲ βλεφάροις ἢ χείλεσιν ἀποτειχίσαι μὴ δυναμένη τὴν εἴσοδον, τοὺς ἀνοήτους ἀπεωθεῖτο τῶν λόγων, κἀκείνους ἐδέχετο μόνους, οἷς ὁ νοῦς ἐπετέρπετο. Οὕτω τὴν ὄσφρησιν ἐπαίδευσαν μὴ τὰ εὐώδη ποθεῖν, ἅτε δὴ χαυνοῦν καὶ χαλᾷν πεφυκότα. Οὕτω τῆς γαστρὸς τὸν κόρον ἐξήλασαν, καὶ τοιαῦτα λαμβάνειν ἐδίδαξαν, οἷα οὐχ ἡδονὴν, ἀλλὰ χρείαν ἐπλήρου, καὶ ταῦτα τοσαῦτα, ὅσα τὸν ἐκ λιμοῦ κωλύειν ἠδύνατο θάνατον. Οὕτω τὴν γλυκεῖαν τοῦ ὕπνου τυραννίδα κατέλυσαν, καὶ τὰ βλέφαρα τῆς τούτου δουλείας ἐλευθερώσαντες, κρατεῖν ἀντὶ τοῦ δουλεύειν ἐπαίδευσαν, καὶ δέχεσθαι τὴν παρ' αὐτοῦ χρείαν, οὐχ ὅταν αὐτὸς ἐπίοι, ἀλλ' ὅταν αὐτοὶ καλῶσιν εἰς βραχεῖαν ἐπικουρίαν τῆς φύσεως. Οὕτω τοιγαροῦν τῆς τῶν τειχῶν καὶ τῶν πυλῶν φροντίσαντες φυλακῆς, καὶ τοῖς ἔνδον λογισμοῖς τὴν ὁμόνοιαν πρυτανεύσαντες, τοὺς ἔξωθεν ἐπιόντας ἀντιπάλους ἐγέλων, ἐπεισιέναι μὲν βίᾳ διὰ τὴν τῆς θείας χάριτος οὐ δυναμένους ἀσφάλειαν, οὐδένα δὲ προδότην εὑρίσκοντες εἰσδέχεσθαι τοὺς δυσμενεῖς προαιρούμενον· καὶ τὴν φύσιν ἀόρατον ἔχοντες οἱ πολέμιοι, σώματος ὁρωμένου, καὶ ταῖς τῆς φύσεως ἀνάγκαις ὑποκειμένου, κρατεῖν οὐκ ἠδύναντο. Ὁ γὰρ ἡνίοχος τούτου, καὶ μουσικὸς, καὶ κυβερνήτης, ἄριστα μὲν κατέχων τὰς ἡνίας, ἐν τάξει φέρεσθαι τοὺς ἵππους ἀνέπεισε· ῥυθμῷ δὲ τὰς τῶν αἰσθήσεων χορδὰς τὴν παναρμόνιον ἠχὴν ἀποτελεῖν παρεσκεύασεν· ἐπιστημόνως δὲ κινῶν τὰ πηδάλια, καὶ τῶν κυμάτων τὴν προσβολὴν, καὶ τὴν τῶν πνευμάτων διέλυσεν ἐμβολήν.

Τούτους τοίνυν τοὺς διὰ πόνων μυρίων τὸν βίον ὁδεύσαντας, ἱδρῶσι δὲ καὶ ταλαιπωρίαις τὸ σῶμα δαμάσαντας, καὶ γέλωτος μὲν τὸ πάθος ἀγνοήσαντας, ἐν κλαυθμῷ δὲ καὶ δάκρυσιν ἅπαντα τὸν βίον δαπανήσαντας· καὶ τρυφὴν μὲν Συβαριτικὴν τὴν ἀστίαν νομίσαντας, ὕπνον δὲ ἥδιστον τὴν ἐπίπονον ἀγρυπνίαν, στρωμνὴν δὲ μαλακὴν τὴν τοῦ ἐδάφους ἀντιτυπίαν, ἡδονὴν ἄμετρόν τε καὶ ἄπλειστον, τὴν ἐν ταῖς προσευχαῖς καὶ ψαλμῳδίαις διατριβήν· τούτους τοὺς πᾶν εἶδος ἀρετῆς συνειληχότας τίς οὐκ ἂν εἰκότως θαυμάσειε; μᾶλλον δὲ τίς ἂν πρὸς ἀξίαν εὐφημήσειεν; Οἶδα μὲν οὖν κἀγὼ σαφῶς, ὡς τῆς τούτων ἀρετῆς οὐδεὶς ἂν ἐφίκοιτο λόγος· ἐγχειρητέον δ' ὅμως. Οὐ γὰρ ἂν καλῶς ἔχοι, εἰ ὅτι τελέως ἄνδρες ἐγένοντο φιλοσοφίας τῆς ἀληθοῦς ἐρασταὶ, διὰ τοῦτο μηδὲ μειόνων τύχοιεν ἐπαίνων. Γράψομεν δὲ τὴν εὐφημίαν οὐ κοινῇ πᾶσι μίαν· διάφορα γὰρ αὐτοῖς θεόθεν ἐδόθη χαρίσματα, καὶ τοῦτο διδάσκων ὁ μακάριος ἔλεγε Παῦλος· « Ὧ μὲν διὰ τοῦ Πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας· ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα· ἄλλῳ δὲ χαρίσματα ἰαμάτων ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι· ἄλλῳ δὲ ἐνεργήματα δυνάμεων· ἄλλῳ δὲ προφητεία· ἄλλῳ δὲ γένη γλωσσῶν, ἄλλῳ δὲ ἑρμηνεία γλωσσῶν. » Καὶ δεικνὺς τὴν

A tradiderunt : et neque lingua neque labia aperiebantur, nisi mens imperasset, nec pupillæ permittebatur ut se extra palpebras porrigeret : auditus autem, palpebris et labiis aditum obstruere non valens, stultas repellebat orationes, illasque solas admittebat, quibus mens delectabatur. Sic odoratum docuerunt suave olentia non desiderare, ut quæ natura sua molliant et relaxent. Sic ventris rejecerunt satietatem, et easumere docuerunt, non quæ voluptati, sed quæ usui forent, eaque mensura quæ satis esset ne fame necarentur. Sic somni dulcem tyrannidem everterunt, palpebrasque ab ejus servitute liberantes, non jam servire, sed dominari docuerunt, ut ejus usum admitterent, non cum invaderet,
B sed cum illum ipsi ad breve naturæ auxilium accerserent. Itaque cum murorum portarumque custodiæ eam curam gererent, et internas cogitationes concordes fecissent, adversarios extrinsecus invadentes irridebant, qui vi quidem intrare propter divinæ gratiæ præsidium non poterant; nullum autem inveniebant proditorem, qui inimicos vellet admittere : et cum hostes essent natura invisibiles, corpus tamen, quod oculis cernitur et naturæ necessitatibus obnoxium est, vincere non potuerunt. Hujus quippe auriga, et musicus, et gubernator, et optime habenas tenens,
1105 equis persuasit ut recte procederent : et numerose chordas pulsans sensuum, effecit ut
C sonum omni ex parte concinnum redderent : et scienter clavum movens, fluctuum procellas et ventorum impetus fregit.

Hos igitur, qui per innumeros labores vitæ iter ingressi sunt, sudoribusque et afflictionibus corpus edomuerunt, ac risus quidem affectionem ignorarunt, in luctu autem et lacrymis omnem vitam consumpserunt; qui delicias Sybariticas jejunium existimarunt, somnum autem suavissimum laboriosas vigilias, molle stragulum duritiem soli, immensam et inexplicabilem voluptatem in orationibus Psalmorumque cantibus versari : hos, inquam, qui omne genus virtutis complexi sunt, quis non jure admiretur, vel potius quis pro dignitate collaudet? Satis equidem intelligo, nullam
D posse orationem illorum virtutem assequi : sed aggrediendum est tamen. Nec enim æquum fuerit, si quoniam veram philosophiam perfecte adamarunt, ideo nec minores laudes consequantur. Scribam vero laudem non unam communiter omnibus : diversa enim dona divinitus eis data sunt, quemadmodum docens dicebat beatus Paulus : « Alii enim per Spiritum datur sermo sapientiæ : alii autem sermo scientiæ secundum eumdem Spiritum : alii dona curationum, per eumdem Spiritum : alii operationes virtutum : alii prophetia : alii genera linguarum, alii interpretatio linguarum [a]. »

[a] I Cor. XII, 8-10.

Digitized by Google

Horum autem omnium ostendens fontem, subjecit : « Omnia autem hæc operatur unus et idem Spiritus, dividens privatim singulis prout **1106** vult [1]. » Quoniam ergo diversa sunt dona consecuti, merito separatam singulorum narrationem instituemus : non quæcunque ab eis gesta sunt persequentes (ad hæc enim scribenda ne tota quidem vita sufficeret), sed ubi pauca de uniuscujusque vita rebusque gestis narraverimus, et ex paucis totius vitæ formam indicaverimus, ad alium progrediemur. Neque vero sanctorum omnium, qui ubique gentium claruerunt, vitæ historiam scribere conabimur : nec enim omnes qui ubique clari fuere novimus, nec fieri potest ut ab uno omnes describantur. Eorum ergo solum vitam conscribam, qui luminum instar in Oriente fulserunt, et fines orbis terrarum radiis suis complexi sunt. Narrando autem procedet oratio, non encomiorum legibus utens, sed pauca tantum quædam simpliciter exponens. Rogo autem eos qui in hanc religiosam Historiam, seu asceticam vivendi rationem inciderint (appellet enim quisque hoc opus ut volet), ne iis quæ dicuntur minus credant, si quid audiant quod ipsorum vires excedat : neque illorum virtutem ex seipsis metiantur, sed exploratum habeant solere Deum cœlitus ex piorum animis sancti Spiritus dona metiri, et majora largiri perfectioribus. Hæc autem illis a me dicta sint, qui in rerum divinarum mysteriis non satis accurate sunt initiati. Mystæ enim aditorum Spiritus magnificentiam ejus norunt, et quanta per homines in hominibus miracula faciat, ut incredulos ad Dei cognitionem adducat. Qui autem iis quæ a me dicenda sunt crediturus non est, liquet eum ne illa quidem vera crediturum, quæ per Mosem, et Jesum, et Eliam, et Elisæum gesta **1107** sunt, et pro fabulis habere miracula, quæ a sanctis apostolis patrata sunt. Quod si vera illa esse testatur, hæc quoque a falso aliena esse credat. Quæ enim in illis operata est gratia, eadem per hos quoque ut fierent effecit. Perennis autem gratia, eos qui digni sunt eligens, per hos veluti per salientes quosdam effundit fluenta operationis suæ. Ex iis porro quæ dicenda sunt, aliqua ipse vidi : quæ autem non vidi, ab iis audivi qui viderant, viris virtutis amantibus, dignisque habitis qui illos viderent et eorum doctrina fruerentur. Fide autem digni evangelicæ doctrinæ scriptores sunt, non solum Matthæus et Joannes, primi et magni evangelistæ, qui Domini videre miracula : sed etiam Lucas et Marcus, quos ii qui ab initio viderant, et verbi ministri fuerant, non ea modo quæ passus est, et quæ fecit Dominus, sed ea etiam quæ assidue docuit, accurate docuerunt. Nam et beatus ipse Lucas, qui spectator non fuerat, in principio operis sui dicit se ea narrare, de quibus certior factus sit : et nos, licet audiamus eum illa non vidisse quæ narrat, sed hanc doctrinam ab aliis accepisse, non

[1] I Cor. XII, 11.

A τούτων ἁπάντων πηγὴν ἐπήγαγε· « Ταῦτα δὲ πάντα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται. » Ἐπειδὴ τοίνυν διαφόρων τετυχήκασι δωρεῶν, εἰκότως ἰδίᾳ ἑκάστου ποιησόμεθα τὸ διήγημα· οὐχ ἅπαντα διεξιόντες τὰ πεπολιτευμένα· εἰς γὰρ τὴν τοιαύτην συγγραφὴν οὐδὲ ἅπας ἂν ὁ βίος ἀρκέσειεν· ἀλλ' ὀλίγα τῶν ἑκάστῳ βεβιωμένων ἢ πεπραγμένων διηγησάμενοι, καὶ διὰ τῶν ὀλίγων τοῦ παντὸς βίου τὸν χαρακτῆρα παραδείξαντες, ἐφ' ἕτερον βαδιούμεθα. Οὐ πάντων δὲ τῶν ἁπανταχοῦ διαπρεψάντων ἁγίων τὴν πολιτείαν ἱστορίᾳ παραδοῦναι πειρασόμεθα· οὔτε γὰρ ἴσμεν τοὺς πανταχοῦ διαλάμψαντας, οὔτε δυνατὸν ἅπαντας ὑφ' ἑνὸς συγγραφῆναι. Μόνων τοίνυν τῶν κατὰ τὴν ἕω φωστήρων δίκην ἀναφανέντων, καὶ ταῖς ἀκτῖσι τὰ τῆς οἰκουμένης τέρματα κατειληφότων, ἀναγράψω τὸν βίον. Ἀφηγηματικῶς δὲ ὁ λόγος προβήσεται, οὐ νόμοις ἐγκωμίων χρώμενος, ἀλλ' ὀλίγων τινῶν ἀτεχνῶς ποιούμενος τὴν διήγησιν. Ἀξιῶ δὲ τοὺς ἐντευξομένους τῇδε τῇ φιλοθέῳ ἱστορίᾳ, ἢ ἀσκητικῇ πολιτείᾳ· ὡς γὰρ βούλεταί τις καλείτω τὸ σύγγραμμα· μὴ ἀπιστεῖν τοῖς λεγομένοις, εἴ τι ὑπὲρ τὴν ἑαυτῶν ἀκούοιεν δύναμιν, μηδὲ σφίσιν αὐτοῖς τὴν ἐκείνων μετρεῖν ἀρετήν· ἀλλ' εἰδέναι σαφῶς, ὡς ταῖς τῶν εὐσεβῶν γνώμαις μετρεῖν εἰωθεν ὁ Θεὸς τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὰ χαρίσματα, καὶ ταῖς τελειοτέραις τὰ μείζονα δίδωσι. Ταῦτα δέ μοι πρὸς τοὺς οὐ λίαν ἀκριβῶς τὰ θεῖα μεμυημένους εἰρήσθω. Οἱ γὰρ μύσται τῶν ἀδύτων τοῦ Πνεύματος ἴσασι τὰς φιλοτιμίας τοῦ Πνεύματος, καὶ οἷα δι' ἀνθρώπων ἐν ἀνθρώποις θαυματουργεῖ, τῇ τῶν τεράτων μεγαλουργίᾳ τοὺς ἀπίστους εἰς θεογνωσίαν ἐφελκόμενον. Ὁ δὲ τοῖς παρ' ἡμῶν ῥηθησομένων ἀπιστήσων, εὔδηλον ὡς οὐδὲ τοῖς διὰ Μωσέως, καὶ Ἰησοῦ, καὶ Ἠλίᾳ, καὶ Ἐλισσαίου γεγενημένοις ὡς ἀληθέσι πιστεύσειε, μῦθον δὲ ἡγεῖται καὶ τὰς διὰ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων γεγενημένας θαυματουργίας. Εἰ δὲ ἐκείνοις ἀλήθειαν μαρτυρεῖ, ψεύδους ἐλεύθερα εἶναι πιστευέτω καὶ ταῦτα. Ἡ γὰρ ἐν ἐκείνοις ἐνεργήσασα χάρις, αὕτη καὶ διὰ τούτων ἐνεργηκέναι πεποίηκεν. Ἀέναος δὲ ἡ χάρις, καὶ τοὺς ἀξίους ἐκλεγομένη, οἷον διά τινων κρουνῶν ἀναβλύζει διὰ τούτων τῆς εὐεργεσίας τὰ νάματα. Τῶν δὲ λεχθησομένων ἐνίων μὲν αὐτόπτης ἐγενόμην ἐγώ· ὅσα δὲ μὴ τεθέαμαι, παρὰ τῶν ἐκείνους τεθεαμένων ἀκήκοα, ἀνδρῶν ἀρετῆς ἐραστῶν, καὶ τῆς ἐκείνων θέας καὶ διδασκαλίας ἠξιωμένων· ἀξιόχρεως δὲ καὶ τὴν εὐαγγελικὴν συγγράφων διδασκαλίαν οὐ μόνον Ματθαῖος καὶ Ἰωάννης, οἱ πρῶτοι καὶ μεγάλοι τῶν εὐαγγελιστῶν, οἱ τῶν Δεσποτικῶν θαυμάτων αὐτόπται· ἀλλὰ καὶ Λουκᾶς, καὶ Μάρκος, οὓς οἱ ἐξ ἀρχῆς αὐτόπται, καὶ ὑπηρέται τοῦ λόγου, οὐ μόνον ἃ πέπονθέ τε καὶ δέδρακεν ὁ Δεσπότης, ἀλλὰ καὶ ἃ διδάσκων διετέλεσεν, ἀκριβῶς ἐξεπαίδευσαν. Καὶ μὴ γεγενημένος γὰρ αὐτόπτης ὁ μακάριος Λουκᾶς, τῆς συγγραφῆς ἀρξάμενος περὶ πεπληροφορημένων πραγμάτων ποιεῖσθαί φησι τὴν διήγησιν· καὶ ἡμεῖς δὲ, ἀκούοντες ὅτι οὐκ αὐτόπτης ἐγένετο τούτων αὐτῶν διηγημάτων, ἀλλὰ παρ' ἄλλων ταῦτην

Digitized by Google

τὴν διδασκαλίαν παρέλαβεν, οὐδὲν ἧττον αὐτῷ καὶ Μάρκῳ προσέχομεν, ἢ Ματθαίῳ καὶ Ἰωάννῃ. Ἀξιόχρεως γὰρ ἑκάτερος διηγούμενος, ἅτε δὴ παρὰ τῶν τεθεαμένων δεδιδαγμένος. Τοιγάρτοι καὶ ἡμεῖς τὰ μὲν ἐροῦμεν ὡς αὐτόπται, τὰ δὲ τοῖς αὐτόπταις διηγησαμένοις πεπιστευκότες, ἀνδράσι τὸν ἐκείνων βίον ἐζηλωκόσι. Πλείονας δὲ περὶ τούτου δεδαπάνηκα λόγους, πεῖσαι βουλόμενος ὡς ἀληθῆ διηγήσομαι. Ἄρξομαι δὲ τῆς διηγήσεως ἔνθεν ἐλών.

A minus illi et Marco credimus, quam Matthæo et Joanni. Fidem enim, dum narrant, merentur ambo, ut ab iis edocti qui viderant. Quare nos quoque narrabimus ea quæ partim ipsi vidimus, partim iis qui viderant, eorumque vitam imitabantur, narrantibus credidimus. De his autem ideo pluribus verbis disserui, ut me vera narraturum persuaderem. Hinc vero deinceps narrare incipiam.

Α'. — ΙΑΚΩΒΟΣ.

1108 I.— JACOBUS.

Μωϋσῆς ὁ θεῖος ὁ νομοθέτης, ὁ τῆς θαλάττης τὸν πυθμένα γυμνώσας, καὶ τὴν ἄνυδρον ἔρημον ὕδασι κατακλύσας, καὶ τὰ ἄλλα πάντα θαυματουργήσας, τῶν πάλαι γεγενημένων ἁγίων τὴν πολιτείαν συνέγραψεν, οὐ τῇ σοφίᾳ χρησάμενος, ἣν παρὰ τῶν Αἰγυπτίων μεμάθηκεν, ἀλλὰ τῆς ἄνωθεν χάριτος τὴν αἴγλην δεξάμενος. Πόθεν γὰρ ἂν ἔμαθεν ἄλλοθεν τοῦ Ἄβελ τὴν ἀρετὴν, καὶ τοῦ Ἐνὼχ τὸ φιλόθεον, καὶ τοῦ Νῶε τὸ δίκαιον, καὶ τὴν εὐσεβῆ τοῦ Μελχισεδὲκ ἱερωσύνην, καὶ τοῦ Ἀβραὰμ τὴν κλῆσιν, τὴν πίστιν, τὴν καρτερίαν, τὴν ἐπιμελῆ φιλοξενίαν, τὴν πολυθρύλλητον τοῦ παιδὸς ἱερουργίαν, καὶ τὸν τῶν ἄλλων κατορθωμάτων κατάλογον, καὶ συντόμως εἰπεῖν, τῶν θεσπεσίων ἐκείνων ἀνδρῶν τοὺς ἀγῶνας, καὶ νίκας, τὰς ἀναῤῥήσεις, εἰ μὴ τοῦ νοεροῦ καὶ θείου Πνεύματος τὰς ἀκτῖνας ἐδέξατο; Ταύτης ἐπὶ τοῦ παρόντος κἀμοὶ δεῖ τῆς συνεργίας, τῶν ὀλίγον πρὸ ἡμῶν καὶ ἐφ' ἡμῶν δὲ λαμψάντων ἁγίων τὸν βίον πειρωμένῳ συγγράψαι, καὶ οἷόν τινα νομοθεσίαν τοῖς ζηλοῦν ἐθέλουσι βουλομένῳ προτεῖναι. Τὰς τούτων τοίνυν προσευχὰς ἐπικλητέον, καὶ τῆς διηγήσεως ἀρκτέον.

Moses divinus legislator, qui maris fundum aperuit, et aquis obruit aridam solitudinem, et alia omnia fecit miracula, veterum sanctorum res gestas conscripsit, non ea utens sapientia, quam ab Ægyptiis didicerat, sed splendore gratiæ cœlitus accepto. Undenam enim alioqui Abelis virtutem cognovisset, aut Enochi amorem divinum, et Noachi justitiam, et Melchisedeci pium sacerdotium, et Abrahæ vocationem, fidem, fortitudinem et exquisitam hospitalitatem, decantatum filii sacrificium, et aliorum ejus eximiorum facinorum catalogum, atque, ut in summa dicam, divinorum virorum illorum certamina, victorias, præconia, nisi intelligentis divinique Spiritus radios accepisset? Hoc mihi quoque in præsentia opus est auxilio, qui coner vitam conscribere sanctorum, qui paulo ante nos, et nostris temporibus claruere, et quasdam veluti leges velim imitari eos cupientibus proponere. Illorum ergo invocandæ sunt preces, et incipienda narratio.

Νίσιβίς ἐστι πόλις ἐν μεθορίῳ τῆς Ῥωμαίων καὶ Περσῶν βασιλείας, ἣ πάλαι μὲν Ῥωμαίοις ἐδασμοφόρει, καὶ ὑπὸ τὴν τούτων ἡγεμονίαν ἐτέλει. Ἐκ ταύτης ὁρμώμενος ὁ μέγας Ἰάκωβος, τὸν ἐρημικὸν καὶ ἡσύχιον ἠσπάσατο βίον, καὶ τὰς τῶν ὑψηλοτάτων ὀρῶν καταλαβὼν κορυφὰς, ἐν ἐκείναις διῆγεν· ἐν ἔαρι μὲν, καὶ θέρει, καὶ μετοπώρῳ ταῖς λόχμαις χρώμενος, καὶ δρυφὸν ἔχων τὸν οὐρανόν· τὸν δὲ τοῦ χειμῶνος καιρὸν ἄντρον αὐτὸν ὑπεδέχετο, βραχεῖαν σκέπην παρέχον. Τροφὴν δὲ εἶχεν, οὐ τὴν μετὰ πόνου ἀπειρομένην καὶ φυομένην, ἀλλὰ τὴν αὐτομάτως βλαστάνουσαν. Τῶν γὰρ ἀγρίων δένδρων τοὺς αὐτοφυεῖς συλλέγων καρποὺς, καὶ τῶν βοτανῶν τὰς ἐδωδίμους καὶ λαχανώδεις, ἐκ τούτων ἐδίδου τῷ σώματι τὰ εἰς τὸ ζῆν ἀποχρῶντα, τὴν τοῦ πυρὸς παραιτούμενος χρείαν. Περιττὴ δὲ ἦν αὐτῷ καὶ τῶν ἐρίων ἡ χρῆσις· αἱ γὰρ τραχύτατοι τῶν αἰγῶν τρίχες τὰ ἐκείνων ἐπλήρουν. Ἐκ τούτων αὐτῷ καὶ χιτὼν ἐγένετο, καὶ τὸ ἁπλοῦν περιβόλαιον. Οὕτω τὸ σῶμα κατατρύχων, καὶ τὴν πνευματικὴν τροφὴν διηνεκῶς προσέφερε τῇ ψυχῇ, καὶ τὸ τῆς διανοίας ὀπτικὸν ἐκκαθαίρων, καὶ κάτοπτρον διαφανὲς τοῦ θείου κατασκευάζων Πνεύματος, ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, « Τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμενος, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μετεμορφοῦτο ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν,

Nisibis urbs est in confinio regni Romanorum et Persarum posita, quæ Romanis olim vectigalis erat, eorumque parebat imperio. Ex hac ortus magnus Jacobus, solitariam et quietam vitam est amplexus; altissimorumque montium occupatis verticibus, in his vitam egit, vere quidem et æstate atque autumno silvas petens, et pro tecto habens cœlum, hiemis vero tempore in antrum se recipiens, quod parvum ei præbebat tegumentum. Cibus **1109** illi erat, non qui cum labore nascitur et seritur, sed qui sua sponte producitur. Ex silvestribus enim arboribus sponte natos colligens fructus, et ex herbis esculentas, et quæ instar sunt olerum, ex his corpori dabat quæ ad vitam tuendam satis erant, ignis usum penitus recusans. Usum quoque lanarum supervacaneum ducebat, earumque vicem asperrimi caprarum villi explebant, ex quibus et tunica illi fiebat, et simplex amiculum. Ita corpus affligens, spiritale alimentum assidue suppeditabat animæ, mentisque aciem expurgans, et divini Spiritus perspicuum efficiens speculum, revelata facie, juxta divinum Apostolum [6], « Gloriam Domini speculans, in eamdem transformabatur imaginem a gloria in gloriam tanquam a Spiritu Domini. » Hinc ejus in Deum

[6] II Cor. III, 18.

Digitized by Google

fiducia augebatur in dies, et a Deo petens quæ petere oportebat, ea statim obtinebat. Hinc futura quoque prophetarum more prævidebat, et ad facienda miracula virtutem a sanctissimi Spiritus gratia percipiebat. Ex his pauca commemorabo, et apostolici ejus splendoris radium iis qui nesciunt aperiam.

Vigebat illo tempore hominum insania erga simulacra, et inanimæ quidem statuæ divinum sibi cultum vindicabant, Dei autem cultus vulgo negligebatur a plurimis : contemptuique habebantur qui ebrietatis eorum nolebant esse participes, quique perfecta virtute præditi res discernebant, et simulacrorum ridentes imbecillitatem, universorum Opificem adorabant. Venerat autem **1110** ille per id tempus in Persidem, visurus plantas veræ religionis, et congruentem eis curam exhibiturus : cumque fontem quemdam forte transmitteret, puellæ quæ in eo pannos lavabant, et vestes pedibus emundabant, novum ac decentem ejus habitum nihil reveritæ, exuto pudore, et perfricta fronte, impudentibusque oculis divinum hominem conspiciebant, nec capita operientes, nec vestes quas succinxerant demittentes. Quod ægre ferens homo Dei, opportunum ratus * Dei virtutem ostendere, ut illustri miraculo ab impietate liberaret, fontem est exsecratus, et fluentum confestim evanuit : puellas quoque exsecratus est, et impudentem earum juventam immatura canitie castigavit, ac verba confestim factum est consecutum, mutatusque est niger color pilorum, et similes evaseruut novellis arboribus quæ vere opertæ sunt foliis autumnalibus. Ita sensu tactæ supplicii (nam et fontis fluenta effugerant, et sua invicem capita intuentes, repentinam illam mutationem videbant), cursim ad urbem contenderunt, renuntiaturæ quod acciderat. Qui mox accurrentes, ut ad magnum Jacobum venerunt, rogaverunt ut iram compesceret, et pœnam remitteret. Ille vero nihil cunctatus, Domino preces obtulit, et fluenta rursus scatere jussit : tum illa denuo e suis penetralibus justi nutibus derivata eruperunt. Hoc impetrato, petebant ut etiam filiarum crinibus pristinus color redderetur. Ferunt autem illum hoc quoque concessisse, et puellas requisiisse, quæ plexæ hac pœna fuerant : **1111** et quoniam non venerunt, supplicium reliquisse, quod documentum foret temperantiæ, et argumentum honestatis, divinæque virtutis perpetuum et evidens monimentum. Tale fuit novi hujus Mosis miraculum, quod quidem non virgæ percussione, sed signo crucis perfectum est. Mihi vero præter miraculum admirari subit mansuetudinem. Neque enim ut magnus Elisæus impudentes illas puellas ursis tradidit immanibus : sed, innoxia quadam disciplina et quæ dedecoris parum habebat, pietatem simul et moderationem edocuit. Quæ quidem non eo dixi, ut prophetam sævitiæ accusem (absit ut adeo insa-

καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύματος. » Ἐντεῦθεν ἡ πρὸς τὸν Θεὸν αὐτῷ παῤῥησία καθ' ἑκάστην ηὔξετο τὴν ἡμέραν, καὶ αἰτῶν ἃ τὸν Θεὸν αἰτεῖν ἔδει, παραυτίκα ἐλάμβανεν. Ἐντεῦθεν καὶ τὰ ἐσόμενα προφητικῶς προεώρα, καὶ δύναμιν εἰς θαυματουργίαν ἐκ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐδέξατο χάριτος. Τούτων ὀλίγα διηγήσομαι, καὶ τῆς ἀποστολικῆς αὐτοῦ λαμπηδόνος τοῖς ἀγνοοῦσι τὴν ἀκτῖνα δηλώσω.

Ἦκμαζε κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἡ περὶ τὰ εἴδωλα τῶν ἀνθρώπων μανία, καὶ τὰ μὲν ἄψυχα ξόανα τὸ θεῖον σέβας ἐσφετερίζετο, ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ θεραπεία ὑπὸ τῶν πλείστων κατημελεῖτο· εὐκαταφρόνητοι δὲ ἦσαν οἱ κοινωνεῖν μὲν οὐκ ἐθέλοντες ἐκείνοις τῆς μέθης, ἀκριβῆ δὲ, ἅτε δὴ καθεστηκότες, τὴν τῶν ὄντων διάκρισιν ἔχοντες, καὶ τὴν μὲν τῶν εἰδώλων γελῶντες ἀσθένειαν, τὸν τῶν ὅλων δὲ προσκυνοῦντες Δημιουργόν. Κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τὴν Περσίδα κατέλαβε, τὰ φυτὰ τῆς εὐσεβείας ὀψόμενος, καὶ τὴν προσήκουσαν αὐτοῖς θεραπείαν προσοίσων· πηγὴν δὲ αὐτοῦ τινα διιόντος, κόραι τινὲς πλυνοῖς ἐφεστῶσαι, καὶ ἱμάτια τοῖς ποσὶν ἀπορρύπτουσαι, οὐδὲ τοῦ σχήματος τὸ καινοπρεπὲς κατηδέσθησαν, ἀλλὰ τὴν αἰδὼ ἀπορρίψασαι, ἀπηρυθριασμένῳ προσώπῳ, καὶ ἀναιδέσιν ὀφθαλμοῖς τὸν θεῖον ἄνθρωπον ἐθεώρουν, οὔτε τὰς κεφαλὰς συγκαλύπτουσαι, οὐδὲ τὰ ἀνεζωσμένα χαλῶσαι ἱμάτια. Τοῦτο δυσχεράνας ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, καὶ δεῖξαι τοῦ Θεοῦ τὴν δύναμιν εἰς καιρὸν ἐθελήσας, ἵνα τῇ θαυματουργίᾳ τῆς ἀσεβείας ἐλευθερώσῃ, ἐπηράσατο μὲν τῇ πηγῇ, καὶ φροῦδον παραυτίκα τὸ ῥεῖθρον ἐγένετο· ἐπηράσατο δὲ ταῖς μείραξι, καὶ τὴν ἀναίσχυντον αὐτῶν νεότητα πρώρᾳ ἐκόλασε πολιᾷ, καὶ εἴπετο τῷ λόγῳ τὸ ἔργον· καὶ τὸ μέλαν τῶν τριχῶν ἐνηλλάττετο, καὶ εἰώκεσαν νεοφύτοις δένδροις ἐν ἔαρι μετοπωρινὰ φύλλα περικειμένοις. Οὕτως αἰσθόμεναι τῆς τιμωρίας· τῆς τε γὰρ πηγῆς ἀπέδρα τὰ νάματα, καὶ τὰς ἀλλήλων θεώμεναι κεφαλὰς, ἑώρων τὴν ἀθρόαν ἐκείνην μεταβολήν· ἔδραμον εἰς τὴν πόλιν τὸ συμβὰν ἀπαγγέλλουσαι. Οἱ δὲ δραμόντες, καὶ τὸν μέγαν καταλαβόντες Ἰάκωβον, ἱκέτευον χαλᾶσαι τὴν ὀργὴν, καὶ λῦσαι τὴν τιμωρίαν. Ὁ δὲ μηδὲ βραχὺ μελλήσας, προσέφερε μὲν τῷ Δεσπότῃ τὴν ἱκεσίαν, ἐκέλευε δὲ πάλιν ἀναβλῦσαι τὰ νάματα· τὰ δὲ παραυτίκα πάλιν ἐκ τῶν οἰκείων ἀνεφαίνετο ταμιείων, τοῖς τοῦ δικαίου μετοχετευόμενα νεύμασιν. Οἱ δὲ τούτων τετυχηκότες, καὶ τοῖς πλοκάμοις τῶν θυγατέρων τὴν προτέραν ἠντιδόλουν χρόαν ἀποδοθῆναι. Τὸν δὲ εἶξαι μὲν καὶ τοῦτό φασιν, ἐπιζητῆσαι δὲ τὰς κόρας, τὰς τὴν παιδείαν ἐκείνην δεξαμένας· καὶ ἐπειδὴ οὐκ ἀφίκοντο, ἐᾶσαι τὴν τιμωρίαν, δίδαγμα σωφροσύνης, καὶ εὐκοσμίας ὑπόθεσιν, καὶ τῆς θείας δυνάμεως ὑπόμνημα διηνεκές τε καὶ ἐναργές. Τοιοῦτον τοῦ νέου τούτου Μωϋσέως τὸ θαῦμα, οὐ πληγῇ ῥάβδου γενόμενον, ἀλλὰ τῷ τοῦ σταυροῦ σημείῳ δεξάμενον τὴν ἐνέργειαν. Ἐγὼ δὲ πρὸς τῇ θαυματουργίᾳ κομιδῇ θαυμάζω καὶ τὴν πραότητα. Οὐδὲ γὰρ ὡς ὁ μέγας Ἐλισσαῖος ἄρκοις αἱμοβόροις τὰς ἀναιδεῖς ἐκείνας παρέδωκε κόρας· ἀλλ' ἀβλαβεῖ τινι παιδείᾳ, καὶ σμικρὰν ἐχούσῃ τὴν ἀκοσμίαν χρησάμενος,

Digitized by Google

εὐτέθειαν ὁμοῦ καὶ εὐκοσμίαν ἐδίδαξε. Καὶ ταῦτα ἔφην, οὐκ ἀπήνειαν τοῦ προφήτου κατηγορῶν, μὴ οὕτω μανείην· ἀλλὰ δεικνὺς ὡς ἐκείνην ἔχων τὴν δύναμιν, τῇ τοῦ Χριστοῦ πραότητι, καὶ τῇ Καινῇ Διαθήκῃ ἐπεστέλει τὰ πρόσφορα. Οὗτος ἄλλοτέ ποτε δικαστὴν Πέρσην ἀδίκῳ ψήφῳ χρησάμενον θεασάμενος, λίθῳ τινὶ μεγίστῳ παρακειμένῳ ἐπαρασάμενος, συντριβῆναι καὶ σκεδασθῆναι, καὶ τοῦτῳ διελέγξαι τὴν ἄδικον ἐκείνου παρηγγύησε ψῆφον. Παραυτίκα δὲ τοῦ λίθου εἰς μυρία μόρια μερισθέντος, ἐξεδειματώθησαν οἱ παρόντες· φρίκης δὲ ἀνάπλεως ὁ δικαστὴς γενόμενος, ἀνεκαλέσατο μὲν τὴν προτέραν, ἑτέραν δὲ δικαίαν ἐπήνεγκε ψῆφον· κἀνταῦθα τὸν οἰκεῖον Δεσπότην ἐζήλωσεν· ὃς δεῖξαι βουληθεὶς ὡς ἑκὼν ὑπομένει τὸ πάθος, καὶ ῥᾳδίως ἂν ἐθελήσας τοὺς ἀλιτηρίους ἐκόλασεν, οὐκ αὐτοῖς ἐπήνεγκε τιμωρίαν, ἀλλὰ τὴν ἄψυχον συκῆν λόγῳ ξηράνας, τὴν οἰκείαν ἔδειξε δύναμιν. Ταύτην καὶ αὐτὸς τὴν φιλανθρωπίαν μιμούμενος, οὐ τὸν ἄδικον ἐκόλασε δικαστὴν, ἀλλὰ τῇ τοῦ λίθου πληγῇ δικαιοσύνην αὐτὸν ἐδίδαξεν.

niam !), sed ut ostendam illum, cum eamdem haberet virtutem, ea potius egisse quæ Christi mansuetudini et Novo Testamento congruerent. Idem cum vidisset aliquando iniquam a judice Persa prolatam fuisse sententiam, maximum quemdam lapidem, qui proximus erat, exsecratus, conteri ac dissipari jussit, illiusque iniquam sententiam arguere : lapide autem in particulas innumerabiles statim comminuto, conterriti sunt qui aderant, et horrore plenus judex priorem revocavit, et alteram protulit sententiam. Atque hic quoque suum imitatus est Dominum, qui ut ostenderet se ultro et sua sponte passionem subire, facileque, si vellet, punire sceleratos potuisse, supplicium eis non intulit, sed ficum inanimam verbo arefaciens, quid posset demonstravit. Quam et ipse imitans clementiam, injustum judicem non puniit, sed ictu lapidis justitiam illum perdocuit.

Ἐν τούτοις διαπρέπων καὶ πᾶσιν ἐπέραστος ὤν, καὶ ἐν ταῖς ἁπάντων περιφερόμενος γλώσσαις, εἰς τὴν τῆς ἀρχιερωσύνης ἔρχεται λειτουργίαν, καὶ τῆς πατρίδος λαγχάνει τὴν προστασίαν. Ἐναλλάξας δὲ τὴν ὄρειον ἐκείνην διατριβήν, καὶ τὴν ἐν ἄστει διαγωγὴν οὐ κατὰ γνώμην ἐλόμενος, οὔτε τὴν τροφὴν, οὔτε τὴν ἀμπεχόνην ἐνήλλαξεν· ἀλλὰ τὰ μὲν χωρία ἠμείβετο, ἡ δὲ πολιτεία μεταβολὴν οὐκ ἐδέχετο. Οἱ δὲ πόνοι προσθήκην ἐλάμβανον, καὶ πολλαπλάσιοι τῶν προτέρων ἐγένοντο. Τῇ γὰρ νηστείᾳ καὶ χαμευνίᾳ, καὶ τῇ τοῦ σάκκου περιβολῇ, ἐπεισῆεσαν αἱ δι' ὅλου τῶν δεομένων φροντίδες· χηρῶν, φημὶ, ἐπιμέλειαι, καὶ ὀρφανῶν κηδεμονίαι, καὶ τῶν ἀδικούντων οἱ ἔλεγχοι, τῶν δὲ ἀδικουμένων ἡ δικαία ἐπικουρία. Καὶ τί δεῖ πρὸς εἰδότας ἅπαντα καταλέγεσθαι, ἃ τοὺς ταύτην ἀναδεδεγμένους περιστοιχίζει τὴν πρόνοιαν; Διαφερόντως δὲ ἐκεῖνος τοὺς τοιούτους πόνους ἠσπάζετο, ἅτε δὴ διαφερόντως καὶ ποθῶν καὶ δεδιὼς τὸν τῶν προβάτων Κύριον. Ὅσῳ δὲ πλείονα τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον συνέλεγε, τοσούτῳ μειζόνως καὶ τῆς τοῦ παναγίου Πνεύματος ἀπήλαυε χάριτος. Καὶ δή ποτε εἴς τινα κώμην αὐτῷ ἢ πόλιν ἀπαίροντι· οὐ γὰρ ἔχω λέγειν ἀκριβῶς τὸ χωρίον· προσίασί τινες πένητες, ἕνα τινὰ τῶν συνόντων ὡς τεθνεῶτα προτεθεικότες, καί τινα πρὸς τὴν ἐκείνου ταφὴν ἐπιτήδεια λαβεῖν ἱκετεύοντες. Ὁ δὲ εἶξεν ἀντιβολοῦσι· τῷ Θεῷ δὲ ὡς ὑπὲρ τεθνεῶτος τὴν ἱκεσίαν προσέφερεν, ἀφεῖναι παρακαλῶν τὰ κατὰ τὸν βίον πλημμεληθέντα, καὶ τοῦ τῶν δικαίων ἀξιῶσαι χοροῦ. Τούτων λεγομένων, ἀφίπτατο τοῦ τέως σκηπτομένου τὸν θάνατον ἡ ψυχὴ, ἐχορηγεῖτο δὲ τῷ σώματι τὰ καλύμματα· ὡς δὲ μικρὸν προῆλθεν ὁ θεσπέσιος ἄνθρωπος, ἀναστῆναι τὸν κείμενον ἐκέλευον οἱ τὸ δρᾶμα τοῦτο συντεθεικότες· ὡς δὲ ἐώρων οὐκ ἐπαΐοντα, ἀλλ' ἀληθειαν τὸ σχῆμα γεγενημένον, καὶ εἰς πρόσωπον τὸ προσωπεῖον μεταβληθὲν, καταλαμβάνουσι μὲν τὸν μέγαν Ἰάκωβον, ποτνιώμενοι δὲ καὶ τῶν ποδῶν προκαλινδόμενοι, καὶ τοῦ τολμηθέντος δράματος αἰτίαν εἶναι λέγοντες τὴν

Hujusmodi ergo rebus insignis, omnibusque amabilis cum esset, atque in ore omnium ejus fama versaretur, trahitur ad munus pontificatus, **1112** et patriæ suæ præficitur. Montanam autem illam habitationem cum mutasset, urbanamque non ex animi sententia suscepisset, nec cibum mutavit, nec vestitum, sed mutatis locis vitæ institutio nullam cepit mutationem. Crescebant vero labores, ut multo plures erant prioribus. Ad jejunium enim, et humi cubationem, et saccum quo induebatur, accesserant etiam curæ indigentium omnium, ut et de viduis esset sollicitus, et orphanis provideret, et injuriam facientes argueret, et injuria oppressis justum afferret auxilium. Et quid opus est omnia recensere apud eos qui norunt quænam illis competant, qui hanc provinciam suscepere? Insigniter autem ille hos amplectebatur labores, ut qui ovium Dominum insigniter et amaret et timeret. Quo autem virtutis opes colligebat majores, eo majore sanctissimi Spiritus gratia fruebatur. Nam cum illi aliquando in vicum quemdam vel oppidum iter esset (locum enim certo dicere non habeo), accesserunt ad eum pauperes quidam, unum quempiam ex sodalibus suis velut mortuum proponentes, et quædam ad illum sepeliendum necessaria postulantes. Ille autem annuit rogantibus, Deoque preces offerens tanquam pro mortuo, rogavit ut ei remitteret quæ in vita peccarat, eumque in justorum cœtum admitteret. Quæ ab eo cum dicerentur, evolavit illius anima, qui mortem simulabat, et suppeditata sunt corpori tegumenta. Paululum deinde progresso viro sancto, illum qui jacebat surgere jubentes qui fabulam composuerant, ut eum viderunt non exaudire, et reipsa evenisse quod simulabatur, **1113** veramque in faciem mutatam esse larvam, ad magnum contendunt Jacobum, obtestantes, et ad ejus pedes provoluti, audacisque facti causam dicentes fuisse paupertatem, rogabant ut delictum

Digitized by Google

ipsis condonaret, ablatamque mortuo animam restitueret. Domini ergo imitatus clementiam preces admisit, et miraculum exhibuit, vitam precibus ablatam precibus restituens. Mihi vero magni Petri miraculo, quo Ananiam et Sapphiram furti mendacisque reos morti tradidit, simile hoc videtur. Nam hic quoque similiter eum qui veritatem subripuerat, mendaciumque protulerat, vita privavit. Sed ille quidem furto cognito (revelaverat enim gratia Spiritus) intulit supplicium : hic vero rem nesciens, vitæ cursum ei qui simulaverat fusis precibus abrupit. Et divinus quidem apostolus mortuos a calamitate non eripuit, quia salutaris prædicationis initia timore opus habebant : hic autem, apostolica refertus gratia, et puniit ad tempus, et pœnam mox remisit, quia sic noverat se lucrifacturum eos qui peccarant. Verum ad alia pergendum est, atque illa etiam breviter exponenda.

Etenim cum Arius, blasphemiæ in Unigenitum et Spiritum sanctum pater et opifex, in eum qui ipsum crearat linguam movens, tumultu et perturbatione implevisset Ægyptum, et Constantinus maximus imperator, gregis nostri Zorobabel, (quippe qui totam piorum, sicut ille, captivitatem reduxit ab **1114** exsilio. et divina templa solo æquata in altum erexit), Ecclesiarum præsides omnes Nicæam convocasset, venit cum aliis magnus quoque Jacobus, pro veris dogmatibus, ut fortissimus bellator et totius agminis princeps, decertaturus. In Romanorum enim ditione Nisibis tunc erat. [In hac ergo magna synodo, cum multa bene recteque, multa etiam secus dicta fuissent, (erant enim pauci quidam, qui contraria quidem sentiebant, sed impietatem suam prodere non audebant, eamque decipulis quibusdam tegebant, non omnibus vulgo notis, sed iis qui veritatis arcana penetrarent liquido perspectis), recitata est quæ toto terrarum orbe nunc obtinet prædicaturque fidei confessio, subscripsere autem universi, manuque et calamo ita se credere ac sentire professi sunt. Verum eorum pars maxima libenter hoc agebat : septem duntaxat Arii blasphemiæ defensores, lingua quidem et manu assensi sunt, linguæ vero repugnantem sententiam retinebant, juxta prophetiam : « Populus hic labiis me honorat, corde autem longe est a me [h] : » et juxta disertam Jeremiæ vocem : « Prope es tu ori eorum, **1115** et procul a renibus eorum [i]. » Et his consona de iisdem beatus quoque David

πενίαν ἱκέτευον λῦσαι σφίσιν αὐτοῖς τὴν πλημμέλειαν, καὶ ἀποδοῦναι τῷ κειμένῳ τὴν ἀφαιρεθεῖσαν ψυχήν. Τὴν Δεσποτικὴν τοίνυν φιλανθρωπίαν μιμούμενος, καὶ τὴν ἱκετείαν ἐδέξατο, καὶ τὴν θαυματουργίαν ἐπεδείξατο, τὴν ὑπὸ τῆς εὐχῆς ἀφαιρεθεῖσαν ζωὴν διὰ τῆς εὐχῆς ἀποδοὺς τῷ κειμένῳ. Τοῦτο δὲ ἔμοιγε δοκεῖ τῇ τοῦ μεγάλου Πέτρου ἐοικέναι θαυματουργίᾳ· ὃς τὸν Ἀνανίαν καὶ τὴν Σάπφειραν κεκλοφότας καὶ ψευσαμένους θανάτῳ παρέπεμψε. Καὶ γὰρ ὡσαύτως τὴν ἀλήθειαν κεκλοφότα, καὶ τῷ ψεύδει χρησάμενον ἀφείλετο τὴν ζωήν. Ἀλλ' ὁ μὲν γνοὺς τὴν κλοπὴν, ἀπεκάλυψε γὰρ ἡ τοῦ Πνεύματος χάρις, τὴν δίκην ἐπήγαγεν· ὁ δὲ τοῦ δράματος ἀγνοῶν τὴν ὑπόθεσιν, προσήνεγκε μὲν τὴν εὐχήν, ἔστησε δὲ τῷ πεπλασμένῳ τοῦ βίου τὸν δρόμον· καὶ ὁ μὲν θεῖος Ἀπόστολος οὐκ ἔλυσε τοῖς τεθνηκόσι τὴν συμφοράν (δέους γὰρ ἔχρῃζε τοῦ σωτηρίου κηρύγματος τὰ προοίμια)· ὁ δὲ τῆς ἀποστολικῆς ὑπάρχων ἀνάπλεως χάριτος, καὶ ἐκόλασεν εἰς καιρὸν, καὶ ἔλυσε ταχέως τὴν κόλασιν· τούτῳ γὰρ ᾔδει κερδανεῖν τοὺς πταίσαντας. Ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐπὶ τὰ ἄλλα ἰτέον, καὶ συντόμως κἀκεῖνα ἐξηγητέον.

Ἐπειδὴ γὰρ Ἄρειος, ὁ τῆς κατὰ τοῦ Μονογενοῦς καὶ τοῦ παναγίου Πνεύματος βλασφημίας πατὴρ καὶ δημιουργὸς, κατὰ τοῦ πεποιηκότος τὴν γλῶτταν κεκινηκὼς, ἐνέπλησε τὴν Αἴγυπτον θορύβου καὶ ταραχῆς, Κωνσταντῖνος δὲ ὁ μέγιστος βασιλεὺς, ὁ τῆς ἡμετέρας ἀγέλης Ζοροβάβελ· κατ' ἐκεῖνον γὰρ τὴν τῶν εὐσεβῶν αἰχμαλωσίαν ἐκ τῆς ὑπερορίας ἅπασαν ἐπανήγαγε, καὶ τοὺς θείους νεὼς εἰς ἔδαφος ἐρριμμένους εἰς ὕψος ἀνήγειρεν. Ἐπειδὴ τοίνυν οὗτος πάντας τοὺς τῶν Ἐκκλησιῶν προέδρους κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν συνήγειρεν εἰς τὴν Νίκαιαν, ἀφίκετο μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ὁ μέγας Ἰάκωβος, τῶν ὀρθῶν ὑπερμαχήσων δογμάτων, οἷά τις ἀριστεὺς καὶ πρόμαχος ἁπάσης τῆς φάλαγγος. Τῆς Ῥωμαίων γὰρ ἡγεμονίας τηνικαῦτα ὑπῆρχεν ἡ Νίσιβις. Ἐν τοίνυν [1] τῇ μεγάλῃ συνόδῳ, πολλῶν μὲν εὖ καὶ καλῶς, πολλῶν δὲ καὶ ἄλλως εἰρημένων· ἦσαν γὰρ ὀλίγοι τινὲς, οἳ τἀναντία μὲν ἐφρόνουν, γυμνοῦν δὲ τὴν σφῶν οὐκ ἐθάρρουν ἀσέβειαν, ἀλλὰ δελεάσμασί τισι συνεκάλυπτον, οὐ πᾶσι μὲν γνωσίμοις, τοῖς δὲ ἀκριβέσι τῆς ἀληθείας μύσταις καὶ μάλα δήλοις· ὑπαγορεύεται μὲν ἡ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπὶ τοῦ παρόντος κρατοῦσά τε καὶ κηρυττομένη τῆς πίστεως ὁμολογία· ὑπεσημήναντο δὲ ἅπαντες, καὶ τῇ χειρὶ καὶ τῷ καλάμῳ οὕτω πιστεύειν καὶ φρονεῖν ὡμολόγησαν· ἀλλ' οἱ πλείους μὲν ἄσμενοι τοῦτο ἐποίουν· ἑπτὰ δέ τινες τῆς Ἀρείου βλασφημίας συνήγοροι, τῇ μὲν γλώττῃ καὶ τῇ χειρὶ συνωμολόγησαν, ἀντιφθεγγομένην δὲ τῇ γλώττῃ τὴν γνώμην ἐκέκτηντο, κατὰ τὴν προφητείαν τὴν λέγουσαν· « Οὗτος ὁ λαὸς τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, τῇ δὲ καρδίᾳ πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ· » καὶ κατὰ τὴν

[h] Isa. xxix, 13. [i] Jerem. xxix, 25.

VARIÆ LECTIONES.

[1] Quæ uncinis inclusi ab his verbis : Ἐν τοίνυν τῇ μεγάλῃ συνόδῳ ad verba p. 1116, ὅπλῳ τῇ γλώττῃ χρησάμενος, non dubito spuria esse, et ab alia manu adjecta. Ab Herveti quidem interpretatione omnis hic locus abest. Nec credibile est Theodoretum tam aliena miscere potuisse, quæ in *Historia ecclesiastica* rectius tradit, ut in concilio Nicæno facta narraret quæ postea Constantinopoli contigerunt, et Alexandrum Constantinopolitanum Alexandriæ episcopum appellaret. Præterea ex Athanasio Macarium presbyterum, non Jacobum Nisibenum adjuvisse precibus Alexandrum tradit *Hist. eccl.* I, 13.

Digitized by Google

Ἱερεμίου φωνὴν τὴν διαῤῥήδην βοῶσαν· « Ἐγγὺς A
εἶ σὺ τοῦ στόματος αὐτῶν, καὶ πόρρω ἀπὸ τῶν νε-
φρῶν αὐτῶν. » Σύμφωνα δὲ τούτοις περὶ τούτων καὶ
ὁ μακάριος Ἔφη Δαβίδ· « Τῷ στόματι αὐτῶν ηὐλό-
γουν, καὶ τῇ καρδίᾳ αὐτῶν κατηρῶντο. » Καὶ πά-
λιν· « Ἠπαλύνθησαν οἱ λόγοι αὐτῶν ὑπὲρ ἔλαιον,
καὶ αὐτοί εἰσι βολίδες. » Οὗτοι τὸν τῆς Ἀλεξανδρέων
ἐπίσκοπον τὸν μέγαν Ἀλέξανδρον παρεκάλουν, οἰ-
κτεῖραι τὸν Ἄρειον ὑπὸ πάσης ἐκείνης ἀποχηρυ-
χθέντα τῆς φάλαγγος· τοῦ δὲ καὶ τὸ τούτων ὕπουλον
εἰδότος, καὶ τὴν ἐκείνου πονηρίαν ὑφορωμένου, καὶ
τούτου χάριν οὐ δεχομένου τὴν αἴτησιν· ἄλλοι τινὲς
τῶν ἁπλότητι συνεζηκότων, πολλὰς τῆς φιλανθρωπίας
διεξῆσαν εὐφημίας, ταύτῃ χαίρειν λέγοντες καὶ τὸν
τῶν ὅλων Θεόν. Ἐπειδὴ δὲ ὁ μέγας Ἀλέξανδρος τὴν
ἄδικον περὶ ἕνα φιλανθρωπίαν ἀπανθρωπίαν ὠνόμαζε, B
πολλῶν οὖσαν λυμαντικήν, καὶ λώβης πρόφασιν
ἔσεσθαι τοῖς ποιμνίοις ἅπασιν ἔλεγε· παρῄνει πᾶσιν
ὁ θεῖος Ἰάκωβος, τῇ μὲν τῆς νηστείας χρήσασθαι
κακουχίᾳ, ἑπτὰ δὲ κατὰ ταὐτὸν ἡμέρας τὸν Θεὸν
ἱκετεῦσαι τὸ ταῖς Ἐκκλησίαις συνοῖσον πρυτανεῦσαι.
Δεξαμένων δὲ ἁπάντων τοῦ θείου ἀνδρὸς τὴν εἰσήγη-
σιν· ᾔδεισαν γὰρ αὐτὸν ἀποστολικοῖς χαρίσμασι
λάμποντα· ἐκεράννυτο μὲν ἡ νηστεία τῇ προσευχῇ·
ἐψηφίζετο δὲ ταῖς Ἐκκλησίαις ὁ τούτων κυβερνήτης
τὸ συμφέρον. Καὶ ἐπειδὴ ἀπήντησεν ἡ Κυριακὴ,
καθ' ἣν ἤλπιζον οἱ πλείους τὸν ἀλιτήριον εἰσδεχθή-
σεσθαι, καὶ τῆς θείας λειτουργίας ἔφθασεν ὁ καιρὸς,
καὶ προσέμενον ἅπαντες ἰδεῖν τὸν ἀντίθεον ἐλεού-
μενον, τηνικαῦτα γίνεται θεῖον ὄντως καὶ παράδοξον
θαῦμα. Ἐν βδελυκτοῖς γὰρ καὶ δυσώδεσι χωρίοις ὁ C
ἀλάστωρ ἐκεῖνος τῆς ἁπλήστου τροφῆς ἐκκρίνων τὰ
περιττώματα, καὶ τὰ τούτων μετὰ τούτων ἐξέκρινε
δοχεῖα. Οὕτω δὲ τῶν σπλάγχων αὐτοῦ διαλυθέντων,
καὶ σὺν τῇ κόπρῳ κεχωρηκότων, ἐξέπεσεν ὁ δείλαιος
παραχρῆμα, καὶ τὸν αἴσχιστον ἐκεῖνον ὑπέμεινε
θάνατον, τῆς δυσώδους αὐτοῦ βλασφημίας ἐν δυσώδεσι
χωρίοις εἰσπραχθεὶς τὰς εὐθύνας, καὶ διὰ τῆς Ἰα-
κώβου τοῦ μεγάλου γλώττης δεξάμενος τὴν σφαγήν.
Θαυμάζει μὲν οὖν ἡ θεία Γραφὴ Φινεὲς τὸν ἱερέα,
καὶ εἰκότως θαυμάζει, ὅτι τὸν ὁλέθρου λαῷ γινόμε-
νον πρόξενον κατέσφαξε, τὸν Ζαμβρή· διὸ καὶ ψάλ-
λων ὁ μακάριος ἔλεγε Δαβίδ· « Ἔστη Φινεὲς καὶ
ἐξιλάσατο, καὶ ἐκόπασεν ἡ θραῦσις· καὶ ἐλογίσθη
αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν ἕως τοῦ D
αἰῶνος. » Ἀλλ' ὅμως ἐκεῖνος ὅπλῳ πολεμικῷ χρησά-
μενος, τὴν δικαίαν καὶ πολυθρύλλητον ἐκείνην
εἰργάσατο σφαγήν· τούτῳ δὲ ἥρκεσεν ἀντὶ δόρατος
καὶ ξίφους ἡ γλῶττα, καὶ ἀνεῖλε τὸν ἀσεβῆ, ἵνα μὴ
ἴδῃ τὴν δόξαν Κυρίου. Ἀπόχρη δὲ τοῦτο μόνον τῶν
τῆς Ἀρείου δυσσεβείας κληρονόμων διελέγξαι τὴν
ἄνοιαν. Ὁ γὰρ τοσοῦτος ἀνὴρ, τῶν μὲν ὑφ' ἡμῶν
πρεσβευομένων δογμάτων κήρυξ ἦν καὶ συνήγορος·
οὕτω δὲ κομιδῇ τὴν τούτων ἀσέβειαν ἐβδελύττετο,
ὅτι καὶ τὸν αὐτῆς πατέρα κατηκόντισεν, ὅπλῳ τῇ
γλώττῃ χρησάμενος.] Ἐπειδὴ δὲ [2] ὁ σύλλογος ὁ ἱερὸς

dixit : « Ore suo benedicebant, et corde suo male-
dicebant i ; » et iterum : « Molliti sunt sermones
eorum super oleum, et ipsi sunt jacula [k]. » Isti
Alexandrum magnæ Alexandriæ episcopum roga-
bant, ut Arii misereretur, ab universa illa pha-
lange exauctorati. Hic vero cum et subdolam is-
torum mentem nosset, et suspectam illius nequi-
tiam haberet, ac propterea illorum postulatis non
annueret, alii quidam simplicioris ingenii multa
de clementiæ laudibus disserentes, hac etiam præ-
cipue delectari universorum Deum suggerebant : et
cum Magnus Alexander injustam erga unum clemen-
tiam inclementiam appellaret, quæ multis esset perni-
ciosa damnique occasionem cunctis gregibus futu-
ram affirmaret, hortatur omnes divinus Jacobus, ut
jejunii macerationi se dedant, septemque cum eo
dierum spatio Deum orent, ut Ecclesiarum utili-
tati consultum velit. Probato ab omnibus sancti
viri consilio (sciebant enim illum apostolica gra-
tia præditum), jejunio junctæ sunt preces, et Ec-
clesiarum utilitati prospexit harum gubernator.
Cumque advenisset dies Dominicus, quo die pleri-
que receptum impium iri sperabant, et divinæ li-
turgiæ tempus adesset, exspectarentque omnes ut
inimicum Dei venia donatum viderent, divinum
prorsus ac stupendum accidit miraculum. Nam
cum in spurcis fetentibusque locis impius ille
inexplebilis gulæ excrementa egereret, cum his in-
testina etiam quibus continebantur **1116** eges-
sit, solutisque hoc modo visceribus, et cum ster-
core effusis, * concidit repente infelix, et turpis-
simam illam mortem obiit, graveolentis blasphe-
miæ suæ in graveolentibus locis pœnas luens, et
per magni Jacobi linguam letalem ictum excipiens.
Admiratur sane divina Scriptura Phinees sacer-
dotem, et jure admiratur, quod Zambri popularis
exitii auctorem interfecerit : unde et psallens bea-
tus David aiebat : « Stetit Phinees, et placatus est,
et cessavit quassatio, et reputatum est illi ad ju-
stitiam, in generationem et generationem, usque
in sæculum [l]. » Verum ille bellico usus telo justam
et celebrem illam cædem patravit : huic vero pro
hasta et gladio lingua satis fuit, quæ impium per-
emit, ne videret gloriam Domini. Atque hoc unum
profecto suffecerit ad Arianæ impietatis revincen-
dam insaniam, quod hic tantus vir dogmatum quæ
a nobis celebrantur præco fuerit et defensor, is-
torum autem impietatem sic detestatus sit, ut ejus
parentem linguæ suæ mucrone confoderit.] Post-
quam autem dimissus fuit sacer ille conventus, et
unusquisque in domum suam est reversus, rediit
hic quoque, velut strenuus victor exsultans ob
tropæa pietatis. Procedente vero tempore, magnus
ille admirandusque imperator cum coronis pieta-
tis excessit e vita, orbisque terrarum imperio ejus
filii successere. Tunc rex Persarum, cui nomen

[j] Psal. LXI, V. [k] Psal. LXIV, 22. [l] Psal. CV, 30.

VARIÆ LECTIONES.

[2] Eadem narrat Noster *Hist. eccl.* II, 26.

Digitized by Google

Sapores, **1117** hos ut patris viribus impares contemnens, adversus Nisibim cum magnis equitum et peditum copiis bellum movit : duxit autem elephantos quoque quamplurimos. Divisoque ad obsidionem exercitu, urbem circumcinxit, et machinas exstruxit, et propugnacula ædificavit, vallosque figens, et intermedia ramis cratium more contexens, milites terram aggerere præcepit, et turres contra turres excitare. Deinde in eis sagittarios collocans, et tela in eos qui in muris erant mittere jubens, alios inferius fodere, murosque subruere imperavit. Ubi vero irrita evasere omnia, sancti viri precibus disturbata, tandem præterlabentis fluvii cursum, multorum hominum opera inhibens, cum repressæ oppositis aggeribus aquæ vim maximam collegisset, repente in murum ceu vehementissimam quamdam machinam immisit : qui vim aquæ ferre non valens, ejus impetu concussus illa in parte funditus corruit. Tum illi magnum clamorem sustulerunt, quasi urbs captu facilis jam esset (magnum quippe civium murum ignorabant); distulere tamen irruptionem, quod viderent urbem tunc adiri propter aquas non posse. Itaque longius recedentes, quasi a labore respirarent, et quiescebant ipsi, et equos curabant. Incolæ autem ardentiores in preces conversi sunt, magnum Jacobum intercessorem habentes. At qui ætate adhuc vigebant, quam maxima poterant contentione muros instaurarunt, nec pulchritudinis, nec concinnitatis rationem habentes, sed omnia temere componentes, et lapides, et lateres, et quidquid unusquisque attulerat: **1118** eoque nocte una opus processit, et in tantam crevit altitudinem, ut et equos aditu prohiberet, et homines ascendere absque scalis non possent. Tunc hominem Dei orant omnes, ut in muris se ostendat, et exsecrationum telis hostes feriat. Is vero exoratus ascendit, et horum infinitam multitudinem contemplatus, a Deo petiit, ut sciniphum et culicum nubem in eos immitteret. Quod dum peteret, Deus illi obsequens, ut Moysi, continuo immisit. Et viri quidem divinis telis vulnerabantur, equi autem ac elephanti, ruptis vinculis, cum aculeos illos ferre non possent, huc et illuc dispersi ferebantur. Videns itaque rex impius, et inutiles sibi machinas omnes fuisse, et aquæ irruptionem irritam evasisse, muro ea parte qua corruerat iterum ædificato : atque omnem præterea exercitum, et laboribus exhaustum, et incommodis sub dio conflictantem, et divinitus immissa plaga percussum, cum divinum quoque hominem super muros ambulantem conspicatus, imperatorem operi insistentem ipsum esse conjecisset, quod purpura et diademate cinctus appareret, indignatus est in eos qui eum deceperant, expeditionemque suaserant, et imperatorem dixerant non adesse. Quare capitis illos damnans, dimisit exercitum, et in regiam suam quam citissime regressus est. Talia sub hac etiam Ezechia mirabiliter egit Deus, nec illis

διελύθη, καὶ τὴν οἰκείαν οἰκίαν κατέλαβεν ἕκαστος, ἐπανῆκε καὶ οὗτος οἷά τις ἀριστεὺς καὶ νικηφόρος τοῖς τῆς εὐσεβείας τροπαίοις ἐπαγαλλόμενος. Χρόνου δὲ διελθόντος ὁ μὲν μέγας ἐκεῖνος καὶ θαυμάσιος βασιλεὺς μετὰ τῶν τῆς εὐσεβείας στεφάνων ὑπεξῆλθε τὸν βίον· οἱ δὲ ἐκείνου παῖδες τῆς οἰκουμένης τὴν ἡγεμονίαν ἐκληρονόμουν. Τότε ὁ Περσῶν βασιλεὺς, Σαπώρης ὄνομα τούτῳ ἦν, καταφρονήσας τῶν παίδων, ὡς οὐ τὰ αὐτὰ τῷ πατρὶ δυναμένων, ἐπεστράτευσε τῇ Νισίβει, παμπόλλην μὲν ἄγων ἵππον, παμπόλλην δὲ πεζὴν στρατιάν· εἶχε δὲ καὶ ἐλέφαντας ὅτι πλείστους. Καὶ διελὼν ὡς εἰς πολιορκίαν τὴν στρατιὰν, περιεκάθισε κύκλῳ, καὶ μηχανήματα ἵστη, καὶ τύρσεις ἀνῳκοδόμει, καὶ σταυρώματα καταπηγνὺς, καὶ τὰ μέσα τούτων φορμηδὸν περιφράττων τοῖς κλάδοις, ἐκέλευε προσχοῦν τοῖς στρατιώταις, καὶ πύργους ἀντεγείρειν τοῖς πύργοις. Εἶτα ἐκεῖ τοὺς τοξότας ἀναβιβάζων, καὶ ἀφιέναι κατὰ τῶν ἐπὶ τοῦ τείχους ἑστηκότων τὰ βέλη κελεύων, ἄλλοις κάτωθεν ὑπορύττειν τὸ τεῖχος ἐκέλευεν. Ὡς δὲ ἅπρακτα πάντα ἐγίνετο, τῇ τοῦ Θεσπεσίου ἀνδρὸς διαλυόμενα προσευχῇ, τέλος τοῦ παραῤῥέοντος ποταμοῦ τὸ ῥεῦμα τῇ πολυχειρίᾳ κωλύσας, καὶ τῇ ἀποτειχίσει κεκωλυμένον τοῦ ποταμοῦ ὅτι πλεῖστον συναθροίσας, ἐπαφῆκεν ἀθρόον κατὰ τοῦ τείχους, οἷόν τινι μηχανήματι τούτῳ σφοδροτάτῳ χρησάμενος. Τὸ δὲ οὐκ ἤνεγκε τὴν τοῦ ὕδατος ἐμβολήν· ἀλλὰ τῇ ῥύμῃ κατασεισθεὶς, ἄρδην ἅπαν τὸ κατ' ἐκεῖνο μέρος κατέπεσεν. Οἱ δὲ μέγα ἐβόων, ὡς εὐαλώτου γενομένου τοῦ ἄστεος. Τὸ γὰρ μέγα τεῖχος τῶν ἐνοικούντων ἠγνόουν· ἀνεβάλλοντο δὲ ὅμως τὴν προσβολὴν, ἄβατον ὁρῶντες ὑπὸ τῶν ὑδάτων γενομένην τὴν πόλιν. Πόῤῥω τοίνυν ὑποχωρήσαντες, ὡς τοῦ πόνου σφίσι λωφήσαντος, αὐτοί τε διανεπαύοντο, καὶ τοὺς ἵππους ἐθεράπευον. Οἱ δὲ τὴν πόλιν οἰκοῦντες εἰς ἱκετείας σφοδροτέρας ἐτρέποντο, πρεσβευτὴν ἔχοντες τὸν μέγαν Ἰάκωβον· οἱ δὲ ἐν ἡλικίᾳ πάντες ἀνῳκοδόμουν σπουδῇ, οὔτε κάλλους οὔτε ἁρμονίας ἐπιμελούμενοι· ἀλλὰ πρὸς τὸ τυχὸν ἅπαντα συντιθέντες, καὶ λίθους, καὶ πλίνθους, καὶ ὅ τι ἄν τις ἐκόμιζε· καὶ ἐν μιᾷ νυκτὶ προὔβη τὸ ἔργον, καὶ τοσοῦτον ἔλαβεν ὕψος, ὅσον ἀπόχρη διακωλῦσαι καὶ τῶν ἵππων τὸν δρόμον, καὶ τῶν ἀνδρῶν τὴν ἄνευ κλιμάκων ἐπίβασιν. Τότε πάντες ἱκετεύουσι τὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον φανῆναι ἐπὶ τοῦ τείχους, καὶ ὁραῖς κατατοξεῦσαι τοὺς πολεμίους. Ὁ δὲ πεισθεὶς ἀνῆλθε, καὶ τὰς πολλὰς αὐτῶν θεασάμενος μυριάδας, σκνιφῶν αὐτοῖς καὶ κωνώπων ἐπιπέμψαι νέφος ἱκέτευσε τὸν Θεόν. Καὶ ὁ μὲν ἔλεγεν, ὁ δὲ ἔπεμπε, Μωϋσῇ παραπλησίως πειθόμενος· καὶ οἵ τε ἄνδρες τοῖς θείοις κατετιτρώσκοντο βέλεσιν· οἵ τε ἵπποι καὶ οἱ ἐλέφαντες τὰ δεσμὰ διαῤῥήξαντες ἐδραπέτευον τῇδε κἀκεῖσε σκεδαννύμενοι, καὶ φέρειν ἐκείνας οὐ δυνάμενοι τὰς ἀκίδας. Θεασάμενος τοίνυν ὁ δυσσεβὴς βασιλεὺς τὰ μηχανήματα πάντα δύησιν οὐδεμίαν παρεσχηκότα, καὶ τοῦ ποταμοῦ τὴν προσβολὴν ἀνόητον γεγενημένην· τὸ γὰρ καταπεσὸν ἀνῳκοδόμητο τεῖχος· καὶ τὴν στρατιὰν πᾶσαν, καὶ τοῖς πόνοις ταλαιπωρουμένην, καὶ ὑπαίθριον κακοπαθοῦσαν, καὶ ὑπὸ τῆς θεηλάτου ἐλαυνομένην πλη-

Digitized by Google

γῆς· ἰδὼν δὲ καὶ τὸν θεῖον ἄνθρωπον ἐπὶ τοῦ τείχους A
βαδίζοντα, καὶ τοπάσας αὐτὸν ἐφεστάναι τῷ ἔργῳ
τὸν βασιλέα, ἀλουργίδα γὰρ καὶ διάδημα περικείμε-
νος ἐωρᾶτο, ἠγανάκτει μὲν κατὰ τῶν ἐξαπατησάντων
καὶ στρατεῦσαι πεισάντων, καὶ τὸν βασιλέα μὴ παρ-
εῖναι φησάντων. Θανάτου δὲ ψῆφον κατὰ τούτων ἐξ-
ενεγκών, ἔλυσε τὸ στράτευμα, καὶ τὰ οἰκεῖα βασίλεια
κατέλαβεν ὅτι τάχιστα. Τοιαῦτα καὶ ἐπὶ τοῦδε τοῦ
Ἐζεκίου τεθαυματούργηκεν ὁ Θεὸς, οὐ μείονα ἐκεί-
νων, ἀλλὰ καὶ μείζονα, ὡς ἔμοιγε δοκεῖ. Τὸ γὰρ καὶ
τοῦ τείχους καταπεσόντος μὴ ἁλῶναι τὴν πόλιν,
ποίαν θαύματος ὑπερβολὴν καταλείπει; Ἐγὼ δὲ πρὸς
τούτῳ κἀκεῖνο ἄγαν θαυμάζω, ὅτι καὶ ἀραῖς χρη-
σάμενος, οὐ σκηπτοὺς ᾔτησεν ἐνεχθῆναι, καὶ κεραυ-
νούς, ὅπερ Ἠλίας ὁ μέγας ἐκεῖνος ἐποίησεν, ἡνίκα
πρὸς αὐτὸν πεντηκόνταρχος ἑκάτερος μετὰ τῆς πεντη- B
κοστύος ἀφίκετο. Ἤκουσε γὰρ τοῦ Κυρίου πρὸς
Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην τοὺς τοῦτ' αὐτὸ πειραθέντας
ποιῆσαι διαῤῥήδην εἰπόντος· « Οὐκ οἴδατε ποίου
πνεύματός ἐστε; » Διὰ τοῦτο οὐ χᾶναι αὐτοῖς τὴν
γῆν ᾔτησεν, οὐδὲ πυρὶ παραδοθῆναι τὴν φάλαγγα
παρεκάλεσεν, ἀλλὰ τοῖς ζωῦφιοις ἐκείνοις κατατρω-
θῆναι, καὶ τοῦ Θεοῦ διαγνόντας τὴν δύναμιν ὀψέ ποτε
μεταμαθεῖν τὴν εὐσέβειαν. Τοσαύτην εἶχεν ὁ θεῖος
οὗτος ἄνθρωπος πρὸς τὸν Θεὸν παῤῥησίαν· τοσαύτης
ἄνωθεν ἀπῆλαυε χάριτος. Ἐν τούτοις διατελῶν, καὶ
καθ' ἑκάστην ἐν τοῖς θείοις αὐξανόμενος ἡμέραν,
μετὰ τῆς μεγίστης εὐκλείας τόνδε τὸν βίον ἀπέθετο,
καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν ἐστείλατο. Χρόνου δὲ διελθόντος, καὶ τοῦδε τοῦ ἄστεος ὑπὸ τοῦ τηνικαῦτα
κρατοῦντος τῇ Περσικῇ βασιλείᾳ παραδοθέντος, ἐξῆσαν μὲν ὅπαντες οἱ τὴν πόλιν οἰκοῦντες, ἔφερον
δὲ τοῦ προμάχου τὸ σῶμα, ἀσχάλλοντες μὲν καὶ ὀλοφυρόμενοι τὴν μετοικίαν, ᾄδοντες δὲ τοῦ νικηφό-
ρου ἀριστέως τὴν δύναμιν. Οὐ γὰρ ἂν ἐκείνου περιόντος ὑπὸ βαρβάροις ἐγένοντο. Ταῦτα περὶ τοῦδε τοῦ
θείου διεξελθών, εἰς ἑτέραν διήγησιν μεταβήσομαι, τῆς τούτου μεταλαχεῖν εὐλογίας ἀντιβολῶν.

C

Β'.— ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ἰουλιανὸς, ὃν Σάββαν [3] ἐπίκλην οἱ ἐπιχώριοι τι-
μῶντες ὠνόμαζον, τὸν δὲ πρεσβύτην τῇ Ἑλλάδι φωνῇ
σημαίνει τὸ ὄνομα, ἐν τῇ πάλαι μὲν Παρθυαίων [4],
νῦν δὲ Ὀσροηνῶν ὀνομαζομένῃ, τὴν ἀσκητικὴν καλύ-
βην ἐπήξατο. Διατείνει δὲ αὕτη πρὸς μὲν ἑσπέραν
μέχρις αὐτοῦ τοῦ ποταμοῦ τῆς ὄχθης· Εὐφράτης
δὲ ὄνομα τούτῳ· πρὸς ἥλιον δὲ ἀνίσχοντα, τὸ τέρμα
ἔχει τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας· ἡ γὰρ Ἀσσυρία
διαδέχεται, πέρας οὖσα ἑσπέριον τῆς Περσικῆς βα-
σιλείας, ἣν Ἀδιαβηνὴν οἱ μετὰ ταῦτα ὠνόμασαν. Ἐν
τούτῳ τῷ ἔθνει πολλαὶ μὲν πόλεις μεγάλαι καὶ πο-
λυάνθρωποι, χώρα δὲ παμπόλλη μὲν οἰκουμένη,
παμπόλλη δὲ ἀοίκητός τε καὶ ἔρημος. Ταύτης ἐσχα-
τιὰν τῆς ἐρήμου καταλαβὼν ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ, D
καὶ ἄντρον εὑρὼν οὐ χειροποίητον, οὐδὲ εὖ καὶ κα-
λῶς ὀρωρυγμένον· ἀλλά βραχεῖάν τινα σκέπην πα-
ρέχειν δυναμένην τοῖς καταφεύγειν ἐθέλουσιν, ἀσπα-
σίως ᾤκησε τὸ χωρίον, τῶν χρυσίῳ καὶ ἀργύρῳ κα-
ταλαμπομένων βασιλείων νομίζων πολυτελέστερον.
Ἐν τούτῳ διῆγεν, ἅπαξ τῆς ἑβδομάδος σιτίων με-
ταλαμβάνων. Σιτίον δὲ ἦν αὐτῷ ἄρτος ὁ κεγχριδίας,

II. — JULIANUS.

Julianus, quem indigenæ Sabbam, quod nomen
senem Græca lingua significat, honoris causa co-
gnominabant, in regione, quæ olim Parthyæorum,
1120 nunc Osroenorum dicitur, monasticum tu-
gurium defixit. Pertingit autem regio illa, versus
occasum quidem, ad ripam usque fluminis, cui
nomen Euphrates: ad orientem vero solem, limi-
tem habet Romani imperii; excipit enim illam
Assyria, quæ Persici regni occidentalis est termi-
nus, quam posteri Adiabenem appellarunt. In hac
gente multæ quidem sunt urbes magnæ et popu-
losæ: regionis autem partes plurimæ incolis fre-
quentes, plurimæ desertæ et incultæ. Ad extrema
hujus solitudinis vir hic divinus cum pervenisset,
antrum nactus non manu factum, neque bene ac
pulchre excavatum, sed quod adventantibus exi-
guum tegumentum præbere posset, locum libenter
inhabitavit, auro et argento fulgentibus palatiis
magnificentiorem existimans. In hoc degens, semel
in hebdomada cibum capiebat: cibus autem erat pa-
nis miliaceus, isque furfuraceus, et obsonium sales.

[m] Luc. IX, 5.

VARIÆ LECTIONES.

[3] Σάβαν. Hervetus recte; quaquam et Σάββας scribebatur *Hist. eccl.* III, 19. [4] Πάρθων. Hervet.

Digitized by Google

paludes, prata, et nemora, venisse ad illum quemdam rectæ fidei hominem, et orasse ut ipsi opem ferret, agrum unicum habenti, quo se ipsum et uxorem, et liberos, et familiam aleret, ac imperatoriam præterea illationem penderet. Rursum ergo, qui Dominicam imitabatur benignitatem, vas aquæ afferri ad se jussit. Ubi vas attulit qui rogabat, manum aquæ imposuit, Deumque oravit, ut divina virtute **1185** fluentum impleret. Finita autem oratione, præcepit ut aquam per agri fines aspergeret. Paruit homo imperatis, et agris illis fuit aqua pro vallo inexpugnabili atque inviolabili. Ad terminos enim illos usque reptantes circumvolantesque instar exercitus locustæ, retrocedebant hinc rursus, inditam benedictionem extimescentes, et tanquam freno quodam inhibitæ, atque ulterius progredi vetitæ. Quid porro attinet omnia quæ a beata illa anima gesta sunt dicere, cum sufficiant ista, ut habitantem in eo gratiæ splendorem demonstrent? Oculis illum ipse conspexi, sanctæque illius dexteræ benedictionem percepi, cum adolescentulus adhuc matrem ad eum profectam essem comitatus. Atque illam quidem de more aperta janua colloquio et benedictione dignatus est: me vero intromissum precum suarum opibus impertiit. Quibus utinam nunc quoque fruar, qui vivere ipsum credo, et angelorum choris interesse majorique quam olim apud Deum fiducia uti. Tunc quidem mortale illam corpus metiebatur, ne arrogantiæ occasionem redundans fiducia præberet. Nunc vero, perturbationum onere deposito, ut athleta victor apud agonothetam utitur fiducia, Quare ejus quoque intercessionem ut consequar oro.

IX. — PETRUS.

Gallos audimus eos qui in Europa sunt occidentales: novimus et eos qui sunt in Asia, ab illis oriundos, qui ad Pontum Euxinum sedes fixerunt. Ex his beatus ac ter **1186** sæpiusque beatus ortus est Petrus. Qui septem, ut ferunt, annis apud parentes educatus, reliquam totam vitam in philosophiæ certaminibus consumpsit: obiisse autem dicitur, cum vixisset annos novem et nonaginta. Eum ergo qui nonaginta et duos annos decertavit, et dies noctesque semper victor incessit, pro dignitate quis laudabit? aut quæ lingua præclaris facinoribus, quæ puer et adolescens, quæque in virili vel affecta jam ætate, aut in ultima egit senectute, commemorandis par fuerit? Quis sudores ejus dimetiatur? quis commissas tanto tempore luctas enumeret? quæ oratio vel sparsa ab eo semina, vel collectos manipulos percenseat? Quis tam alta mente præditus, ut congestas ex nobili mercatura facultates liquido perspiciat? Sentio rerum ab eo gestarum pelagus immensum: ideoque ad earum explicandam historiam accedere pertimesco, ne undis obruatur oratio. Quare propter littus incedam et maris quæ continenti proxima sunt admirabor

Digitized by Google

et exponam : profundum autem illi relinquam qui juxta divinas Litteras [z] profunda scrutatur, et occulta cognoscit.

Hic igitur primis annis in Galatia certavit. Inde visendi studio abiit in Palæstinam, ut conspectis locis in quibus salutaris passio suscepta est, Servatorem Deum in illis adoraret, non quasi loco circumscriptum (incircumscriptam enim ejus naturam non ignorabat), sed ut oculos etiam ipsos rei adamatæ contemplatione pasceret, nec sola mentis acies sine visu spiritualibus per fidem deliciis **1187** frueretur. Solent namque qui aliquem amore prosequuntur, non ex illius tantum aspectu affici lætitia, sed et domum, et vestes, et calceamenta summa cum voluptate contemplari. Talem erga Sponsum amorem gerens in Cantico canticorum memorata Sponsa clamans aiebat : « Sicut malus inter ligna silvarum, sic dilectus meus inter filios. Sub umbra illius quem desideraveram sedi, et fructus ejus dulcis gutturi meo [a]. » Nihil ergo absurdi egit vir hic divinus, qui eodem erga Sponsum amore captus, iisdem quibus Sponsa verbis dixit, « Vulnerata amore sum [b], » ac veluti sponsi umbram aliquam videre desiderans, loca inquirebat, ex quibus salutares omnibus ' hominibus fontes profluxerant. Optatis itaque potitus Antiochiam se contulit, urbisque religiosam pietatem considerans, externam regionem patriæ antetulit, cives reputans, non eos qui ex eadem essent gente ac genere, sed qui ejusdem sententiæ fideique participes essent, et jugum idem traherent religionis. Ibi autem habitare cum statuisset, non tabernaculum extendit, non tugurium fixit, non domunculam excitavit, sed in alieno sepulcro totum tempus transegit. Cujus pars superior prominens habebat tabulatum, cui connexæ scalæ aditum iis dabant, qui ascendere volebant. Hoc loco inclusus longissimo tempore perstitit, frigidam bibens aquam, et solo pane vescens, neque id quotidie, sed die uno jejunus manens, postridie hæc sumebat. Cum ad eum furibundus quidam et **1188** insaniens, malique dæmonis œstro agitatus venisset, suis illum precibus mundavit, et ab illo diaboli furore liberavit. Sed abire nolentem, rogantemque sibi ut liberationis mercedem suum ipsi ministerium rependere liceret, admisit in contubernium. Et hunc etiam ego novi, et miraculi memini, et curationis mercedem vidi, et audivi cum ipsi de me sermonem inter se haberent. Dicebat enim Daniel, hoc quippe illi nomen, præclari hujus ministerii me quoque participem futurum. At vir divinus, parentum erga me amorem considerans, id futurum negabat. Sæpe autem me genibus suis impositum uva passa paneque aluit. Mater enim, spiritualem ejus gratiam experta, semel in hebdomada benedictionem illam percipere

[z] 1 Cor. II, 10. [a] Cant. II, 3. [b] Cant. V, 8.

ὑποβρύχιος γένηται. Οὗ ἕνεκεν παρὰ τὴν ἠῶνα βαδιοῦμαι, καὶ τὰ παρὰ τὴν ἠπειρον τοῦ πελάγους θαυμάσομαί τε καὶ διηγήσομαι · τὸν δὲ βυθὸν καταλείψω τῷ κατὰ τὴν θείαν Γραφὴν τὰ βάθη ἐρευνῶντι, καὶ τὰ ἀπόκρυφα γινώσκοντι.

Οὗτος τοίνυν ἐν Γαλατίᾳ τὸν πρῶτον ἤθλησε χρόνον. Ἐκεῖθεν ἱστορίας εἵνεκα τὴν Παλαιστίνην κατέλαβεν, ἵνα τοὺς τὰ σωτήρια πάθη δεξαμένους θεασάμενος τόπους, ἐν αὐτοῖς τὸν σεσωκότα προσκυνήσῃ Θεόν · οὐχ ὡς τόπῳ περιγραφόμενον (ἠπίστατο γὰρ αὐτοῦ τὸ τῆς φύσεως ἀπερίγραφον), ἀλλ' ἵνα καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐστιάσῃ τῇ θεωρίᾳ τῶν ποθουμένων, καὶ μὴ μόνον τὸ τῆς ψυχῆς ὀπτικὸν, δίχα τῆς ὄψεως, τῆς πνευματικῆς διὰ τῆς πίστεως ἀπολαύῃ τρυφῆς. Πεφύκασι γάρ πως οἱ φιλοστόργως περί τινα διακείμενοι, οὐκ ἀπὸ τῆς θέας αὐτοῦ μόνης θυμηδίαν καρποῦσθαι, ἀλλὰ καὶ τὴν οἰκίαν, καὶ ἐσθήματα, καὶ ὑποδήματα, μετὰ πάσης θεωρεῖν εὐφροσύνης. Τοῦτον ἔχουσα τὸν ἔρωτα περὶ τὸν νυμφίον ἡ ἐν τοῖς Ἄσμασι τῶν ἀσμάτων φερομένη νύμφη βοᾷ λέγουσα · « Ὡς μῆλον ἐν τοῖς ξύλοις τοῦ δρυμοῦ, οὕτως ὁ ἀδελφιδοῦς μου ἀναμέσον τῶν υἱῶν. Ἐν τῇ σκιᾷ αὐτοῦ ἐπεθύμησα καὶ ἐκάθισα, καρπὸς αὐτοῦ γλυκὺς ἐν λάρυγγί μου. » Οὐδὲν οὖν ἀπεικὸς οὐδὲ ὁ θεῖος οὗτος πεποίηκεν ἀνθρωπος, τὸν αὐτὸν περὶ τὸν νυμφίον δεξάμενος ἔρωτα, καὶ τοῖς τῆς νύμφης χρησάμενος ῥήμασι· Τετρωμένη ἀγάπης ἐγώ. Ποθήσας δὲ καθάπερ τινὰ τοῦ νυμφίου θεωρῆσαι σκιὰν, τοὺς ἅπασιν ἀνθρώποις τὰς σωτηρίους πηγὰς ἀναβλύσαντας ἐπεζήτησε τόπους. Ἀπολαύσας τοιγαροῦν ὧν ἐπεπόθησε, κατήχθη μὲν εἰς τὴν Ἀντιόχειαν · θεασάμενος δὲ τῆς πόλεως τὸ φιλόθεον, τῆς πατρίδος τὴν ξένην προείλετο, πολίτας ἡγούμενος, οὐ τοὺς ὁμοφύλους καὶ συγγενεῖς, ἀλλὰ τοὺς ὁμογνώμονας, καὶ τῆς πίστεως κοινωνοὺς, καὶ τὸν αὐτὸν ἐφέλκοντας τῆς εὐσεβείας ζυγόν. Ταύτην δὲ τὴν διατριβὴν ἀγαπήσας, οὐ σκηνὴν ἐξέτεινεν, οὐ καλύβην ἐπήξατο, οὐκ οἰκίσκον ἀνήγειρεν, ἀλλ' ἐν ἀλλοτρίῳ τάφῳ τὸν πάντα διετέλεσε χρόνον. Ὑπερῷον δὲ εἶχεν οὗτος, καὶ δρύφακτόν τινα προβεβλημένον, ᾧ κλίμαξ συνηρμοσμένη τοὺς ἀναβῆναι βουλομένους ἐδέχετο. Ἐν τούτῳ καθειργμένος ὅτι πλεῖστον διετέλεσε χρόνον, ὕδατι μὲν ψυχρῷ χρώμενος, ἄρτον δὲ μόνον σιτούμενος, καὶ ταῦτα οὐ καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἀλλὰ μίαν μὲν ἄσιτος διαμένων, τῇ δὲ ὑστεραίᾳ τούτων αὐτῶν μεταλαγχάνων. Ἐπειδὴ δέ τις ἀφίκετο κορυβαντιῶν καὶ μεμηνὼς, καὶ τῆς τοῦ πονηροῦ δαίμονος ἐνεργείας ἀνάπλεως, ἐκάθαρε μὲν αὐτὸν προσευξάμενος, καὶ τῆς διαβολικῆς ἐκείνης ἠλευθέρωσε βακχείας. Ἀπιέναι δὲ μὴ βουλόμενον, ἀλλὰ τῆς θεραπείας ἐκείνης ἀντιδοῦναι τὴν διακονίαν καθικετεύσαντα, σύνοικον ἐποιήσατο. Οἶδα καὶ τοῦτον ἐγὼ, καὶ τοῦ θαύματος μέμνημαι, καὶ τὸν τῆς θεραπείας ἐθεασάμην μισθὸν, καὶ τῆς περὶ ἐμοῦ γενομένης αὐτοῖς ἀκήκοα διαλέξεως. Ὁ μὲν γὰρ Δανιὴλ ἔλεγε (τοῦτο γὰρ αὐτῷ ὄνομα), ὡς « Τῆς καλῆς αὐτῷ διακονίας κοινωνήσω κἀγώ. » Ὁ δὲ θεσπέσιος ἐκεῖνος

Digitized by Google

ἀνὴρ οὐ συνωμολόγει τοῦτο γενέσθαι, τὸ περὶ ἐμὲ τῶν γεγεννηκότων λογιζόμενος φίλτρον. Πολλάκις δέ με τοῖς γόνασιν ἐπικαθίσας, σταφυλῇ με καὶ ἄρτῳ διέθρεψε. Πεῖραν γὰρ αὐτοῦ τῆς πνευματικῆς χάριτος ἡ μήτηρ δεξαμένη, ἅπαξ με τῆς ἑβδομάδος ἑκάστης τρυγᾷν ἐκείνην τὴν εὐλογίαν ἐκέλευε. Γέγονε δὲ αὐτῇ γνώριμος ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε· Πάθος αὐτῇ θατέρῳ τῶν ὀφθαλμῶν ἐπισκῆψαν, κρεῖττον ἐφάνη ἰατρικῆς ἐπιστήμης· οὐδὲν γὰρ ἦν, ἢ τοῖς παλαιοῖς συγγεγραμμένον, ἢ τοῖς ὕστερον γενομένοις ἐξευρημένον, ὃ μὴ προσηνέχθη τῇ νόσῳ. Ἐπειδὴ δὲ ἅπαντα ἥλεγξεν, καὶ ἐδίδαξεν οὐδεμίαν δύνησιν ἔχοντα, ἦκέ τις τῶν συνήθων τὸν θεῖον ἄνδρα μηνύουσα, καὶ τὸ γεγενημένον ὑπ' αὐτοῦ διδάσκουσα θαῦμα. Τὴν γὰρ ὁμόζυγα ἔλεγε τοῦ τηνικάδε τῆς Ἑῶ κατέχοντος τὰ πηδάλια (Περγάμιος δὲ ἦν οὗτος), τῷ παθήματι τῷδε περιπεσοῦσαν, ἰάσασθαι αὐτὸν εὐχῇ καὶ σφραγῖδι χρησάμενον. Ἤκουσεν ἡ μήτηρ, καὶ παραυτίκα πρὸς τὸν θεῖον ἄνθρωπον ἔδραμε. Περικείμενα δὲ εἶχεν ἕρματα, καὶ περιδέραια, καὶ τἆλλα χρυσία, καὶ τὴν ποικίλην ἐσθῆτα τὴν ἐκ σηρικῶν νημάτων ὑφασμένην. Οὐδέπω γὰρ τῆς ἀρετῆς τῆς τελειοτέρας ἐγεύετο· ἦνθει δὲ καὶ τῷ χρόνῳ, καὶ ταῦ τῆς νεότητος ἠνείχετο κόσμου. Ἡ θεσπεσία τοίνυν κεφαλὴ τὰ τοιαῦτα θεασαμένη, τῆς φιλοκοσμίας πρότερον τὴν ἀῤῥωστίαν ἰάσατο, τοιοῖσδε λόγοις χρησάμενος· « Εἰπέ μοι, ἔφη, τέκνον (τῇ γὰρ αὐτοῦ χρήσομαι φωνῇ, καὶ οὐκ ἀμείψω τῆς ἁγίας ἐκείνης γλώττης τὸ πρόσρημα), εἴ τις ζωγράφος, εὖ μάλα τὴν τέχνην ἠσκημένος, εἰκόνα τινὰ γράψειεν, ὡς νόμος ὑπαγορεύει τῆς τέχνης, καὶ ταύτην προθείη τοῖς βουλομένοις ὁρᾷν· ἀφικόμενος δέ τις ἕτερος, ἐκείνην μὲν τὴν τέχνην οὐκ ἀκριβῶς ἐπισταμένος, σχεδιάζων δὲ πρὸς τὸ δοκοῦν ἃ ἀναγράψαι θελήσειεν· εἶτα μεμψάμενος τῇ τεχνικῇ ἐκείνῃ ζωγραφίᾳ, προσθείη μὲν ταῖς ὀφρύσι καὶ ταῖς βλεφαρίσι μακροτέρας γραμμὰς, λευκότερον δὲ τὸ πρόσωπον ἀποφήνειε, καὶ ταῖς παρειαῖς τοῦ ἐρυθροῦ χρώματος ἐπεμβάλοι, οὔ σοι δοκεῖ τὸν πρότερον εἰκότως ἀγανακτῆσαι ζωγράφον, ὡς τῆς τέχνης αὐτῷ λίαν ὑβρισμένης, καὶ προσθήκας ὧν οὐκ ἐδεῖτο ὑπὸ ἀμαθοῦς δεξιᾶς δεξαμένης; Οὐκοῦν, ἔφη, καὶ τὸν τῶν ἁπάντων Δημιουργὸν, καὶ τῆς ἡμετέρας φύσεως Πλάστην τε καὶ Ζωγράφον ἀγανακτεῖν πιστεύετε, ὅτι τῆς ἀῤῥήτου σοφίας ἐκείνης ἀμαθίαν κατηγορεῖτε. Οὐ γὰρ ἂν τὸ ἐρυθρὸν, καὶ λευκὸν, καὶ μέλαν ἐπεχέατε χρῶμα, εἰ μὴ ἐνδεῖν ὑμῖν ταύτης ἐνομίζετε τῆς προσθήκης· δεῖσθαι δὲ τούτων ὑπολαμβάνουσαι τὸ σῶμα, ἀσθένειαν καταψηφίζεσθε τοῦ ποιητοῦ. Προσήκει δὲ εἰδέναι, ὅτι σύμμετρον ἔχει τῇ βουλήσει τὴν δύναμιν. « Πάντα γὰρ, ᾗ φησιν ὁ Δαβὶδ, ὅσα ἠθέλησεν ὁ Κύριος ἐποίησε· » τὸ δὲ συνοῖσον ἅπασι προμηθούμενος, ὅσα λωβᾶται οὐ δίδωσι. Μὴ τοίνυν διαφθείρετε τοῦ Θεοῦ τὴν εἰκόνα, μηδὲ πειρᾶσθε προστιθέναι ἅπερ ὁ σοφὸς οὐκ ἔδωκε, μηδὲ τὸ νόθον τοῦτο ἐπινοεῖτε κάλλος, ὃ καὶ ταῖς σωφρονούσαις λυμαίνεται τοῖς ὁρῶσιν ἐπιβουλεῦον. » Ἤκουσε τούτων ἡ πάντα

A me jubebat. Ejus porro notitiam hac occasione adepta est : Laborabat illi alter oculorum morbo ejusmodi, cui cedere ars medica videbatur. Nihil enim erat, vel conscriptum ab antiquis, vel a recentioribus inventum, quod huic curando admotum non fuisset. Postquam autem omnia revicit, et opem nullam afferre docuit, indicavit illum accedens mulier quædam e domesticis, factique ab eo miraculi mentionem fecit. Aiebat enim uxorem illius qui tunc regebat Orientem, Pergamius autem is erat, cum eodem morbo premeretur ab eo curatam fuisse precibus et crucis signaculo. Audivit mater, confestimque ad divinum hominem se contulit. Habebat autem illa circa se et inaures, et monilia et alia ex auro, et vestem variam ex sericis filis con-
B textam. Nondum enim perfectiorem virtutem **1189** degustarat, et flos erat ætatis, juventutisque ornatu delectabatur. Divinum ergo caput hæc intuens, nimiæ elegantiæ primum ægritudinem sanavit, in hunc illam modum alloquens : « Dic mihi, inquit, filia (ipsa enim ejus verba proferam, et sanctæ illius linguæ allocutionem non immutabo), si quis pictor artis suæ peritissimus, imaginem aliquam ex artis legibus accurate depingat, et hanc videre volentibus spectandam proponat : veniatque alius quispiam in arte rudis, ad libidinem ea lingens quæ pingere voluerit : deinde artificiosam illam picturam reprehendens, superciliis et ciliis lineas addat longiores, et candidiorem vultum
C reddat, et rubrum genis colorem inducat, an priorem pictorem putas non succensurum, tanquam arti suæ gravi facta injuria, et additamentis quibus opus non erat ab indocta manu impositis ? Ergo, inquit, Conditorem quoque omnium, naturæque nostræ Figulum et Pictorem, indignari credite, quod immensam illam sapientiam imperitiæ arguitis. Neque enim rubeum, et album, et nigrum colorem infunderetis, nisi hoc additamento egere vos putaretis. Egere autem his corpus dum creditis, imbecillitatis damnatis auctorem. Atqui sciendum est, voluntati parem illum habere potestatem. « Omnia enim, » inquit David, « quæcunque voluit fecit [a] : » sed omnium utilitati consulens ea non dat quæ damnum afferunt.
D Quare imaginem Dei ne corrumpatis, neque adjicere conemini quæ sapienter non dedit, neque adulterinam **1190** excogitetis pulchritudinem, quæ et pudicas labefacit, videntibus tendens insidias. » Audiit hæc femina longe optima, Petrique reti mox capta est. Nam et hic quoque cognominis sui exemplo piscabatur, pedibusque ejus advoluta et obtestans, sanitatem oculo restitui rogabat. At ille hominem se dicebat esse, atque eadem cum ipsa præditum natura : grave præterea peccatorum onus sustinere, eamque ob causam sine fiducia apud Deum esse. Cumque lugeret mater et obsecraret, nec ipsum relicturam se affirmaret nisi sanitatem obtineret, Deum horum curatorem esse dixit,

[a] Psal. cxiii, 3.

Digitized by Google

semperque credentibus quæ postulant concedere. « Proinde dabit nunc etiam, inquit, non mihi gratiam tribuens, sed fidem tuam considerans. Quare si hanc integram habes et sinceram, et ab omni dubitatione liberam, valedicens et medicis et pharmacis, divinitus datum accipe hoc remedium. » His dictis, oculo manum imposuit, et salutaris signo crucis expresso morbum depulit. Inde domum reversa, eluto pharmaco, ascititioque omni ornatu abjecto, vitam ex præscriptis a medico legibus instituit, nec variam induens vestem, nec auro se convenustans. Atque hæc cum juvenis admodum esset, annum scilicet ætatis agens vicesimum tertium, necdum etiam mater facta, post septem enim alios annos me tandem enixa est, qui primus illi atque ultimus partus fuit. Tantum illi magni Petri disciplina profuit, ut duplicem adepta sit curationem. Corpori enim medicinam quærens, **1191** animæ simul incolumitatem consecuta est. Talia ille loquens operabatur : talem orans potestatem habebat.

A ἀρίστη γυνή, καὶ παραυτίκα εἶσω τῆς τοῦ Πέτρου σαγήνης ἐγένετο. Τῷ γὰρ ὁμωνύμῳ παραπλησίως καὶ οὗτος ἁλίευε, καὶ τῶν ποδῶν ἀπτομένη, καὶ ποτνιωμένη τῷ ὀφθαλμῷ βοηθῆναι τὴν θεραπείαν ἱκέτευεν. Ὁ δὲ ἄνθρωπος μὲν ἔλεγεν εἶναι καὶ τὴν αὐτὴν ἔχειν φύσιν αὐτῇ, πολὺν δὲ ἁμαρτημάτων φορυτὸν ἐπιφέρεσθαι, καὶ τούτου εἵνεκα τῆς πρὸς τὸν Θεὸν παῤῥησίας ἀποστερεῖσθαι. Ὡς δὲ ἔκλαιεν ἡ μήτηρ, καὶ ἠντιβόλει, καὶ ἔφασκε μὴ καταλείψειν, εἰ μὴ τύχοι τῆς ἰατρείας, τὸν Θεὸν ἔφη τούτων εἶναι θεραπευτὴν, χορηγεῖν δὲ ἀεὶ τοῖς πιστεύουσι τὰς αἰτήσεις. « Δώσει τοίνυν, εἶπε, καὶ νῦν, οὐκ ἐμοὶ τὴν χάριν δωρούμενος, ἀλλὰ τὴν σὴν πίστιν θεώμενος. Εἰ τοίνυν ταύτην ἔχεις ἀκραιφνῆ καὶ εἰλικρινῆ, καὶ πάσης ἀμφιβολίας ἀπηλλαγμένην, ἐῤῥῶσθαι καὶ B ἰατροῖς φράσασα καὶ φαρμάκοις, τοῦτο δέξαι τὸ θεόσδοτον φάρμακον. » Ταῦτ' εἰπὼν, ἐπέθηκε τὴν χεῖρα τῷ ὀφθαλμῷ, καὶ τοῦ σωτηρίου σταυροῦ τὸ σημεῖον τυπώσας, τὴν νόσον ἀπήλασεν. Ἐκεῖθεν εἰς τὴν οἰκίαν ἐπανελθοῦσα, καὶ τὸ φάρμακον ἀπονιψαμένη, καὶ τὸν ἐπείσακτον ἅπαντα ἀπορῥίψασα κόσμον, κατὰ τοὺς ὑπὸ τοῦ ἰατροῦ τεθέντας νόμους ἐπολιτεύετο, οὔτε ποικίλην ἐσθῆτα περιβαλλομένη, οὔτε χρυσίοις ὡραΐζομένη· καὶ ταῦτα νέαν ἄγουσα τὴν ἡλικίαν κομιδῇ· τρίτον γὰρ καὶ εἰκοστὸν ἐκ γενετῆς ἦγεν ἔτος, μήτηρ οὐδέπω γενομένη· ἑπτὰ γὰρ ἄλλα ἐπιβιώσασα ἔτη, οὕτω τὰς ἐμὰς ὠδῖνας ἐδέξατο, ἃς καὶ πρώτας καὶ μόνας ἐδέξατο. Τοσοῦτον τῆς τοῦ μεγάλου Πέτρου διδασκαλίας ἀπώνατο· καὶ διπλῆν ἐδέξατο θεραπείαν, καὶ τῷ σώματι τὴν ἰατρείαν μαστεύουσα, καὶ τὴν τῆς ψυχῆς πρυσεκτήσατο εὐεξίαν. Τοιαῦτα καὶ λέγων ἐκεῖνος ἐνήργει, καὶ προσευχόμενος ἴσχυεν.

Alio vero tempore famulum coquum a malo quodam dæmone vexatum, cum ad eum perduxisset, ejusque opem implorasset, oratione facta, vir divinus imperavit dæmoni ut datæ sibi adversus Dei creaturam potestatis causam effaretur. Tum ille, tanquam homicida quispiam vel muri perfossor coram judicis stans tribunali, et a se patrata eloqui jussus, ordine omnia, verum præter morem dicere metu coactus, enarravit. Heliopoli aiebat famuli hujus dominum ægrotasse, et dominam conjugi ut ægroto assedisse, ancillas porro domus illius, in qua manebant, monachorum, qui Antiochiæ philosophabantur, vitam commemorasse, et quanta in dæmones prædili essent potestate. Has deinde, ut puellas ludo gaudentes, dæmoniacas et furiosas simulasse, famulum autem illum ipsum, pellicea veste amictum, monachorum ritu eos adjurasse. Quæ dum fierent, « ego, inquit, ante fores stans, et **1192** gloriosa illa de monachis verba non ferens, experiri reipsa volui, quam illos habere jactabant potestatem. Itaque missas faciens ancillas, in hunc me intrusi, scire cupiens quo pacto a monachis expellerer. Nunc vero perdidici, nec alia opus habeo experientia : quare jussu tuo mox exeo. » Atque hæc dicens fugit, et famulus libertatem adeptus est. Alterum quoque rusticum matris ejus mater, nutrix vero mea, dæmoniacum ad vitiorum hostem adducens, oravit ut ei opem ferret. Quem ille rursus interrogavit, cujus esset, et a quonam potestatem in Dei creaturam accepisset ? Cumque tacitus ille subsisteret, nihilque responderet, genibus flexis Deum oravit, obsecrans ut scelerato

Ἄλλοτε δὲ οἰκέτην ὀψοποιὸν ὑπό τινος πονηροῦ δαίμονος ἐνοχλούμενον ἀπαγαγοῦσα, τῆς παρ' αὐτῶ τυχεῖν ἐπικουρίας ἱκέτευε. Προσευξάμενος δὲ ὁ Θεῖος C ἀνὴρ, ἐκέλευσε τῷ δαίμονι τῆς κατὰ τοῦ θείου ποιήματος ἐξουσίας τὴν αἰτίαν εἰπεῖν. Ὁ δὲ, καθάπερ τις ἀνδροφόνος ἢ τοιχωρύχος πρὸ δικαστικοῦ βήματος ἑστὼς, καὶ λέγειν ἃ δέδρακε προστατόμενος, οὕτως ἅπαντα διεξῆει, παρὰ τὸ εἰωθὸς ὑπὸ δέους ὀληθεύειν ἀναγκαζόμενος, καὶ ἔφασκεν ἐν Ἡλιουπόλει τὸν μὲν τοῦ οἰκέτου ἀῤῥωστῆσαι δεσπότην, τὴν δέ γε δέσποιναν τῷ ὁμόζυγι ἅτε δὴ ἀῤῥωστοῦντι παρακαθῆσθαι· τὰς δὲ παιδίσκας τῆς οἰκίας, ἐν ᾗ κατέμενον, τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ φιλοσοφούντων μοναχῶν διηγεῖσθαι τὸν βίον, καὶ ὅσην κατὰ δαιμόνων ἔχουσι τὴν ἰσχύν. Εἶτα ταύτας, οἷα δὴ κόρας παιδιᾷ χαιρούσας, ὑποκρίνεσθαι τὰς δαιμονιώσας καὶ μεμηνυίας, αὐτὸν δὲ ἐκεῖνον τὸν οἰκέτην σισύραν περι- D βαλλόμενον, μοναχικῶς ἐξορκίζειν ἐκείνας. « Τούτων, φησὶν, ἐπιτελουμένων, παρὰ τὴν θύραν ἑστὼς, καὶ τοὺς ἀλαζονικοὺς περὶ τῶν μοναχῶν λόγους οὐκ ἐνεγκὼν, τῇ πείρᾳ μαθεῖν ἠβουλήθην, ἣν ἔχειν ἐκείνους ἐνεαυτεύσαντο δύναμιν. Τούτου εἵνεκα τὰς παιδίσκας καταλιπὼν, εἰς τοῦτον ἐμαυτὸν εἰσέῤῥησα, μαθεῖν ἐθελήσας, ὅπως ὑπὸ τῶν μοναχῶν ἐξελαύνομαι. Καὶ νῦν, ἔφη, μεμάθηκα, καὶ πείρας ἑτέρας οὐ δέομαι· παραυτίκα δὲ σοῦ κελεύοντος ἔξειμι. » Ταῦτα λέγων ἐδραπέτευε, καὶ τῆς ἐλευθερίας ὁ οἰκέτης ἀπῆλαυε. Καὶ ἕτερον δὲ ἄγροικον τῆς μητρὸς μὲν ἡ μήτηρ, ἐμὴ δὲ τιτθὴ, δαιμονῶντα προσαγαγοῦσα ἐπαμῦναι παρεκάλει τὸν τῆς κακίας ἀντίπαλον. Ὁ δὲ πάλιν ἐπυνθάνετο, πόθεν τε εἴη, καὶ παρὰ τίνος ἔλαβε τὴν κατὰ τοῦ θείου ποιήματος ἐξουσίαν. Ὡς

Digitized by Google

δὲ σιγῶν ἐκεῖνος εἰστήκει τὴν ἀπόκρισιν μὴ ποιούμενος, τὰ γόνατα κλίνας προσηύχετο, καὶ τὸν Θεὸν ἠντιβόλει δεῖξαι τῷ ἀλιτηρίῳ τῶν οἰκείων θεραπόντων τὴν δύναμιν. Καὶ πάλιν ἀνίστατο, καὶ πάλιν ἐκεῖνος ἀντιτείνων ἐσίγα, καὶ ταῦτα μέχρις ἐννάτης ἐγίνετο. Ἐπειδὴ δὲ θερμοτέραν καὶ σπουδαιοτέραν τῷ Δεσπότῃ προσενήνοχε προσευχήν, ἀναστὰς ἔλεγε πρὸς τὸν ἀλιτήριον· « Οὔ σοι ἐπιτάττει Πέτρος, ἀλλ' ὁ Πέτρου Θεός· ἀπόκριναι τοίνυν ὑπὸ τῆς ἐκείνου δυνάμεως καταναγκαζόμενος. » Ἠδέσθη, καίπερ ἀναίσχυντος ὤν, ὁ ἀλάστωρ τὴν τοῦ ἁγίου ἐπιείκειαν, καὶ φωνῇ μεγίστῃ χρησάμενος ἐβόα, ὡς τῷ ὄρει μὲν τῷ Ἀμανῷ σχολάζοι· « Τοῦτον δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν θεασάμενος ὕδωρ ἀπό τινος πηγῆς ἀρυόμενόν τε καὶ πίνοντα, ἠθέλησα οἰκητήριον οἰκεῖον ποιήσασθαι. — Ἀλλ' ἔξιθι, ἔλεγεν ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, τοῦ σταυρωθέντος ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης τοῦτό σοι παρεγγυῶντος. » Ἤκουεν ἐκεῖνος, καὶ ἔφευγε, καὶ τῆς λύττης ἐλεύθερος ἀπεδίδοτο τῇ τιτθῇ ὁ γεωργός. Καὶ ἕτερα δὲ μυρία τῆς μακαρίας ἐκείνης ψυχῆς τοιαῦτα ἔχων διηγήματα, παραλείψω τὰ πλεῖστα, τῶν πολλῶν δεδιὼς τὴν ἀσθένειαν· εἰς σφᾶς γὰρ ἀφορῶντες, ταῖς τῶν θείων ἀνδρῶν ἀπιστοῦσι θαυματουργίαις. Ἓν δὲ ἢ δύο διηγησάμενος, ἐφ' ἕτερον ἀγωνιστὴν μεταβήσομαι.

Ἦν τις ἀκόλαστος, στρατηγὸς ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις. Κόρη τοίνυν τις ἀπειρόγαμος, ὥραν ἔχουσα γάμου, ὑπὸ τὴν τούτου δεσποτείαν τελοῦσα, τὴν μητέρα καταλιποῦσα, καὶ τοὺς οἰκείους, εἰς γυναικωνῖτιν κατέφυγε συμμορίαν ἔχουσαν ἀθλητῶν. Ἀγωνίζονται γὰρ καὶ γυναῖκες τοῖς ἀνδράσι παραπλησίως, καὶ εἰς τὸ τῆς ἀρετῆς καταβαίνουσι στάδιον. Ταύτης μαθὼν ὁ στρατηγὸς τὴν φυγὴν, ἐμαστίγου τὴν μητέρα καὶ ἐκρεμάννυ· καὶ οὐ πρότερον ἀφῆκε δεσμῶν, ἕως τὸ τῶν εὐσεβῶν γυναικῶν ὑπέδειξε καταγώγιον. Τῇ λύττῃ τοίνυν τῇ οἰκείᾳ χρησάμενος, ἥρπασεν ἐκεῖθεν τὴν κόρην, καὶ εἰς τὴν οἰκείαν οἰκίαν ἐπανήγαγε· καὶ ἤλπισεν ὁ δείλαιος τὴν οἰκείαν κορέσειν ἀκολασίαν. Ἀλλ' ὁ τὸν Φαραὼ ἑτασμοῖς μεγάλοις καὶ πονηροῖς ἑτάσας περὶ Σάρρας τῆς γυναικὸς Ἀβραάμ, καὶ ἀνέπαφον φυλάξας τὴν σώφρονα, καὶ τοὺς Σοδομίτας πατάξας ἀορασίᾳ, ἐμπαροινεῖν ὡς ξένοις τοῖς ἀσωμάτοις ἐπιχειρήσαντας, οὗτος καὶ τούτου τὸ ὀπτικὸν ἀορασίᾳ βαλὼν, ἐκ μέσου τῶν δικτύων τὸ θήραμα διαφυγεῖν παρεσκεύασε· καὶ εἰς τὸν θάλαμον αὐτὸς μὲν εἰσῄει, ἐκείνη δὲ ἔνδον διαφυλαττομένη παραυτίκα ἐξῄει καὶ φροῦδος ἦν, καὶ τὸ τρίπόθητον αὐτῇ κατέλαβε καταγώγιον. Οὕτω μαθὼν ὁ ἀνόητος, ὡς τῆς τὸν θεῖον μνηστῆρα προελομένης οὐ περιέσται, ἡσυχίαν ἄγειν ἠναγκάζετο, οὐκέτι τὴν ἁλοῦσαν καὶ θείᾳ δυνάμει διαφυγοῦσαν ἐπιζητῶν. Αὖτη χρόνου διελθόντος παθήματι περιέπεσε χαλεπῷ· καρκῖνος δὲ τὸ πάθος ἦν· τῷ δὲ μαστῷ ἐξογκουμένῳ καὶ ἡ ὀδύνη συνηύξετο. Ἀλλὰ τὸν μέγαν ἐκάλει Πέτρον ἐν τῇ τῆς ὀδύνης ἀκμῇ, καὶ ἔφασκεν εὐθὺς τῆς ἱερᾶς ἐκείνης φωνῆς εἰς τὰ ὦτα βαλλομένης, πᾶσαν ἐκείνην τὴν ὀδύνην κοιμίζεσθαι, καὶ μηδὲ βραχεῖαν αἴσθησιν ἐκεῖθεν ἀνιαρὰν ὑποδέχεσθαι. Τούτου χάριν αὐτὸν καὶ συχνότερον μεταπεμπομένη ψυχαγωγίας ἀπήλαυεν. Ἅπαντα γὰρ ἔλεγε τὸν τῆς ἐκείνου παρουσίας καιρὸν παντελῶς τὰς ἀλγηδόνας ἀφίστασθαι.

famulorum suorum vires ostenderet. Iterumque surrexit, et ille contra renitens iterum obmutuit, atque hoc modo ad horam usque nonam res processit. Postea vero, cum ardentiores Domino et intentiores preces obtulisset, surgens, sceleratumque compellans, « Non Petrus, ait, tibi imperat, sed Petri Deus; quare illius adactus potentia responde. » Reveritus est nefarius, impudens licet, sancti viri modestiam, magnaque voce exclamans : « In Amano, inquit, monte versor ; hanc autem aquam in via e fonte haurientem et bibentem cum vidissem, in eo mihi domicilium constituere volui. — At egredere, ait homo Dei, tibi hoc illo imperante, qui pro orbe terrarum suffixus est cruci. » Audiit ille et fugit, nutricique liber a furore redditus est agricola. Alias id genus innumeras de beata illa anima narrationes habens, plurimas prætermittam, multorum metuens infirmitati, qui in seipsos intuentes, sanctorum virorum miraculis fidem negant, unumque et alterum ubi exposuero, ad alium athletam progrediar.

Vir erat libidinosus, militum olim magister : puella autem quædam nondum nupta, sed nubilis, quæ sub ejus erat dominio, matre relicta et suis, ad gynæceum quoddam se contulit, in quo cœtus erat athletarum. Decertant enim etiam feminæ, quemadmodum viri, et in stadium virtutis descendunt. Hujus cognita fuga, magister matrem flagris cecidit, et **1193** vinctam suspendit, nec vinculis prius exemit, quam religiosarum mulierum habitaculum ostendit. Illinc ergo, furori obsequens, puellam rapuit, et domum suam perduxit, sperans infelix se libidinem suam expleturum. Sed qui Pharaonem magnis et gravibus suppliciis affecit propter Saram Abrahæ conjugem, et intactam servavit continentem; qui et Sodomitas cæcitate perstrinxit, cum adversus corporis expertes, tanquam in hospites insanire conarentur, idem hujus quoque oculis caliginem offundens, fecit ut præda mediis ex retibus elaberetur : ita ut ille quidem thalamum intraret, hæc vero, quæ intus custodiebatur, subito evolaret, eoque frustrato expetitum sibi contubernium repeteret. Quare agnoscens vecors, se illam quæ divinum Sponsum prætulerat vincere non posse, quiescere coactus est, nec amplius eam persequi, quæ capta cum esset per divinam potentiam evaserat. Hæc ipsa procedente tempore gravem in morbum incidit (et cancer morbus hic erat), mamillaque intumescente dolor pariter increscebat. Sed cum doloris maxima vis erat, magnum Petrum invocabat, aiebatque, simul ac sacra illa vox auribus insonuerat, totum illum dolorem sedari solere, nullumque ex eo molestum sensum residere. Unde frequentius illum quoque accersens consolatione fruebatur. Affirmabat enim, quo tempore præsens aderat, omnes prorsus dolores abscessisse. Verum illam quidem post talia certa-

Digitized by Google

mina ex hac vita excedentem victoriæ laudibus prosecutus est. Rursus vero matrem meam, post partum quo me enixa est morti proximam, nutriciis **1194** precibus exoratus, adveniens e mortis faucibus eripuit. Decumbebat enim medicis, ut ferunt, desperantibus, lugentibus domesticis, et obitum præstolantibus, clausis oculis magna cum febre conflictans, familiarium neminem agnoscens. Ut autem advenit ille, qui apostolicum nomen gerebat et gratiam, et « Pax tibi, filia » dixit (hæc enim ejus erat salutatio), confestim palpebras reserasse dicitur, et in illum fixis oculis aspexisse, benedictionisque fructum postulasse. Postquam ululavit feminarum chorus (mista enim cum dolore animi lætitia clamorem illum expresserat), præcepit vir divinus ut orarent cum ipso universæ. Sic enim salutem recepisse dicebat Tabitham, vidnis lacrymantibus et magno Petro illarum Deo lacrymas offerente[d]. Orarunt, ut jusserat, et adeptæ sunt ut prædixit. Finita enim oratione, finem quoque morbus accepit : sudorque mox undique profluens ardorem illum exstinxit, et apparuere indicia sanitatis. Hæc nostris etiam temporibus miracula per famulos suos facit Dominus. Hujus quoque, sicut beatissimi Pauli, vestimenta operabantur[e] : quod quidem non exaggerationis alicujus studio posui, sed veritatis fretus testimonio. Nam zona sua bifariam divisa, lata quippe et longa erat, crasso e lino contexta, parte una lumbos suos cinxit, altera meos. Hanc mater ægrotanti mihi sæpe imponens, **1195** sæpe etiam patri, morbum depulit, eodemque ad sanitatem ipsa etiam persæpe usa est remedio. Sed et amicorum permulti hoc scientes, zonam ad ægros sublevandos identidem accipiebant, et gratiæ illius vim ubique declarabat. Quo illam modo cum quidam obtinuisset, eos qui dederant ingratus erga beneficos illa privavit : atque ita nos dono isto spoliati sumus. Sic ille cum resplenduisset, et Antiochiam radiis suis illustrasset, certaminum finem nactus est, repositam victoriæ coronam exspectans. Ego vero quam ab eo benedictionem dum superstes esset consecutus sum, eadem ut nunc etiam frui liceat obsecrans, huic quoque narrationi finem imponam.

Ἀλλ' ἐκείνην μὲν οὕτως ἀγωνισαμένην μετὰ τῶν ἐπινικίων ἐπαίνων τοῦδε τοῦ βίου προέπεμψε. Πάλιν δὲ τὴν μητέρα τὴν ἐμὴν, μετὰ τὰς ἐμὰς ὠδῖνας παρ' αὐτοῦ γενομένην τοῦ θανάτου τὰς πύλας, ὑπὸ τῆς τιτθῆς λιπαρηθεὶς ἀφικόμενος, ἐξήρπασε τῶν τοῦ θανάτου χειρῶν. Ἔκειτο γὰρ, ὡς φασιν, ἀπειρηκότων μὲν τῶν ἰατρῶν, τῶν δὲ οἰκείων ὀλοφυρομένων, καὶ προσδεχομένων τὸ τέλος, μεμυκότας ἔχουσα τοὺς ὀφθαλμοὺς, λάθρῳ πυρετῷ κατεχομένη, οὐδένα τῶν συνήθων ἐπιγινώσκουσα. Ὡς δὲ ἦκεν ὁ τῆς ἀποστολικῆς καὶ προηγορίας ἠξιωμένος καὶ χάριτος, καὶ, « Εἰρήνη σοι, τεκνίον, » ἐφθέγξατο (τοῦτο γὰρ ἦν αὐτῷ πρόσρημα), παραυτίκα λέγεται καὶ τὰ βλέφαρα ἀναπτύξαι, καὶ ἀτενὲς εἰς αὐτὸν ἰδεῖν, καὶ τῆς εὐλογίας τὸν καρπὸν ἐπαγγεῖλαι. Ὡς δὲ ἀνολόλυξε τῶν γυναικῶν ὁ χορὸς, (ἀθυμία γὰρ καὶ εὐθυμία κατὰ ταυτὸν ἐκράθησαν), καὶ τὴν βοὴν ἐκείνην εἰργάσαντο, παρεγγυᾷ ὁ θεῖος ἄνθρωπος κοινωνῆσαι αὐτῷ τῆς προσευχῆς ἁπάσας· οὕτω γὰρ ἔλεγε καὶ τὴν Ταβίθαν τῆς σωτηρίας τετυχηκέναι· τῶν μὲν χηρῶν ὀδυρομένων, τοῦ δὲ μεγάλου Πέτρου τὰ ἐκείνων δάκρυα προσφέροντος τῷ Θεῷ. Ἱκέτευον ὡς ἐκέλευσε, καὶ ἐλάμβανον ὡς προεῖρηκε. Τέλος γὰρ τῆς εὐχῆς δεξαμένης, τέλος καὶ ἡ νόσος ἐδέχετο, καὶ ἱδρὼς πάντοθεν ἐξαίφνης ἔῤῥει, καὶ τὸ πῦρ ἐκεῖνο ἐσβέννυτο, καὶ τὰ τῆς ὑγείας ἀνεφαίνετο σημεῖα. Τοιαῦτα καὶ ἐν τοῖς ἡμετέροις χρόνοις διὰ τῶν ἰδίων αὐτοῦ θεραπόντων ὁ Δεσπότης θαυματουργεῖ. Τούτου καὶ ὁ χρὼς τῶν ἱματίων [10] τῷ θειοτάτῳ Παύλῳ παραπλησίως ἐνήργει· καὶ τοῦτο οὐχ ὑπερβολῇ τινι χρώμενος τέθεικα, ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν συνομολογοῦσαν ἔχων. Τὴν γὰρ οἰκείαν ζώνην διχῇ τεμὼν (πλατεῖα δὲ ἦν καὶ μακρὰ, ἀπὸ λίνου παχέος πεπλεγμένη), τῷ μὲν ἡμίσει ταύτης τὴν οἰκείαν ὀσφὺν, τῷ ἑτέρῳ δὲ διέζωσε τὴν ἐμήν. Ταύτην πολλάκις μὲν ἐμοὶ νοσοῦντι ἐπιθεῖσα ἡ μήτηρ, πολλάκις δὲ τῷ πατρὶ, τὴν νόσον ἀπήλασε· καὶ αὐτὴ δὲ τούτῳ τῷ φαρμάκῳ πρὸς ὑγείαν ἐχρήσατο. Πολλοὶ δὲ καὶ τῶν γνωρίμων τοῦτο μεμαθηκότες συνεχῶς εἰς ἐπικουρίαν τῶν νοσούντων τὴν ζώνην ἐλάμβανον· καὶ πανταχοῦ τῆς ἐκείνου χάριτος ἐδίδασκε τὴν ἐνέργειαν. Οὕτω τις αὐτὴν λαβὼν τοὺς δεδωκότας ἐστέρησεν, ἀγνώμων περὶ τοὺς εὐεργέτας γενόμενος· τοῦτον τὸν τρόπον ἐκείνης τῆς δωρεᾶς ἐγυμνώθημεν.

Οὕτω λάμψας, καὶ τὴν Ἀντιόχου ταῖς ἀκτῖσι φωτίσας, ἔξω τῶν ἀγώνων ἐγένετο, τὸν ἀποκείμενον τοῖς νικηφόροις στέφανον ἀναμένων. Ἐγὼ δὲ ἧς περιόντος ἀπήλαυσα εὐλογίας, ταύτης καὶ νῦν ἀπολαῦσαι καθικετεύσας, πέρας ἐπιθήσω καὶ τῷδε τῷ διηγήματι.

X. — THEODOSIUS.

Rhosus Cilicum urbs est, ad dextram iis qui Ciliciæ sinum ingrediuntur. Hujus ad ortum et meridiem mons est altus, spatiosus et umbrosus, qui et feras quoque agrestes in silvis alit. In hoc saltum quemdam ad mare vergentem nactus, magnus celeberrimusque Theodosius, parva sibi

Ι'. — ΘΕΟΔΟΣΙΟΣ.

Ῥῶσός ἐστι Κιλίκισσα πόλις, ἐν δεξιᾷ εἰσπλέοντι τὸν Κιλίκιον κόλπον [11]. Ταύτης πρὸς ἕω καὶ μεσημβρίαν, ὄρος ἐστὶν ὑψηλὸν, ἀμφιλαφὲς, καὶ κατάσκιον· τρέφει δὲ καὶ θῆρας ἐν ταῖς λόχμαις ἀγρίους. Ἐν τούτῳ νάπην εὑρών τινα, πρὸς θάλασσαν ἀποκλίνουσαν, ὁ μέγας καὶ πολυθρύλλητος Θεοδόσιος, βραχὺν

[d] Act. IX, 40. [e] Act. XIX, 12.

VARIÆ LECTIONES

[10] An legendum : διὰ τῶν ἱματίων, q. d. corpus s. cuius per vestes? [11] πόντον videtur Herveti Liber habuisse.

Digitized by Google

τινα οἰκίσκον οἰκοδομήσας, μόνος τὴν εὐαγγελικὴν ἠσπάζετο πολιτείαν. Ἀνὴρ ἐκ τῆς Ἀντιόχου μὲν ἐρμώμενος, ἐπίσημος δὲ ὢν ἀπὸ τῆς τοῦ γένους λαμπρότητος· ἀλλ' ὅμως καὶ οἰκίαν, καὶ συγγένειαν, καὶ τἄλλα πάντα καταλιπὼν, τὸν πολυτίμητον εὐαγγελικῶς εἰπεῖν ἐπρίατο μαργαρίτην. Περὶ μὲν οὖν ἀπαστίας, καὶ χαμευνίας, καὶ τῆς ἐκ τριχῶν ἀμπεχόνης, περιττόν ἐστι λέγειν τοῖς τοὺς ἐκείνου θιασώτας καὶ φοιτητὰς θεωμένοις, καὶ ταύτην ἐν αὐτοῖς ὁρῶσι τὴν πολιτείαν. Διαφερόντως δὲ ὅμως ταῦτα ἐκεῖνος μετῄει, ἅτε δὴ παράδειγμα ἑαυτὸν προτιθεὶς τοῖς εἰσαγομένοις. Προσετίθει δὲ τούτοις τὸ ἐκ σιδήρου φορτίον αὐχένι, καὶ ὀσφύϊ, καὶ ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν. Καὶ κόμην δὲ ἔφερεν αὐχμηρὰν, καὶ μέχρις αὐτῶν διήκουσαν τῶν ποδῶν, καὶ περαιτέρω προβαίνουσαν, καὶ τούτου χάριν τῇ ἰξύϊ προσδεδεμένην. Προσευχῇ δὲ καὶ ὑμνῳδίᾳ διηνεκῶς χρώμενος, ἐπιθυμίαν, καὶ θυμὸν, καὶ τῦφον, καὶ τἄλλα τὰ ἄγρια τῆς ψυχῆς κατεκοίμιζε θηρία· πόνοις δὲ πόνους ἐπαύξων ἀεὶ, καὶ τὴν χειρῶν ἐργασίαν μετῄει, νῦν μὲν τὰς καλουμένας ῥιπίδας ὑφαίνων καὶ σπυρίδας, νῦν δὲ μικρὰς ἀρούρας ἐν τῇ νάπῃ κατασκευάζων, καὶ σπέρματα καταβάλλων, καὶ τὴν ἀποχρῶσαν ἐκεῖθεν συλλέγων τροφήν. Ἐπειδὴ δὲ τοῦ χρόνου προϊόντος πάντοθεν αὐτοῦ τὸ κλέος διέτρεχε, συνέθεον πολλοὶ πολλαχόθεν, κοινωνῆσαι αὐτῷ καὶ οἰκήσεως, καὶ πόνων, καὶ πολιτείας ἐπιθυμοῦντες· καὶ τούτους ὑποδεχόμενος, ἐπὶ τοῦτον ἐποδήγει τὸν βίον· καὶ ἦν ἰδεῖν, τοὺς μὲν ἱστία, τοὺς δὲ δέρρεις τριχίνας ὑφαίνοντας, τοὺς δὲ τὰς ῥιπίδας ἢ τὰς σπυρίδας διαπλέκοντας, ἄλλους δὲ τὴν γηπονίαν ἀναδεδεγμένους. Καὶ ἐπειδὴ παραθαλάσσιον ἦν τὸ χωρίον, καὶ πορθμεῖον ὕστερον κατασκευάσας, τούτῳ εἰς τὴν τῶν ἀγωγίμων ἐκέχρητο χρείαν, ἐκκομίζων τῶν συνοίκων τὰ ἔργα, καὶ εἰσκομίζων τὰ δέοντα. Τῆς ἀποστολικῆς γὰρ μεμνημένος φωνῆς, τῆς λεγούσης· « Νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐργαζόμενοι, εἰς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαί τινα ὑμῶν· » καὶ, « Αἱ χεῖρες αὗται ἐμοὶ καὶ τοῖς σὺν ἐμοὶ ἐπήρκεσαν· » αὐτός τε εἰργάζετο, καὶ τοὺς ὁμοσκήνους παρῄνει τοῖς κατὰ ψυχὴν πόνοις καὶ τοὺς σωματικοὺς συνεισφέρειν ἰδρῶτας. Καὶ γὰρ ἄτοπον, τοὺς μὲν ἐν βίῳ στρεφομένους, καὶ παιδία καὶ γυναῖκας ταλαιπωρουμένους καὶ πονοῦντας ἀποτρέφειν, καὶ πρὸς τούτοις καὶ φόρους εἰσφέρειν, καὶ δασμοὺς ἀπαιτεῖσθαι, καὶ τῷ Θεῷ προσφέρειν τὰς ἀπαρχὰς, καὶ τῶν προσαιτῶν εἰς δύναμιν θεραπεύειν τὴν ἔνδειαν· ἡμᾶς δὲ τὴν ἀναγκαίαν ἐκ τῶν πόνων μὴ πορίζεσθαι χρείαν· καὶ ταῦτα εὐτελεῖ μὲν τροφῇ καὶ βραχείᾳ, εὐτελεῖ δὲ ἐσθῆτι χρωμένους· ἀλλὰ καθῆσθαι εἴσω τὰς χεῖρας ἔχοντας, καὶ τῶν ἀλλοτρίων χειρῶν καρπουμένους. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα λέγων, ἐπὶ τὴν ἐργασίαν προέτρεπε· τὰς μὲν πανταχοῦ νενομισμένας θείας λειτουργίας ἐπιτελῶν εἰς καιρόν· τὸν δὲ μεταξὺ χρόνον ἀπονέμων τῇ ἐργασίᾳ. Οὐχ ἥκιστα δὲ τῆς τῶν ξένων ἐπεμελεῖτο Θεραπείας· ἀνδράσι πραότητι καὶ φρονήματος μετριότητι κεκοσμημένοις, καὶ τὴν περὶ τὸν πέλας κεκτημένοις ἀγάπην, ταύτην ἐγχειρίσας τὴν πρό-

exstructa domuncula, vitam solus amplexus est evangelicam, vir ortu quidem Antiochenus, genere autem nobili et illustri, sed qui, domo et cognatione et omnibus aliis relictis, pretiosam, quod est in Evangelio [f], emit margaritam. De hujus ergo abstinentia, humique cubatione, ac veste cilicino, supervacaneum sit iis narrare qui ejus discipulos vident, idemque in illis institutum conspiciunt. Insigniter tamen hæc ille præstabat, ut qui exemplum iis quos instituebat seipsum **1196** proponeret. Ad hæc autem ferri quoque pondus collo ac lumbis, et ambabus manibus adjecit. Comam præterea gestabat squalidam, et ad ipsos usque pedes pertingentem, atque ulterius etiam tendentem, eoque lumbis alligatam. Orationi et hymnodiæ operam navabat assiduam. Cupiditatem et iram et fastum, cæterasque animi feras edomabat: labores laboribus semper augens, manuum quoque opificia tractabat, nunc flabella quæ vocant, sportellasque texens, nunc agellos in saltu parans, et semina spargens, unde necessaria vitæ alimenta colligeret. Postquam vero temporis progressu ejus fama late divulgata est, multi multis ex locis accurrerunt, in ejus disciplinæ habitationisque societatem venire cupientes: quos excipiens ad hoc vitæ genus instituebat. Ac videre erat hos vela, illos cilicia texentes, alios flabella, alios sportellas plectentes, alios agriculturæ operam dantes. Et quia mari finitimus erat locus, cymbam etiam postea fabricans, ea usus est ad onera convehenda, exportans contubernalium opera, invehens quæ erant necessaria. Memor enim sententiæ apostolicæ: « Nocte ac die operantes, ne quem vestrum gravaremus [f]; » et: « Ad ea quæ mihi opus erant, et his qui mecum sunt, ministraverunt manus istæ [g], » et operabatur ipse, et socios ut cum animæ laboribus corporis etiam labores conjungerent hortabatur. Etenim absurdum esse eos, qui in sæculo versantur, et liberos et uxores multis cum ærumnis et laboribus **1197** alere, atque insuper tributa conferre, et vectigalia pendere, et Deo primitias offerre, pauperumque inopiæ pro viribus subvenire: nos vero res necessarias laboribus nostris non parare, præsertim cum vili ac modico cibo, vilique veste utamur, sed compressis manibus sedere, alienisque frui manibus. His aliisque similibus verbis ad laborem illos excitabat, consueta ubique divina officia in tempore peragens, quod vero intercedebat spatii operi faciendo impendens. Hospitum autem curam gerebat non levem, viris mansuetudine modestiaque ornatis, et spectatæ in proximum charitatis, has partes committens. Ipse vero inspiciebat et explorabat omnia, an ex præscriptis legibus sua quisque munia obiret. Tanti porro nominis evasit, ut qui navigabant, et mille amplius stadiis aberant, Theodosii Deum in periculis invocarent, Theodosiique appellatione sedarent maris tempestatem. Hunc

[f] I Thess. II, 9. [g] Act. XX, 34.

Digitized by Google

hostes quoque feri et immanes reveriti sunt, qui magnam Orientis partem populati sunt, captivosque abduxerunt. Quis enim eorum qui has terras nostras incolunt, temporum illorum calamitates non audivit, ab iis invectas, qui olim Solymi, nunc Isauri nuncupantur? Sed illi tamen, qui nec urbi ulli, nec vico pepercerant, sed, quotquot capere licuit, direptioni flammisque tradiderant, philosophiam istam reveriti sunt, et panem tantum poscentes, et ut pro se orarent innuentes, intactum illud monasterium, **1198** non semel, sed iterum reliquerunt. Attamen veriti Ecclesiarum antistites, ne diabolus pecuniæ cupiditatem barbaris injiciens, auctor esset ut magnum lumen illud captivum abduceremt (nec enim dubium erat, quin redemptionis pretium pro eo amplissimum illis missuri essent omnes qui res divinas habent in pretio), hortatu suo persuaserunt ut se conferret Antiochiam. Jam enim captivos egerant duos Ecclesiarum præsules, et omni quidem illos officio coluerant, sed quatuordecim aureorum pro utroque millibus acceptis ita demum redire quo vellent permiserant. Antiochiam ergo cum venisset, habitavit in diversorio flumini vicino, omnesque ad se pertraxit, qui talia decerpere noverunt.

Cæterum orationis cursu abreptus miraculum a divino viro factum prætermisi, quod incredibile fortasse multis videbitur, sed manet hactenus fidem narrationi asserens, docensque qualem ille apud Deum gratiam fiduciamque obtineret. Supra monasterium ab eo conditum prærupta rupes eminet, arida autem illa olim prorsus erat, et humoris expers. In hoc ille aquæductum a vertice ad monasterium usque designavit, quasi aquarum fluxum haberet in sua potestate. Plenus ergo fiduciæ in Deum, certusque, ut apparet, propitium sibi esse Dominum, et fidem gerens intrepidam, noctu evigilans ad summum aquæductum ascendit, priusquam sodales ad consuetas preces exsurgerent. Deumque supplex orans, et illi confidens qui facit voluntatem timentium **1199** ipsum, rupem virga qua innitebatur percussit, et illa mox dirupta fluminis instar aquam effudit: quæ in monasterium per aquæductum delata, ususque illi omnes abunde subministrans, inde in mare proximum evolvitur. Et Mosaica magni Theodosii gratia in hunc usque diem operans ostenditur. Satisque hoc unum est ad illius erga Deum fiduciam demonstrandam. Brevi autem apud Antiochiam tempore superstes, in angelorum cœtum receptus est. Elatumque est per mediam urbem sacrum corpus, tanquam aureis quibusdam coronis ferro illo exornatum, præeuntibus cunctis, etiam summos magistratus gerentibus. Eratque circa feretrum lis et concertatio, omnibus ferre contendentibus, fluentemque ex eo benedi-

νοιαν. Ἐπεσκόπει δὲ αὐτὸς ἅπαντα διερευνώμενος, εἰ κατὰ τοὺς κειμένους ἕκαστον ἐπιτελοῖτο νόμους. Οὕτω δὲ πολυθρύλλητος ἐγένετο, ὡς τοὺς ναυτιλλομένους, καὶ πλείοσιν ἢ χιλίοις ἀφεστῶτας σταδίοις, τὸν Θεοδοσίου καλεῖν ἐν τοῖς κινδύνοις Θεὸν, καὶ τῇ Θεοδοσίου προσηγορίᾳ κατακοιμίζειν τῆς θαλάσσης τὴν ζάλην. Τοῦτον ἠδέσθησαν καὶ πολέμιοι θρασεῖς καὶ ἀνήμεροι, οἱ τῆς ἕω τὸ πλεῖστον ληῒσάμενοί τε καὶ ἐξανδραποδισάμενοι. Τίς γὰρ τῶν τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκουμένην οἰκούντων ἀνήκοος τῶν κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν συμβεβηκότων κακῶν, ὑπὸ τῶν πάλαι μὲν Σολύμων, νυνὶ δὲ Ἰσαύρων ὀνομαζομένων; Ἀλλ' ὅμως μὴ πόλεως, μὴ κώμης ἐκεῖνοι φεισάμενοι, ἀλλ' ἁπάσας ὅσας ἐλεῖν ἠδυνήθησαν ληῒσάμενοι καὶ πυρὶ παραδόντες, ἐκείνην τὴν φιλοσοφίαν ἠδέσθησαν, καὶ ἄρτους μόνους αἰτήσαντες, καὶ εὐχὰς ἐπαγγείλαντες, ἀλώβητον τὸ ἀσκητικὸν ἐκεῖνο κατέλιπον καταγώγιον, καὶ τοῦτο οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δὶς πεποιήκασι. Δείσαντες δ' ὅμως τῶν Ἐκκλησιῶν οἱ πρόεδροι, μὴ χρημάτων ἔρωτα τοῖς βαρβάροις ὁ διάβολος ἐμβαλὼν, δορυάλωτον γενέσθαι παρασκευάσῃ τὸν μέγαν ἐκεῖνον φωστῆρα· καὶ γὰρ ἦν εἰκὸς λύτρα πάμπολλα πανταχόθεν ὑπὲρ αὐτοῦ παρὰ πάντων τῶν τὰ θεῖα τιμώντων πεμφθήσεσθαι αὐτοῖς· παρακαλέσαντες πείθουσι τὴν Ἀντιόχειαν καταλαβεῖν. Ἤδη γὰρ δύο τῶν Ἐκκλησιῶν προέδρους αἰχμαλώτους εἰλήφασι, καὶ θεραπείας μὲν ἁπάσης ἠξίωσαν. Τετρακισχιλίους δὲ καὶ μυρίους ὑπὲρ ἀμφοτέρων δεξάμενοι χρυσοῦς, οὕτως ἐπέτρεψαν ἐπανελθεῖν ὅποι βούλοιντο. Ἐπειδὴ δὲ εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ἀφίκετο, ὤρκησε μὲν καταγώγιον τῷ ποταμῷ παρακείμενον· πάντας δὲ πρὸς ἑαυτὸν εἵλκυσε τοὺς τὰ τοιαῦτα τρυγᾶν ἐπισταμένους.

Ὑπὸ δὲ τῆς τοῦ λόγου ῥύμης ἑλκόμενος, παρῆκα διηγήσασθαι θαῦμα, ὑπὸ τοῦ θεσπεσίου τούτου γενόμενον. Ὅ τάχα τοῖς πολλοῖς καὶ ἄπιστον εἶναι δόξει, διαμένει μέντοιγε μαρτυροῦν τῷ λόγῳ μέχρι καὶ νῦν, καὶ δεικνῦον οἵας ἔτυχεν ὁ θαυμάσιος οὗτος ἀνὴρ παρὰ τῷ Θεῷ χάριτός τε καὶ παῤῥησίας. Κρημνώδης τις πέτρα ὑπέρκειται τοῦ φροντιστηρίου, οὗπερ αὐτὸς ἐδείματο, ἄνικμος δὲ καὶ ξηρὰ παντελῶς ὑπῆρχε τὸ πρότερον. Ἐν ταύτῃ ὑδραγώγιον ἐποίησεν ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὸ μοναστήριον φερόμενον, ὥσπερ ὑπὸ χεῖρα ἔχων τὴν τῶν ὑδάτων φοράν. Πεποιθήσεως δὲ γέμων εἰς Θεὸν, καὶ θαῤῥῶν, ὡς εἰκὸς, εὐμενῆ τὸν Δεσπότην κεκτημένος, καὶ πίστιν ἔχων ἀδίστακτον, νυκτὸς διεγερθεὶς, ἄνεισιν ἐπὶ τὴν ἄκραν τοῦ ὑδραγωγοῦ, πρὶν τοὺς θιασώτας ἐπὶ τὰς συνήθεις εὐχὰς διαναστῆναι. Καὶ διὰ προσευχῶν τὸν Θεὸν ἱκετεύσας, θαῤῥῶν τῷ ποιοῦντι τὸ θέλημα τῶν φοβουμένων αὐτὸν, τῇ ῥάβδῳ, ἐν ᾗ σκηριπτόμενος ἐτύγχανεν, ἔτυψε τὴν πέτραν· ἡ δὲ ῥαγεῖσα ὕδωρ ποταμηδὸν ἀνέβλυσε· καὶ εἴσω τοῦ μοναστηρίου διὰ τοῦ ὑδραγωγοῦ γενόμενον, καὶ εἰς πᾶσαν χρείαν πλουσίως χορηγοῦν, εἰς τὴν παρακειμένην θάλασσαν ἐκκρίνεται. Καὶ δείκνυται μέχρι δεῦρο, τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου ἡ Μωσαϊκὴ χάρις ἐνεργαῦσα. Ἀπόχρη δὲ καὶ τοῦτο μόνον δεῖξαι τοῦ ἀνδρὸς τὴν πρὸς τὸν Θεὸν παῤῥησίαν. Ὀλίγον δὲ ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐπιβιώσας χρόνον, πρὸς τὴν ἀγγελικὴν μετέστη χορείαν. Διὰ δὲ μέσου τοῦ ἄστεος τὸ σῶμα τὸ ἱερὸν ἐφέρετο, οἷόν τισι στεφάνοις χρυσοῖς τῷ σιδήρῳ ἐκείνῳ ὡραϊζόμενον, πάντων ἡγουμένων, καὶ τῶν

Digitized by Google

τὰς μεγάλας ἀρχὰς πεπιστευμένων. Ἔρις δὲ ἦν περὶ τὴν κλίνην, καὶ διαμάχη φέρειν ταύτην ἁπάντων ἐπειγομένων, καὶ τῆς ἐντεῦθεν εὐλογίας ἐφιεμένων. Οὕτω φερόμενος, εἰς τὸν τῶν ἁγίων μαρτύρων σηκὸν κατατίθεται, Ἰουλιανοῦ τοῦ νικηφόρου τῆς εὐσεβείας ἀγωνιστοῦ ὁμόσκηνός τε καὶ ὁμορρόφιος γεγονώς. Θήκη δὲ αὐτὸν ὑπεδέξατο, ἣ καὶ τὸν θεσπέσιον καὶ μακάριον Ἀφραάτην. Τὴν δὲ τῆς ἀγέλης ἡγεμονίαν Ἑλλάδιος ὁ θαυμάσιος διεδέξατο· ὃς ἑξήκοντα μὲν ἐν ἐκείνοις τοῖς πόνοις διετέλεσεν ἔτη, εἶτα τὴν Κιλίκων θεόθεν ἐδέξατο προεδρίαν· οὔτε τὴν φιλοσοφίαν τὴν προτέραν καταλιπὼν, καὶ τοῖς πόνοις ἐκείνοις τοὺς τῆς ἀρχιερωσύνης ἱδρῶτας ὁσημέραι προστιθείς. Τούτου καὶ Ῥώμυλος ὁ μακάριος ἀκροατὴς γεγονὼς, ἀγέλης μεγίστης ἡγεμὼν ἀπεφάνθη· καὶ διέμεινέ τε καὶ ὁ ἐκείνου χορὸς εἰς δεῦρο τῆς αὐτῆς πολιτείας ἐχόμενος. Παράκειται δὲ τῷ φροντιστηρίῳ κώμη, Μαρατὼ Συριστὶ καλουμένη· Ἐγὼ δὲ τοῦδε τοῦ διηγήματος τοῦτο ποιησάμενος πέρας, ἱκετεύω καὶ τῆς ἐντεῦθεν μετασχεῖν εὐλογίας.

ctionem expetentibus. Sic elatus, in æde sanctorum martyrum depositus est, Juliani, triumphantis athletæ pietatis, contubernalis tectique consors factus, eademque ipsa qua divinus et beatus Aphraates area conditus. Gregis vero præfecturam suscepit admirandus Helladius, qui, per annos sexaginta laboribus illis defunctus, Cilicum divinitus postea factus est antistes, pristinam non deserens philosophiam, sed laboribus illis pontificales quotidie sudores adjiciens. Hujus quoque olim auditor beatus Romulus maximi gregis rector factus est: manetque hucusque illius cœtus idem retinens institutum. Adjacet autem ejus monasterio vicus, cui Syriaca lingua nomen est Marato. Ego vero narrationis hujus finem hic statuens, oro ut inde quoque benedictionis particeps fiam.

ΙΑ'. — ΡΩΜΑΝΟΣ.

Ὁ μὲν οὖν μέγας Θεοδόσιος ἀπὸ τῆς Ἀντιοχέων ὁρμώμενος, καὶ ἐν τοῖς Ῥωσικοῖς ἀγωνισάμενος ὄρεσιν, εἰς τὴν Ἀντιόχου πόλιν ἐπανελθὼν, οὕτω τοῦ βίου τὸ τέλος ἐδέξατο. Ῥωμανὸς δὲ ὁ θεῖος, ἐν τῇ Ῥώσῳ καὶ τεχθεὶς, καὶ τὰ πρῶτα τραφεὶς, ἐν Ἀντιοχείᾳ τοὺς τῆς ἀρετῆς ὑπεδέξατο ἄθλους, ἔξω μὲν τῶν τοῦ ἄστεος περιβόλων, παρὰ τὴν ὑπώρειαν ἐσκηνωμένος, ἐν ἀλλοτρίῳ δὲ οἰκιδίῳ, καὶ τούτῳ σμικρῷ, πάντα τὸν χρόνον διαβιώσας. Διετέλεσε δὲ μέχρι γήρως, μήτε πυρὶ χρησάμενος, μήτε λυχνίαν δεξάμενος φῶς. Τροφὴ γὰρ ἦν αὐτῷ ἄρτος καὶ ἅλες· πόμα δὲ κρηνίαιον ὕδωρ, κόμη δὲ τῷ μεγάλῳ Θεοδοσίῳ παραπλησία, καὶ ἐσθὴς καὶ σίδηρος ὡσαύτως. Ἐπλεονέκτει δὲ οὗτος ἤθους ἁπλότητι, καὶ πραότητι τρόπων, καὶ φρονήματος μετριότητι. Καὶ τούτου εἵνεκα τῆς θείας χάριτος ἠφίει τὴν αἴγλην. « Ἐπὶ τίνα γὰρ, φησὶν, ἐπιβλέψω, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν πρᾶον, καὶ ἡσύχιον, καὶ τρέμοντά μου τοὺς λόγους; » Καὶ τοῖς ἰδίοις δὲ πάλιν ἔλεγε μαθηταῖς· « Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. » Καὶ πάλιν· « Μακάριοι οἱ πραεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν. » Καὶ Μωϋσεῖ δὲ τῷ νομοθέτῃ τοῦτο ἦν τὸ τῶν κατορθωμάτων ἐπίσημον. « Ἦν γὰρ, φησὶ, Μωϋσῆς πραότατος παρὰ πάντας ἀνθρώπους τοὺς ὄντας ἐπὶ τῆς γῆς. » Τοῦτο καὶ τῷ προφήτῃ Δαβὶδ τὸ πανάγιον ἐμαρτύρησε Πνεῦμα· « Μνήσθητι γὰρ, φησὶ, τοῦ Δαβὶδ, καὶ πάσης τῆς πραότητος αὐτοῦ. » Καὶ περὶ τοῦ πατριάρχου Ἰακὼβ μεμαθήκαμεν, ὅτι ἄπλαστος ἦν, οἰκῶν οἰκίαν. Ταύτας δίκην μελίττης ἐκ τῶν θείων ἐκείνων λειμώνων τὰς ἀρετὰς ἀθροίσας, τὸ τῆς ἀληθείας κατεσκεύασε μέλι. Ἀλλ' οὐ μόνος τῶν πόνων ἀπήλαυσε. Προὐχείτο δὲ αὐτοῦ καὶ εἰς τοὺς ἔξω τὰ ἥδιστα νάματα· καὶ τοῖς πρὸς αὐτὸν ἀφικνουμένοις, τῇ πραείᾳ καὶ γλυκείᾳ κεχρημένος φωνῇ, πολλὰς μὲν περὶ φιλαδελφίας, πολλὰς δὲ περὶ ὁμονοίας τε καὶ εἰρήνης προσέφερε παραινέσεις· πολλοὺς

1200 XI. — ROMANUS.

Magnus ergo Theodosius Antiochia oriundus, cum in Rhosicis montibus decertasset, in urbem Antiochenam postea reversus, ita vitam finiit; divinus vero Romanus, et Rhosi genitus, et ibi primum educatus, virtutis certamina suscepit Antiochiæ, extra urbis mœnia, imo in monte sedem figens, et aliena in cella eaque angusta perpetuo vivens. Vixit autem ad senectam usque, nec igne utens, nec lucernæ lumen admittens. Cibus namque illi panis erat cum sale, potus vero aqua e fonte, cæsaries magno par Theodosio, vestisque et ferrum similiter. Præstabat hic autem morum simplicitate et lenitate, animique modestia, eamque ob rem divinæ gratiæ radiis emicabat. « Ad quem enim, ait Dominus, respiciam, nisi super mitem ac quietum, et reverentem sermones meos [h]? » Et discipulis suis rursum aiebat: « Discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris [i]; » et iterum: « Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram [j]. » Et Mosi legislatori hoc illustrium facinorum fuit insigne. « Erat enim, inquit, Moses vir mitissimus super omnes homines qui sunt in terra [k]. » Hoc ipsum et de propheta Davide testatus est Spiritus sanctus: « Memento, Domine, Davidis, et omnis mansuetudinis ejus [l]. » Et de patriarcha Jacobo didicimus, quod vir fuerit simplex, domi se continens [m]. Has virtutes cum velut apis ex divinis **1201** illis pratis collegisset, mel confecit veræ philosophiæ. At non solus fructu laborum potitus est. Manabant etiam ad exteros suavissima illius fluenta: et iis qui ipsum conveniebant, leni dulcique voce, multas de fraterno amore, multas de concordia, multas de pace admonitiones suggerebat: multos etiam solo aspectu divinarum rerum amatores effecit. Quis enim non est admiratus, senem contemplans membris confectum, ferro plurimo sua sponte onustum, et cilicina veste ami-

[h] Isa. LXVI, 2. [i] Matth. XI, 29. [j] Matth. V, 4. [k] Num. XII, 3. [l] Psal. CXXXI, 1. [m] Gen. XXV, 27.

Digitized by Google

ctum, ciboque qui mortem tantummodo arceret A δὲ τῶν θείων καὶ μόνον ὁρώμενος ἀπέφηνεν ἐραστάς.
victitantem? Præter magnitudinem porro et multitudinem laborum, quæ in eo florebat gratia, * ut in admiratione honoreque esset, omnibus persuadebat. Multorum etiam sæpe graves morbos depulit, multis sterilibus feminis liberos impetravit. Et tantam a divino Spiritu potestatem adeptus, inopem se mendicumque appellabat. Omnes ergo qui ipsum frequentabant, et aspectu, et sermone beneficiis, quoad vixit, cumulare non destitit: et postquam hinc abiit, angelorumque in cœtum translatus est, memoriam reliquit, non una cum corpore consepultam, sed quæ floret vigetque, et inexstincta perpetuo manet, ac volentibus opem ferre potest. Quare hinc et ego benedictionem exposcens, aliorum quoque athletarum res gestas pro viribus exponam. B

Τίς γὰρ οὐκ ἂν ὑπερηγάσθη πρεσβύτην θεώμενος τὸ σῶμα τετρυχωμένον, καὶ σίδηρον ὅτι πλεῖστον φέρειν αἰρούμενον, καὶ τῷ ἐκ τριχῶν ἐσθήματι κεχρημένον, καὶ τροφῆς ἀπολαύοντα κωλύσαι μόνον ἀποχρώστης τὸν ἐκ λιμοῦ θάνατον; Πρὸς δὲ τῷ μεγέθει καὶ τῷ πλήθει τῶν πόνων, καὶ ἡ ἐπανθοῦσα χάρις θαυμάζειν αὐτὸν ἅπαντας καὶ γεραίρειν ἀνέπειθε. Πολλῶν μὲν γὰρ πολλάκις χαλεπὰς ἀπήλασε νόσους, πολλαῖς δὲ γυναιξὶ στερίφαις ἐχαρίσατο παῖδας. Καὶ τοσαύτην παρὰ τοῦ θείου Πνεύματος δεξάμενος δύναμιν, πτωχὸν ἑαυτὸν καὶ προσαίτην ὠνόμαζεν. Πάντας τοίνυν τοὺς παρ' αὐτῷ φοιτῶντας, καὶ φαινόμενος, καὶ ψθεγγόμενος, ὠφελείας πληρῶν τὸν ἅπαντα διετέλεσε βίον. Καὶ ἐντεῦθεν δὲ ἐκδημήσας, καὶ εἰς τὴν ἀγγελικὴν χορείαν μετατεθείς, κατέλιπε μνήμην οὐ συνταφεῖσαν σώματι, ἀλλ' ἀνθοῦσαν, καὶ τεθηλυῖαν, καὶ ἄσβεστον εἰς ἀεὶ διαμένουσαν, καὶ εἰς ὄνησιν τοῖς βουλομένοις ἀρκοῦσαν. Καὶ τὴν ἐντεῦθεν τοίνυν ἐρανισάμενος εὐλογίαν, καὶ τὰ κατὰ τοὺς ἄλλους ἀθλητὰς ὡς οἷόν τε διηγήσομαι

XII. — ZENO.

ΙΒ'. — ΖΗΝΩΝ.

Vicus [20] apud nos est, cui nomen Homeri. Ad hunc angustam domunculam cum exstruxisset divinus Maris, inclusus in ea mansit annos triginta septem. Multum autem ex **1233** vicino monte contrahebat humoris [21], ita ut aquarum stillis manaret. Quantum porro damni corporibus id afferat urbanis pariter ac rusticis notum est. Nam in iis qui agros habitant manifesti sunt morbi qui inde nascuntur. Sed hæc tamen sacro illi capiti non persuaserunt ut domicilium mutaret, sed constanter inhæsit, quoad cursum peregit. Quin et priorem quoque vitam virtutis laboribus exercuit. Unde et corporis et animæ castimoniam conservavit : quod mihi aperte ipsemet innuit, corpus incorruptum sibi perstare docens, et quale materno ex utero prodiit. Idque cum publicas martyrum solemnitates multas celebrarit, cum junior esset, populumque vocis suavitate demulceret. Psallendi enim usum diutissime retinuit, et corporis forma erat egregia. Sed tamen neque oris venustas, neque claritas vocis, neque multorum frequentatio, animæ pulchritudinem deformarunt : sed reclusorum more vitam agens, animæ suæ curam gerebat : inclusionis vero laboribus virtutem adauxit. Hujus ego consuetudine usus sum persæpe. Obstructam enim januam patefacere me jubebat, ingressumque amplexabatur ; et prolixa oratione de philosophia disserebat. Præstabat hic etiam simplicitate vafrosque mores penitus aversabatur, paupertatem vero pluris fecit quam summas divitias. Nonaginta natus annos cilicinis vestibus utebatur : pane ac sale modico vitam sustentabat. Cum autem **1234** spiritalis mysticique sacrificii videndi desiderio diuturno teneretur, rogavit ut illic divini doni fieret oblatio. Ego vero libenter obtemperavi, et sacra vasa afferri jussi (nec enim procul aberat locus), diaconorumque manibus utens pro altari, mysticum et divinum ac salutare sacrificium obtuli. Ille autem spiritali refertus voluptate, cœlum ipsum videre se existimabat, nec tali se unquam lætitia

P Galat. II, 19, 21.

VARIÆ LECTIONES.

[20] Hervetus : « Est Homeri quidam vicus, qui a nobis vocatur Netis. » [21] In Herveti versione sequitur : « Tempore autem hiemis quædam quoque guttæ aquæ in ea emanabant. »

Digitized by Google

perfusum aiebat fuisse. At ego, quem ille ardenter admodum diligebat, injurium me in ipsum fore duxi, nisi etiam mortuum laudibus prosequar: injurium et in alios, nisi præstantissimam hanc philosophiam imitandam proponam. Quare ejus ope nunc etiam implorata finem imponam narrationi.

φιλοσοφίαν προθείην εἰς μίμησιν. Καὶ νῦν τοίνυν πέρας ἐπιθήσω τῷ διηγήματι.

XXI. — JACOBUS.

Postquam athletarum virtutis, qui jam victores renuntiati sunt, agones percensuimus, illorumque tum in exercitatione labores, tum in certaminibus sudores, clarissimasque et nobilissimas victorias summatim enarravimus, age nunc eorum qui superstites sunt, et magnifice decertant, atque anteriores sudoribus vincere student, vitam describamus, utilemque posteris memoriam relinquamus. Sicut enim sanctorum, qui olim claruerunt, conversatio utilitatem iis qui post secuti sunt attulit maximam: ita iis qui post nos futuri sunt, exemplar erunt istorum narrationes. Horum vero initium ducam a magno Jacobo. Is enim et tempore et labore cæteros antecedit, qui ipsum imitando mira et stupenda faciunt. Contigit autem, nescio quo pacto, **1235** ut et vita functorum, et adhuc superstitum, nomen hoc primum locum teneat. Defunctorum quippe vitam cum describerem, exorsus sum a divino illo Jacobo, qui Persarum exercitum oratione sua dissipavit, disjectisque urbis mœnibus urbem capi non permisit, et hostes fugere coegit, culicum cinifumque acie in illos immissa. Qui ergo et honore et moribus illum refert, viventium adhuc athletarum agmen ducat, non quia idem nomen gerit, sed quia ejus quoque imitatus est virtutem, exemplarque philosophiæ aliis ipse factus est. Maronis enim summi illius in consuetudinem receptus, divinaque ejus doctrina institutus, magistrum ipsum laborum magnitudine obscuravit. Habuit siquidem ille pro muro vetusti erroris delubrum, et ex pellibus cilicinis tabernaculum, cujus ope pluviæ nivisque injurias omnes declinabat. Hic vero, his omnibus valere jussis, et tabernaculo, et tugurio, et muro, cœlum habet pro tecto, contrariis aeris impressionibus universis expositus, et nunc quidem largo imbre diffluens, nunc gelu ac nive concretus, interdum radiis solis tostus et exustus: fortiter omnia perferens, et tanquam in alieno corpore dimicans, corporis naturam alacritate animi vincere contendit, mortalique hoc et patibili circumdatus, sic vivit ac si in impatibili, et vitam in corpore corporis expertem meditans, cum divino Paulo clamat: « In carne ambulantes non secundum carnem militamus. **1236** Arma enim nostra non sunt carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitionum. Consilia destruentes, et altitudinem quæ se extollit adversus scientiam Dei, et capti-

τὴν μυστικὴν καὶ θείαν καὶ σωτήριον θυσίαν προσήνεγκα. Ὁ δὲ πάσης ἡδονῆς ἐνεφορεῖτο πνευματικῆς, καὶ αὐτὸν ὁρᾷν τὸν οὐρανὸν ὑπελάμβανε, καὶ ἔφασκεν οὐδέποτε εὐφροσύνης ἀπολελαυκέναι τοιαύτης. Ἐγὼ δὲ θερμῶς λίαν ὑπ' αὐτοῦ φιληθεὶς, ἀδικήσειν ᾠήθην, εἰ μὴ καὶ τελευτήσαντι εὐφημήσαιμι· ἀδικήσειν δὲ τοὺς ἄλλους, εἰ μὴ τὴν ἀρίστην ταύτην τῆς παρ' αὐτοῦ τυγεῖν ἐπικουρίας ἀντιδολήσας,

ΚΑ'. — ΙΑΚΩΒΟΣ.

Ἐπειδὴ τῶν ἀναῤῥηθέντων τῆς ἀρετῆς ἀθλητῶν τοὺς ἀγῶνας διεξήλθομεν, ἐν κεφαλαίῳ διηγησάμενοι καὶ τοὺς ἐν τῇ μελέτῃ πόνους, καὶ τοὺς ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἱδρῶτας, καὶ τὰς λαμπροτάτας καὶ περιφανεστάτας νίκας, φέρε καὶ τῶν ἔτι περιόντων, καὶ μεγαλοπρεπῶς ἀγωνιζομένων, καὶ φιλονεικούντων νικῆσαι τοῖς ἱδρῶσι τοὺς προλαβόντας, τὴν πολιτείαν συγγράψωμεν, καὶ τοῖς ἐσομένοις καταλείψωμεν ὀνησιφόρον μνήμην. Ὥσπερ γὰρ τῶν πάλαι ποτὲ διαπρεψάντων ἁγίων ἡ πολιτεία τοῖς ἔπειτα μεγίστην ὠφέλειαν ἐκόμισεν, οὕτως ἀρχέτυπα τοῖς μεθ' ἡμᾶς τὰ τούτων γενήσεται διηγήματα. Ἀρχὴν τούτων ποιήσομαι τὸν μέγαν Ἰάκωβον· οὗτος γὰρ τῶν ἄλλων καὶ τῷ χρόνῳ, καὶ τῷ πόνῳ πρωτεύει, καὶ τοῦτον ζηλώσαντες, τὰ θαυμαστὰ καὶ παράδοξα δρῶσι. Συνέβη δὲ οὐκ οἶδ' ὅπως, καὶ τῶν ἀπελθόντων, καὶ τῶν ἔτι περιόντων, τοῦτο πρωτεῦσαι τὸ ὄνομα. Καὶ γὰρ καὶ τὴν ἐκείνων πολιτείαν διηγησάμενος, ἀρχὴν τὸν θεῖον ἐκεῖνον ἐποιησάμην Ἰάκωβον, ὃς τὴν Περσικὴν ἐκείνην στρατείαν ἐσκέδασε προσευχῇ, καὶ τῶν τοῦ ἄστεως περιβόλων καταπεσόντων, οὔτε τὴν πόλιν ἁλῶναι συνεχώρησε, καὶ τοὺς πολεμίους φυγεῖν κατηνάγκασεν, ἐμπίδας αὐτοῖς καταστρατεύσας, καὶ κώνωπας. Ὁ ἐκείνου τοίνυν ὁμότιμος, καὶ ὁμότροπος, τῆς τῶν ἔτι περιόντων ἀγωνιστῶν προτευέτω συμμορίας· οὐκ ἐπειδὴ τῆς προσηγορίας ἐστὶ κοινωνὸς, ἀλλ' ὅτι καὶ τὴν ἐκείνου ἐζήλωσεν ἀρετὴν, καὶ παράδειγμα φιλοσοφίας αὐτὸς τοῖς ἄλλοις ἐγένετο. Μάρωνι γὰρ ἐκείνῳ τῷ πάνυ συγγενόμενος, καὶ τῆς θείας αὐτοῦ διδασκαλίας μεταλαχὼν, τοῖς μείζοσι πόνοις ἀπέκρυψε τὸν διδάσκαλον. Ὁ μὲν γὰρ καὶ περίβολον εἶχε τῆς παλαιᾶς πλάνης τὸ τέμενος, καὶ σκηνὴν ἐκ δέρρεων τριχίνων ἐπήξατο, καὶ ταύτῃ χρώμενος, τὰς τοῦ ὑετοῦ καὶ νιφετοῦ διέφυγε προσβολάς. Οὗτος δὲ πᾶσι τούτοις ἐῤῥῶσθαι φράσας, καὶ σκηνῇ, καὶ καλύβῃ, καὶ περιβόλῳ, δροφον ἔχει τὸν οὐρανὸν, πάσας τοῦ ἀέρος τὰς ἐναντίας δεχόμενος προσβολάς. Καὶ νῦν μὲν ὑετῷ λαύρῳ κατακλυζόμενος, νῦν δὲ κρυμῷ καὶ νιφετῷ πηγνύμενος· ἄλλοτε δὲ ταῖς ἀκτῖσι φλεγόμενός τε καὶ ἐμπιπράμενος, καὶ πρὸς ἅπαντα καρτερῶν καὶ ὡς ἐν ἀλλοτρίῳ ἀγωνιζόμενος σώματι, καὶ φιλονεικῶν τῇ προθυμίᾳ νικῆσαι τὴν τοῦ σώματος φύσιν. Θνητὸν γὰρ τοῦτο καὶ παθητὸν περικείμενος, ὡς ἐν ἀπαθεῖ πολιτεύεται, καὶ τὴν ἀσώματον ζωὴν ἐν σώματι μελετῶν, μετὰ τοῦ θεσπεσίου Παύλου βοᾷ· « Ἐν σαρκὶ περιπατοῦντες οὐ κατὰ σάρκα στρατευόμεθα· τὰ γὰρ ὅπλα ἡμῶν οὐ σαρκικὰ, ἀλλὰ

Digitized by Google

δυνατὰ τῷ Θεῷ πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων· λογισμοὺς καθαιροῦντες, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ· καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ. » Ἀλλὰ τούτους τοὺς ὑπὲρ φύσιν ἀγῶνας ἐν μείοσιν ἐμελέτησε πόνοις. Ἐν οἰκίσκῳ γάρ τινι βραχεῖ πρότερον ἑαυτὸν καθείρξας, καὶ τῶν ἔξωθεν θορύβων ἐλευθερώσας, καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ μνήμῃ προσηλώσας τὸν νοῦν, οὕτω τὴν τῆς ἐντελοῦς ἀρετῆς ἐποιεῖτο μελέτην. Γυμνασάμενος δὲ ἄριστα, καὶ τῶν ἀγαθῶν πόνων ἐθάδα τὴν ψυχὴν ἀποφήνας, τῶν μειζόνων κατετόλμησεν ἄθλων· καὶ τοῦτο τὸ ὄρος καταλαβὼν, ὃ τοῦδε τοῦ ἄστεως τριάκοντα σταδίοις ἀφέστηκεν, ἐπίσημον ἀπέφηνε καὶ σεβάσμιον, ἄσημον ὂν πάλαι καὶ ἄκαρπον παντελῶς. Τοσαύτην δὲ νῦν εὐλογίαν δεδέχθαι πεπίστευται, ὡς τὴν ἐπικειμένην δαπανᾶσθαι γῆν, τῶν πάντοθεν ἀφικνουμένων εἰς ὠφέλειαν ταύτην κομιζομένων. Ἐν τούτῳ διαιτώμενος, ὑπὸ τῶν παραγινομένων ἁπάντων θεωρεῖται· οὐκ ἄντρον ἔχων, ὡς ἔφην, οὐ σκηνὴν, οὐ καλύβην, οὐ θριγκίον, οὐχ αἱμασιὰν περιφράττουσαν· ἀλλὰ καὶ προσευχόμενος ὁρᾶται, καὶ διαναπαυόμενος, καὶ ἑστὼς, καὶ καθήμενος, καὶ ὑγιαίνων, καὶ ἀῤῥωστίᾳ τινὶ κατεχόμενος· ὡς διηνεκῶς ὑπὸ θεαταῖς ἀγωνίζεσθαι, καὶ τὰς ἀνάγκας τῆς φύσεως ἀποκρούεσθαι. Οὐδὲ γὰρ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις, ἐν ἐλευθερίᾳ βραχείᾳ τεθραμμένοις, ξένων παρόντων, εὐπετὲς τὰς τῶν περιττωμάτων ἐκκρίσεις ποιεῖσθαι, μήτι γε ἀνδρὶ τὴν ἄκραν φιλοσοφίαν ἐξησκημένῳ.

Καὶ ταῦτα λέγω, οὐ παρ' ἄλλου τοῦτο μαθὼν, ἀλλ' αὐτὸς αὐτόπτης γεγενημένος. Πρὸ τεσσάρων γὰρ καὶ δέκα ἐνιαυτῶν, νόσος αὐτῷ χαλεπὴ προσπεσοῦσα, διέθηκεν ὡς ἦν εἰκὸς τὴν θνητὴν ἔχοντα φύσιν. Θέρος γὰρ ἦν ἀκμάζον, καὶ σφοδρότερον ἐξήπτετο τῆς ἀκτῖνος ἡ φλὸξ, τῶν μὲν ἀνέμων κεκοιμημένων, ἀκινήτου δὲ μένοντος τοῦ ἀέρος. Τὸ δὲ πάθος ἦν πλημμύρα χολῆς φερομένης ἐπὶ τὰ κάτω, καὶ δακνούσης τὸ ἔντερον, καὶ συνωθούσης, καὶ τρέχειν ἐπὶ τὰ ἔξω βιαζομένης. Τότε τὴν πολλὴν τοῦ ἀνδρὸς καρτερίαν ἐθεασάμην. Παμπόλλων γὰρ χωρίων συναθροισθέντων, ἁρπασομένων τὸ σῶμα τὸ νικηφόρον, καθῆστο διχόθεν βαλλόμενος. Ἡ μὲν γὰρ φύσις ἰέναι ἐπὶ τὴν ἔκκρισιν κατηνάγκαζεν· ἡ δὲ τῆς παρεστηκυίας πληθύος αἰδὼς μένειν ἐπὶ σχήματος ἐβιάζετο. Ἐγὼ δὲ τοῦτο γινώσκων, πολλὰς μὲν τοῖς συνελθοῦσι παραινέσεις προσήνεγκα, πολλὰς δὲ καὶ ἀπειλὰς, ἀπιέναι κελεύων. Ὕστερον δὲ καὶ τὰ τῆς ἱερωσύνης αὐτοῖς δεσμὰ περιτέθεικα, καὶ σὺν πόνῳ πολλῷ δείλης ὀψίας ἀπεπεμψάμην. Ὁ δὲ θεῖος ἀνὴρ, οὐδὲ τούτων ἀπελθόντων, ἡττήθη τῆς φύσεως· ἀλλ' ἔμεινε καρτερῶν, ἕως νὺξ ἐπιγινομένη βαθεῖα πάντας ἀπελθεῖν οἴκαδε κατηνάγκασε. Πάλιν δὲ τῇ ὑστεραίᾳ πρὸς αὐτὸν ἀφικόμενος, ὡς εἶδον φλογμὸν σφοδρότερον γεγενημένον, καὶ τὸν ἐπικείμενον αὐτῷ πυρετὸν τῷ ἔξωθεν πυρὶ τρεφόμενόν τε καὶ αὐξανόμενον, κεφαλαλγίαν σκηψάμενος δυσχεραίνειν ἔλεγον τῆς ἀκτῖνος τὴν προσβολὴν, καὶ παρεκάλουν βραχεῖάν μοί τινα παρ' αὐτῷ

A vantes omnes intellectum in obsequium Christi [q]. » Verum ad hujusmodi naturam excedentia certamina per minores labores se comparavit. Cum enim angusta se domo inclusisset, externisque a tumultibus abduxisset, mentem in Dei recordatione defigens, ita se ad perfectam virtutem exercebat. Postquam autem optime se exercuit, animamque bonis laboribus assuefecit, tum majora ausus est certamina, et montem hunc petens, qui triginta stadiis ab hac urbe distat, clarum illum reddidit ac venerandum, cum obscurus olim esset, planeque infructuosus. Tantam nunc autem accepisse benedictionem * creditur, ut vel ei imposita terra adhibeatur, cum undique accedant qui utilitatis suæ gratia illam exportent. In hoc degens, B adventantium omnium oculis patet, speluncam, ut dixi, non habens, non tabernaculum, non tugurium, non maceriam, non sepem quæ circumdet: sed et orans cernitur, et quiescens, et stans, et sedens, et cum sanus est, et cum aliqua tenetur ægritudine, ita ut perpetuo coram spectatoribus depugnet, naturæque necessitates repellat. Neque enim hominibus aliis, liberaliter utcunque educatis, facile est in exterorum oculis excrementa egerere, nedum viro qui ad summam philosophiam pervenerat.

Nec vero ab aliis hæc audita refero, sed quæ oculis ipse conspexi. Nam cum ante annos quatuordecim C gravis illum morbus invasisset, sic illum affecit, ut affici eum par erat qui mortalis **1237** natus esset. Æstas enim erat summa, et radiorum flamma vehementius ardebat, silentibus ventis et aere tranquillo. Morbus autem erat redundantia bilis, quæ ad ima tendens mordebat et comprimebat intestinum, forasque erumpere conabatur. Tum magnam viri constantiam perspexi. Nam cum ex plurimis vicis confluxissent, qui victoriis nobile corpus raperent, sedebat duas in partes distractus. Natura enim vim afferebat, ut ad excernendum exiret: circumfusæ autem multitudinis reverentia eodem in statu manere cogebat. Quod ego animadvertens, cum iis qui eo convenerant multis suasionibus, multisque minis egi, abire illos jubens: postea etiam sacer- D dotii vinculis eos astrinxi, et non sine maximo labore vespere tandem amandavi. Ille autem vir divinus, nec post horum discessum victus est a natura: sed perstitit tolerans, donec profunda nox adveniens domum redire omnes coegit. Postridie vero ad eum reversus, ut æstum invaluisse vidi, et febrem qua vexabatur externo igne ali et augeri, dolorem capitis prætexens, dixi me solis radios ferre non posse, et rogavi, ut mihi modicam aliquam umbram apud se procuraret. Quod ille ut jussit, tribus arundinibus defixis, duabusque pellibus impositis, umbram adinvenimus: et cum

[p] II Cor. x, 3 seq.

Digitized by Google

introire me juberet : « Turpe est, dixi, o pater, me qui et juvenis sum, et viribus integris, hoc frui solatio : te vero et gravi febre laborantem, et tali egentem solatio, foris sedere ardentibus solis radiis expositum. **1238** Quare si me, inquam, vis umbra frui, utere mecum hoc exiguo tabernaculo. Tecum enim manere cupiens ab æstu prohibeor. » Cessit itaque his auditis, meique curam potiorem duxit. Postquam sub umbra recreati una fuimus, alium rursus sermonem orsus sum, et decumbendum mihi esse dixi, quod femur sessionem ferre sine dolore non posset. Cumque rogaret iterum ut decumberem, iterum audivit, haud tolerandum mihi esse, ut sedentem illum videns ipse decumberem. « Proinde si me, aiebam, hac quiete vis frui, una decumbamus, pater, atque ita solus jacens non erubescam. » His ego verbis cum ejus constantiam delusissem, feci ut cubantium solatio frueretur. Humi vero jacentem blandis sermonibus affatus sum, ut animum ejus ad lætitiam avocarem. Manu vero sub vestem immissa, cum ejus dorsum leniter defricare vellem, tunc ferri grande pondus vidi, quod lumbos collumque vinciebat : catenæque aliæ a circulo qui circa collum erat, binæ ante, binæ pone, ad inferiorem circulum oblique descendentes, et X litteræ figuram ante ac retro exprimentes, duos inter se circulos connectebant : et manus quoque circa cubitos alia intus habebant vincula ejusmodi. Tanti ergo ponderis onus conspicatus, rogavi ut ægrotanti corpori opem ferret, quod simul ferre non posset onera voluntaria, et ægritudinem non voluntariam. « Nunc quidem, aiebam, pater, ferri officio fungitur febris : quæ ubi cessarit, tum corpori denuo ferri onus **1239** imponemus. » Cessit hac etiam in parte multis hujusmodi carminibus delinitus. Sed tunc quidem cum paucis diebus ægrotasset, facile convaluit. Postea vero graviorem in morbum incidit. Et cum multi undique convenissent, ut ejus corpus auferrent, hoc audito accurrerunt cives universi, tum milites, tum privati, alii bellicis armis instructi, alii armis utentes quibuslibet : acieque disposita pugnabant, et tela conjiciebant, non ut percuterent, sed ut terrerent. Pulsisque hoc modo circumvicinis, victorem athletam lecto imponentes, nihil eorum quæ fiebant sentientem, ut qui nec tunc senserat, cum a rusticis coma velleretur, in urbem venerunt : et cum ad ædem propheticam pervenissent, in propinquo huic monasterio lectum deposuerunt. Venit autem quidam Berrhœam (ibi enim tunc eram) quæ gesta fuerant significans, et mortis nuntium afferens. Quare confestim accurri, totaque nocte iter faciens ad divinum hominem post auroram perveni, qui nec loquebatur, nec astantium quemquam poterat agnoscere. Ut vero eum salutavi, et salutem ei mandare magnum Acacium dixi, oculos statim aperuit, quæsivitque quomodo valerem, et quando venissem interrogavit, et cum ad singula respondissem, oculos iterum clausit. Tribus-

σχεδιάσαι σκιάν· καὶ ἐπειδὴ προσέταξε, καλάμους τρεῖς πήξαντες, καὶ δύο τούτοις περιθέντες σισύρας, ἐσοφισάμεθα τὴν σκιάν· κελεύοντος δέ μοι εἶσω ἰέναι· « Αἰσχρὸν, ἔφην, ὦ πάτερ, ἐμὲ μὲν, καὶ νέον ὄντα, καὶ ἐῤῥωμένον, τῆσδε τῆς ψυχαγωγίας τυχεῖν· σὲ δὲ πυρετῷ κατεχόμενον λαύρῳ, καὶ τῆς τοιαύτης παραψυχῆς δεόμενον, ἔξω καθῆσθαι δεχόμενον τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος τὴν προσβολήν. Εἰ τοίνυν, ἔφην, ἐθέλεις με τῆς σκιᾶς ἀπολαῦσαι, γενοῦ μοι κοινωνὸς τῆς βραχείας ταύτης σκηνῆς. Προσμεῖναι γάρ σοι βούλομαι μὲν, ὑπὸ δὲ τῆς ἀκτῖνος κωλύομαι. » Εἶξε τοίνυν τούτων ἀκούσας τῶν λόγων, καὶ τὴν ἐμὴν θεραπείαν προείλετο. Ἐπεὶ δὲ κοινῇ τῆς σκιᾶς ἀπηλαύομεν, ἠξιάμην πάλιν ἑτέρου λόγου, καὶ ἔφην ὅτι δεῖ μοι κατακλίσεως, τοῦ ἰσχίου τὴν καθέδραν ἀλύπως μὴ φέροντος. Ἀλλὰ πάλιν ἠξίου μέν με κατακλίνεσθαι, ἀντήκουε δὲ, ὡς οὐ φορητὸν ἐμοὶ καθήμενον αὐτὸν ὁρῶντι προσκλίνεσθαι. « Εἰ τοίνυν, ἔφην, ἐθέλεις με καὶ ταύτης ἐναπολαῦσαι τῆς ἀναπαύλης, κοινῇ προσκλιθῶμεν, ὦ πάτερ· οὐ γὰρ ἐρυθριάσω μόνος κατακλινόμενος. » Τοιούτοις λόγοις αὐτοῦ τὴν καρτερίαν κατασοφισάμενος, τὴν ἀπὸ τῆς ἀνακλίσεως αὐτῷ παραψυχὴν εἰσενήνοχα· ἐπὶ δὲ τοῦ ἐδάφους ἐῤῥιμμένῳ προσέφερον λόγους χαρίεντας, ἐπὶ τὸ θυμηρέστερον τὴν ψυχὴν μεταφέρων. Εἶσω δὲ τοῦ ἱματίου τὴν χεῖρα βαλὼν, ἐπειρώμην μετρίως ἀποτρίβειν τὰ νῶτα, τότε τοῦ σιδήρου τὸ πολὺ φορτίον ἐθεασάμην, ὃ καὶ τὴν ὀσφὺν ἐδέσμει, καὶ τὸν αὐχένα. Καὶ ἕτεραι δὲ ἁλύσεις ἀπὸ τοῦ περὶ τὸν αὐχένα κύκλου, δύο μὲν ἔμπροσθεν, δύο δὲ ὄπισθεν, εἰς τὸν κάτω κύκλον ἐγκάρσιαι διήκουσαι, καὶ τοῦ Χ στοιχείου τὸ σχῆμα ποιοῦσαι, ἔμπροσθέν τε καὶ ὄπισθεν, τοὺς δύο κύκλους ἀλλήλοις συνέδεον· καὶ ἑτέρους δὲ αἱ χεῖρες ἔνδον περὶ τοὺς ἀγκῶνας εἶχον τοιούτους δεσμούς. Τὸ πολυτάλαντον οὖν τοῦτο θεασάμενος φορτίον, ἱκέτευον ἐπικουρῆσαι τῷ σώματι κάμνοντι, καὶ φέρειν οὐ δυναμένῳ κατὰ ταὐτὸν, καὶ τὰ ἑθελούσια φορτία, καὶ τὴν ἀκούσιον ἀῤῥωστίαν. « Νῦν μὲν γὰρ, ἔφην, ὦ πάτερ, ὁ πυρετὸς τὰ τοῦ σιδήρου ποεῖ· ὅταν δὲ οὗτος λωφήσῃ, τηνικαῦτα τῷ σώματι τὸν ἐκ σιδήρου πάλιν ἐπιθήσομεν φόρτον. » Εἶξε καὶ εἰς τοῦτο πολλαῖς τοιαύταις καταθελχθεὶς ἐπῳδαῖς. Ἀλλὰ τότε μὲν ὀλίγας ἀῤῥωστήσας ἡμέρας, ῥᾳδίως ἐῤῥάϊσε. Χρόνῳ δὲ ὕστερον χαλεπωτέρᾳ περιέπεσε νόσῳ. Πολλῶν δὲ πολλαχόθεν συνελθυθότων, ὡς ἁρπασόμενοι τὸ σῶμα, πυθόμενοι οἱ τοῦ ἄστεως συνέδραμον ἅπαντες, καὶ στρατιῶται, καὶ ἰδιῶται, οἱ μὲν τὴν πολεμικὴν ἀναλαβόντες σκευὴν, οἱ δὲ ὅπλοις τοῖς προστυχοῦσι χρησάμενοι· καὶ συσπειραθέντες ἐμάχοντο, καὶ βέλη ἀφιέντες, οὐχ ὡς πλήξοντες, ἀλλ' ὡς φοβήσοντες μόνον· καὶ οὕτω τοὺς περιοίκους ἐξελάσαντες, τῇ κλίνῃ τὸν πένταθλον ἀγωνιστὴν ἐπιθέντες, τῶν γινομένων οὐδαμῶς αἰσθανόμενον, οὐδὲ γὰρ τῆς κόμης αὐτοῦ τιλλομένης ὑπὸ τῶν ἀγροίκων ἐπῄσθετο, ἐπὶ τὴν πόλιν ἦσαν· εἰς δὲ τὸν προφητικὸν ἀφικόμενοι σηκὸν, εἰς τὸ τοίχῳ πελάζον φροντιστήριον τὴν κλίνην ἀπέθεντο. Ἦλθε δέ τις εἰς τὴν Βέῤῥοιαν, ἐκεῖ γὰρ ὢν ἐτύγχανον, τὰ γεγε-

Digitized by Google

νημένα σημαίνων, καὶ τῆς τελευτῆς κομίζων τὴν ἀγγελίαν. Τοιγάρτοι παραυτίκα δραμὼν, καὶ τὴν νύκτα πᾶσαν εἰς ὁδοιπορίαν καταναλώσας, κατέλαβον μετὰ τὴν ἕω τὸν θεῖον ἄνθρωπον, οὔτε φθεγγόμενον, οὔτε τινὰ τῶν παρόντων ἐπιγινώσκειν δυνάμενον· ὡς δέ γε προσεῖπον, καὶ τὸν μέγαν Ἀχάκιον προσφθέγγεσθαι αὐτὸν ἔφην, ἀνέῳξε παραχρῆμα τοὺς ὀφθαλμούς, καὶ ὅπως ἔχω ἤρετο, καὶ πότε εἴην ἐληλυθὼς ἐπυνθάνετο· ἐμοῦ δὲ πρὸς ταῦτα ἀποκριναμένου, πάλιν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔμυσε. Τριῶν δὲ διελθουσῶν ἡμερῶν, ἤρετο ὅποι εἴη· μαθὼν δὲ λίαν ἤχθετο, καὶ ἠξίου παραυτίκα εἰς τὸ ὄρος ἀποκομίζεσθαι. Θεραπεύειν δὲ αὐτὸν διὰ πάντων ἐθέλων, εὐθὺς τὴν κλίνην παρηγγύησα φέρειν, καὶ εἰς τὸ ποθούμενον χωρίον ἀποκομίζειν. Τότε τῆς σεβασμίας ἐμοὶ κεφαλῆς τὸ ἀφιλότιμον εἶδον. Τῇ γὰρ ὑστεραίᾳ πτισάνης αὐτῷ χυλὸν προσενήνοχα καταψύξας· θερμοῦ γὰρ οὐδενὸς μεταλαγχάνειν ἠνείχετο, παντελῶς τοῦ πυρὸς τὴν χρείαν ἀπαρνησάμενος. Ἐπεὶ δὲ μεταλαμβάνειν οὐκ ἤθελε· « Πᾶσιν ἡμῖν, ἔφην, ὦ πάτερ, μετάδος φειδοῦς· κοινὴν γὰρ σωτηρίαν τὴν σὴν ὑγιείαν ἡγούμεθα. Οὐ γὰρ μόνον ὠφελείας ἀρχέτυπον πρόκεισαι, ἀλλὰ καὶ προσευχόμενος ἐπαμύνεις, καὶ τὴν θείαν ἡμῖν εὐμένειαν προξενεῖς. Εἰ δέ σε ἀποκναίει τὸ ἄηθες, καὶ τοῦτο, ἔφην, ὦ πάτερ, καρτέρησον· εἶδος γὰρ καὶ τοῦτο φιλοσοφίας. Ὥσπερ γὰρ ὑγιαίνων τροφῆς ἐφιέμενος ἐνίκας τῇ καρτερίᾳ τὴν ἔφεσιν· οὕτω νῦν ἥκιστα ὀρεγόμενος, τὴν τῆς μεταλήψεως καρτερίαν ἐπίδειξαι. » Ταῦτά μοι λέγοντι συμπαρῆν καὶ ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος Πολυχρόνιος, ὃς τῷ λόγῳ συναγωνιζόμενος, αὐτὸς πρῶτος μεταλαμβάνειν ἤθελε τῆς τροφῆς, καὶ ταῦτα ὄρθρου ὄντος, ὃς πολλάκις δι' ἑπτὰ ἡμερῶν τὸ σῶμα διέτρεφεν. Ἡττηθεὶς τοίνυν τῷ λόγῳ, μίαν τοῦ χυλοῦ μεμυκόσι τοῖς ὀφθαλμοῖς παρεπέμψατο κύλικα, ὅπερ ποιεῖν ἐπὶ τῶν πικρῶν ποτίμων εἰώθαμεν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τοὺς πόδας, τὸ βαδίζειν ἐξ ἀτονίας ἀπολέσαντας, ὕδατι βρέξαι πεπείκαμεν, προῦργον νομίζω καὶ ταύτην αὐτοῦ τὴν φιλοσοφίαν γυμνῶσαι. Παρέκειτο μὲν γὰρ πλησίον ὁ σκύφος· ἐπειράθη δέ τις τῶν διακονούντων φορμῷ τινι τοῦτον συγκαλύψαι, ὡς μὴ δῆλος εἴη τοῖς παρ' αὐτὸν ἀφικνουμένοις. Ὁ δέ· « Τί καλύπτεις, ἔφη, τὸν σκύφον; » Τοῦ δὲ εἰρηκότος· « Ὡς μὴ παράκοιτο τοῖς ἀφικνουμένοις εἰς θεωρίαν. » — « Ἄπαγε, ἔφη, ὦ παῖ, μὴ κρύπτε ἀνθρώποις τὰ τῷ Θεῷ τῶν ὅλων δεδηλωμένα. Ἐκείνῳ γὰρ ζῆν μόνῳ βουλόμενος, τῆς ἀνθρωπίνης οὐ πεφρόντικα δόξης. Τί γὰρ ὄφελος, εἰ οὗτοι μέν μοι πλείονα συγγνοῖεν ἄσκησιν, ὁ δὲ Θεὸς μείονα; τοῦ γὰρ ὑπὲρ τῶν πόνων μισθοῦ οὐχ οὗτοι δοτῆρες, ἀλλ' ὁ Θεὸς χορηγός. » Τίς τοίνυν οὐκ ἂν ὑπεραγασθείη καὶ τοὺς λόγους, καὶ τὸν τοὺς λόγους γεννήσαντα νοῦν, οὕτω δόξης ἀνθρωπίνης γεγενημένον ὑπέρτερον; Τοιοῦτόν τι καὶ ἄλλοτε γεγενημένον μεμάθηκα. Ἑσπέρα ἦν, καὶ ἑσπέρα βαθεῖα, καὶ τῆς τροφῆς ὁ καιρός. Λαβὼν τοίνυν τὸ παρακείμενον ὄστρακον, τοῦ βραχέντος φακοῦ μετελάμβανε· ταύτην γὰρ εἶχε τὴν τροφήν. Ἦκε δέ τις ἀπὸ τοῦ ἄστεως, εἴσπραξίν τινα στρατιωτικὴν ἐμπεπιστευμένος. Ὁ δὲ καὶ πόρ-

A que elapsis diebus, rogabat ubinam esset. Quod ubi cognovit, ægerrime tulit, oravitque ut in montem quamprimum referretur. Ego vero in omnibus illi obsequi cupiens, lectum mox tolli, et quem optabat in locum deferri jussi. Tum perspexi quam minime cupidum honoris esset caput **1240** mihi venerandum. Postera enim die ptisanæ succum illi obtuli, sed refrigeratum, quia calidum quidquam ut sumeret, adduci non poterat, igniş usu sibi penitus interdicto. Et cum sumere abnueret : « Nobis, inquam, pater, omnibus hoc indulge. Incolumitatem namque tuam communem esse salutem arbitramur. Non enim utilitatis tantum exemplar propositus es, sed et orando fers opem, et divinam nobis benevolentiam concilias. Quod si tibi hoc grave est, quia insolitum, perfer

B hoc etiam, pater, dixi : nam et hoc quoque genus est philosophiæ. Sicut enim cum sanus esses, cibumque appeteres, tolerantia vincebas appetitum : ita nunc cum minime appetis, sumendo tolerantiam ostende. » Aderat, cum hæc dicerem, homo Dei Polychronius, qui orationi meæ obsecundans, primum id sumere se velle dixit, idque mane cum esset, ac sæpe post dies septem corpus alere soleret. Victus ergo his sermonibus, clausis oculis, quod in amaris potionibus facere solemus, succi scyphum unum ebibit. Quoniam autem pedes quoque, qui propter debilitatem incedendi usum amiserant, ut aqua lavaret persuasimus, operæ pretium existimo hanc etiam ejus philosophiam

C aperire. In propatulo enim juxta erat scyphus. Hunc, ne adventantium oculis pateret, sporta tegere quidam e ministris conatus est. Tum ille : « Quid scyphum occultas? » Et cum respondisset : « Ne conspicuus sit iis qui ad te veniunt. » — « Apage, inquit, fili, ne hominibus abscondas ea quæ universorum Deo manifesta sunt. Illi enim soli vivere cupiens, humanam gloriam contempsi. Quod enim est emolumentum, si majori **1241** exercitatione usum me sciant isti, Deus autem minore ? Laborum mercedis hi datores non sunt, sed Deus largitor est. » Quis ergo non supra modum admiretur tum verba, tum verborum parentem illius mentem, tanto humana gloria superiorem? Simile quidpiam alias quoque factum

D memini. Vespera erat, et quidem profunda, tempusque edendi. Arrepta ergo testa apposita, madefactam lentem sumpsit : hoc cibo vescebatur. Veniebat autem tum ex urbe quidam, cui militaris quædam commissa fuerat exactio. Hunc adventantem procul cernens, lentem non deposuit, sed cibum de more capiebat. Et cum dæmonis spectrum esse conjiceret, verbis insectabatur ut hostem, ac nihil timere se ostendens, lentem interim ori admovebat. Obsecrabat autem qui conviciis appetebatur, et se hominem esse affirmabat, astrictumque jurejurando quod ex urbe ante vesperam discederet, hoc tempore venisse. Ipse vero, « Bono sis animo, inquit, nec timeas, sed ora et abi. Mecum autem epulare, et dapes participa : » et hæc dicens lentem illi

Digitized by Google

plena manu impertiit. Sic inanis gloriæ vitium cum aliis ex animo exterminavit. De tolerantia autem supervacuum est dicere, cum visus ipse testetur. Tres enim sæpe dies totidemque noctes nive delapsa sic obrutus est, pronus jacens, Deumque orans, ut nec minima pars pannorum ejus cerneretur. Sæpe etiam sarculis ligonibusque impositam nivem amolientes vicini hoc modo jacentem eripiunt et excitant.

A ρωθεν αὐτὸν θεασάμενος, οὐκ ἀπέθετο τὸν φακὸν, ἀλλὰ συνήθως παρεπέμπετο τροφήν. Δαίμονος δὲ φαντασίαν ὑπολαβὼν, λόγοις βάλλων ἀπήλαυνεν ὡς πολέμιον· καὶ δεικνὺς ὡς οὐ δέδιε, μεταξὺ τῷ στόματι προσέφερε τὸν φακόν. Ἱκέτευε δέ γε ὁ ταῖς λοιδορίαις βαλλόμενος, καὶ ἄνθρωπος ἔφασκεν εἶναι, καὶ ὡς ὅρκῳ τινὶ προσληφθεὶς πρὸ ἑσπέρας ἀπαίρειν τῆς πόλεως, κατὰ τοῦτον ἀφίκοιτο τὸν καιρόν. Ὁ δέ· « Θάρσει, ἔφη, καὶ μὴ δείσῃς, ἀλλὰ προσευξάμενος ἄπιθι. Γενοῦ δέ μοι καὶ σύσσιτος, καὶ τῆς τροφῆς μοι κοινώνησον. » Καὶ ἅμα ταῦτα λέγων, ἐπλήρου τὴν δεξιὰν, καὶ τοῦ φακοῦ μετεδίδου. Οὕτω τῆς κενῆς δόξης τὸ πάθος μετὰ τῶν ἄλλων τῆς διανοίας ἀπήλασε. Περὶ δέ γε καρτερίας περιττὸν καὶ λέγειν, μαρτυρούσης τῆς ὄψεως. Τρεῖς γὰρ πολλάκις ἡμέρας καὶ τοσαύτας νύκτας χιόνος κατενεχθείσης, οὕτω κατεχώσθη πρηνὴς κείμενος, καὶ τὸν Θεὸν ἱκετεύων, ὡς μηδὲ βραχύ τι τῶν περικειμένων αὐτῷ ῥακίων ὁρᾶσθαι. Πολλάκις δὲ καὶ ἅμαις χρώμενοι καὶ μακέλλαις οἱ γειτονεύοντες, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τὴν περικειμένην ἀποσύροντες χιόνα, ἀνασπῶσί τε καὶ ἐγείρουσι κείμενον.

1242 Ex laboribus istis divinæ gratiæ dona decerpsit, quibus fruuntur omnes qui volunt. Per ejus enim * benedictionem febrium æstus multi exstincti sunt et exstinguuntur, febriles etiam rigores multi cessarunt penitusque excesserunt. Multi quoque dæmones fugere omnino coacti, et aqua dextera ejus benedicta salutare fit medicamentum. Quis nescit mortuum puerulum hujus precibus ad vitam fuisse revocatum? In suburbanis enim civitatis degunt istius parentes, qui filios quidem multos procrearant, sed immaturos omnes ad sepulcrum extulerant. Cum ergo postremus hic natus esset filius, propere hominem Dei adiit pater, longam illi vitam deprecans, promittensque Deo se si viveret dicaturum. Quatuor porro annos cum vixisset, vita functus est. Aberat pater : qui inox adveniens efferri jam illum videt, rapiensque de loculo : « Promissa, inquit, præstare me oportet, Deique homini vel mortuum offerre. » Detulit ut dicebat, et ad sanctos illos pedes deposuit, eadem dicens quæ suis dixerat. Homo autem divinus, puerum ante se collocans et genua flectens, vitæ mortisque Dominum pronus oravit. Sub vesperam vero vocem puer edidit, patremque appellavit. Ex quo susceptam a Domino vir divinus orationem suam, vitamque concessam intelligens, surrexit, et adorato eo qui facit voluntatem timentium ipsum, et exaudit preces eorum, orandi finem fecit, et patri filium reddidit. Hunc et ego ipse vidi, **1243** et patrem cum miraculum narraret audivi, multisque apostolicum factum commemoravi, utilissimam audientibus narrationem fore non ignorans. Et ipsemet ejus sæpe auxilio adjutus fui. Unum autem et alterum referam, ingrati valde animi esse judicans, silentio præterire beneficii genera, nec docere.

B Ἐκ τούτων τῶν πόνων τὰ τῆς θείας χάριτος ἐδρέψατο δῶρα, ὧν πάντες μεταλαγχάνουσιν οἱ βουλόμενοι. Τῇ γὰρ ἐκείνου εὐλογίᾳ, πολλοὶ μὲν ἐσβέσθησάν τε καὶ σβεννύονται πυρετοί· πολλοὶ δὲ ἠπίαλοι ἐλώφησάν τε, καὶ παντελῶς ὑπεχώρησαν· πολλοὶ δὲ φεύγειν ἠναγκάσθησαν δαίμονες· καὶ τὸ ὕδωρ τὸ ὑπὸ τῆς ἐκείνου δεξιᾶς εὐλογούμενον ἀλεξίκακον φάρμακον γίνεται. Τίς ἀγνοεῖ τοῦ τεθνηκότος παιδίου τὴν διὰ τῆς τούτου προσευχῆς γενομένην ἀνάστασιν; Ἐν γὰρ τοῖς τῆς πόλεως προαστείοις οἱ τούτου εἰσὶ γεννήτορες, οἳ πολλῶν μὲν παιδῶν ἐγένοντο πατέρες, πάντας δὲ ἀώρους τῷ τάφῳ παρέπεμψαν. Ὅτε τοίνυν τοῦτο τὸ τελευταῖον ἐγεννήθη παιδίον, ἔδραμεν ὁ πατὴρ πρὸς τὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον, μακρᾶς αὐτῷ ζωῆς μεταλαχεῖν ἱκετεύων, καὶ ὑπισχνούμενος τῷ C Θεῷ ἀναθήσειν, εἰ ζήσειε. Τέσσαρα τοίνυν ἔτη διαβιῶσαν, ἐδέξατο τοῦ βίου τὸ τέλος. Ἀπῆν δὲ ὁ πατήρ· ἀφικόμενος δὲ ἐξαίφνης, ὁρᾷ τοῦτο λοιπὸν ἐκφερόμενον, καὶ ἁρπάσας ἀπὸ τῆς κλίνης· « Προσήκει, ἔφη, πληρῶσαί με τὴν ὑπόσχεσιν, καὶ τῷ τοῦ Θεοῦ ἀνθρώπῳ καὶ τεθνεὸς ἀποδοῦναι. » Καὶ ἀπεκόμισεν ὡς προεῖρηκε, καὶ τέθηκε πρὸ τῶν ἁγίων ἐκείνων ποδῶν, λέγων ἐκεῖνα ἃ καὶ τοῖς οἰκείοις εἰρήκει. Ὁ δὲ θεῖος ἄνθρωπος προτεθεικὼς τὸ παιδίον, καὶ τὰ γόνατα κλίνας, ἔκειτο πρηνὴς, τὸν ζωῆς καὶ θανάτου Δεσπότην παρακαλῶν. Δείλης δὲ ὄψίας ἀφῆκε τὸ παιδίον φωνὴν, καὶ τὸν πατέρα ἐκάλεσεν. Οὕτως αἰσθόμενος ὁ θεσπέσιος ἐκεῖνος ἀνὴρ, ὡς τὴν ἱκετείαν ὁ Δεσπότης ἐδέξατο, καὶ τὴν ζωὴν ἐχορήγησεν, ἀνέστη, καὶ D προσκυνήσας τὸν ποιοῦντα τὸ θέλημα τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ τῆς δεήσεως αὐτῶν εἰσακούοντα, συνεπέρανε τὴν ἱκετείαν, καὶ τῷ φύσαντι τὸ παιδίον ἀπέδωκε. Τοῦτο κἀγὼ ἐθεασάμην, καὶ τοῦ πατρὸς τὸ θαῦμα διηγησαμένου ἀκήκοα, καὶ πολλοῖς προσήνεγκα τὸ διήγημα ἀποστολικὸν, εἰδὼς καὶ πολλῆς ὠφελείας τοῖς ἀκουσομένοις ἐσόμενον πρόξενον.

Κἀγὼ δὲ πολλάκις τῆς τούτου ἐπικουρίας ἀπήλαυσα· μιᾶς δὲ, ἣ δύο μνηθήσομαι, λίαν ἡγούμενος ἄγνωμον εἶναι, σιγῇ παραδοῦναι καὶ μὴ διδάξαι τῆς εὐεργεσίας τὰ εἴδη.

In Cyrensi regione impictatis spinas exsecrandus Marcio multas disseminarat. Quas cum radicitus evellere conarer, funem omnem, quod aiunt, movebam, et machinis omnibus adnitebar. At quorum ego saluti operam navabam, « pro eo ut

Μαρκίων ὁ βδελυρὸς πολλὰς ἀσεβείας ἀκάνθας εἰς τὴν χώραν τῆς Κυρήνης κατέσπειρε πόλεως. Ταύτας ἀνασπᾶν προῤῥίζους πειρώμενος, πάντα κάλων, τὸ λεγόμενον, ἐκίνουν, καὶ πάσῃ μηχανῇ χρώμενος διετέλουν. Οἱ δὲ τῆς ἐμοῦ θεραπείας ἀπολαύοντες,

Digitized by Google

« ἀντὶ τοῦ ἀγαπᾷν με, » προφητικῶς εἰπεῖν, « ἐνδιέβαλλόν με, καὶ ἔθεντο κατ' ἐμοῦ κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, καὶ μῖσος ἀντὶ τῆς ἀγαπήσεώς μου · » καὶ γοητικαῖς χρώμενοι μαγγανείαις, καὶ δαίμοσι πονηροῖς συνεργοῖς κεχρημένοι, ἀοράτως πολεμεῖν ἐπειρῶντο. Καί ποτε νύκτωρ ἦκέ τις βοῶν ἀλιτήριος δαίμων, καὶ τῇ Σύρᾳ κεχρημένος φωνῇ · « Τί πολεμεῖς, ὁ δεῖνα, Μαρκίωνι; τί δήποτε δὲ τὴν πρὸς τοῦτον ἀναδέδεξαι μάχην; τί σοι λυπηρὸν εἰργάσατο πώποτε; Λῦσον τὸν πόλεμον, κατάπαυσον τὴν δυσμένειαν · ἢ τῇ πείρᾳ μαθήσει ὅσον κακὸν ἡσυχία. Εὖ ἴσθι γάρ, ὡς πάλαι ἂν σε κατηκόντισα, εἰ μὴ τὸν τῶν μαρτύρων χορὸν σὺν Ἰακώβῳ φρουροῦντά σε ἐώρων. » Ἤκουσα τούτων ἐγὼ, καί τινι τῶν γνωρίμων πλησίον καθεύδοντι · « Ἀκούεις, ἔφην, ὁ δεῖνα, τῶν λεγομένων; » Ὁ δέ · « Πάντων, εἶπεν, ἐπήκουσα · καὶ διαναστῆναι βουλόμενος, καὶ διακύψαι, καὶ γνῶναι τίς ὁ φθεγγόμενος, σοῦ χάριν ἡσυχίαν ἦγον, καθεύδειν σε τοπάσας. » Ἀναστάντες τοίνυν, ἄμφω τε διεκύπτομεν, καὶ οὐδένα οὔτε κινούμενον, οὔτε φθεγγόμενον ἠκούομεν · τῶν δὲ ῥημάτων ἐκείνων καὶ οἱ ἄλλοι ἡμῶν ἐπήκουσαν σύνοικοι. Συνῆκα τοίνυν, ὡς χορὸν μὲν μαρτύρων ἔλεγε τὸ τοῦ ἐλαίου τῶν μαρτύρων ληκύθιον, ὃ παρὰ πολλῶν μαρτύρων συνειλεγμένην ἔχον τὴν εὐλογίαν, παρὰ τὴν ἐμὴν ἐξήρτητο κλίνην· καὶ τῇ κεφαλῇ δέ μου ὑπέκειτο τοῦ μεγάλου Ἰακώβου τὸ παλαιὸν περιβόλαιον, παντὸς ἔρκους ἀδαμαντίνου ἰσχυρότερόν μοι γεγενημένον. Καὶ ἡνίκα δὲ τῇ μεγίστῃ τούτων κώμῃ προσβάλλειν ἔμελλον, εἶτα πολλά τινα ἐν μέσῳ γινόμενα τὴν ἔξοδον διεκώλυεν, ἔπεμψα παρὰ τὸν ἐμὸν Ἡσαΐαν, τῆς θείας συμμαχίας ἀντιβολῶν ἀπολαῦσαι. Ὁ δὲ · « Θάῤῥει, ἔλεγε · πάντα γὰρ ἐκεῖνα δίκην ἀραχνῶν διαλέλυται τὰ κωλύματα· καὶ τοῦτό με νύκτωρ ἐδίδαξεν ὁ Θεὸς, οὐκ ὄναρ σκιαγραφήσας, ἀλλ' ὕπαρ ἐπιδείξας. Εὐρων γάρ, ἔλεγε, τῆς ὑμνῳδίας ἀρξάμενος, κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος, ἐν ᾧ τὰ χωρία ἐκεῖνα διάκειται, ὄφιν τινὰ πυροειδῆ, ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἐπὶ τὴν ἕω ἑρπύζοντα, καὶ διὰ μέσου τοῦ ἀέρος φερόμενον. Τρεῖς δὲ εὐχὰς ἐξανύσας, πάλιν ἐθεασάμην ἐπικαμφθέντα, καὶ τὸ κυκλοτερὲς ἐπιδείξαντα σχῆμα, καὶ τῇ κεφαλῇ συναφθεῖσαν τὴν κέρκον. Ὀκτὼ δὲ πάλιν προσευχὰς συμπεράνας, ἐθεασάμην δίχῃ τμηθέντα, καὶ εἰς καπνὸν διαλυθέντα. » Ταῦτα αὐτὸς μὲν οὕτω προεῖδεν · ἡμεῖς δὲ ἐθεασάμεθα συνομολογοῦσαν τῇ προῤῥήσει τὴν ἔκβασιν. Ἔωθεν μὲν γὰρ, ὑπὸ τοῦ ἀρχεκάκου ὄφεως στρατηγούμενοι, οἱ πάλαι μὲν τῆς Μαρκίωνος συμμορίας, νῦν δὲ τῆς ἀποστολικῆς γενόμενοι φάλαγγος, γυμνὰ ἡμῖν ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ὁρμῶντες τὰ ξίφη ἐδείκνυον. Περὶ δὲ τρίτην ὥραν τῆς ἡμέρας συσπειραθέντες, τῆς οἰκείας ἐφρόντιζον φυλακῆς, καθάπερ ὁ ὄφις τῇ κέρκῳ τὴν κεφαλὴν συνεκάλυπτεν. Ὀγδόῃ δὲ ὥρᾳ σκεδασθέντες, χώραν ἡμῖν ἔδωκαν τῆς εἰς τὴν κώμην εἰσόδου · καὶ παραυτίκα εὕρομεν ὄφιν ἐξ ὕλης χαλκοῦ πεποιημένον, καὶ ὑπ' ἐκείνων προσκυνούμενον. Τὸν γὰρ κατὰ τοῦ Δημιουργοῦ καὶ Ποιητοῦ τῶν ὅλων προφανῶς ἀναδεξάμενον πόλεμον, τὸν

A diligerent me, » Prophetæ ut verbis loquar, « detrahebant mihi, et posuerunt adversum me mala pro bonis, et odium pro dilectione mea[a]; » magicisque præstigiis usi, et pessimorum dæmonum auxilium asciscentes, invisibile bellum inferre contendebant. Venitque aliquando ' de nocte exitialis quidam dæmon clamans, et Syra loquens voce : « Quid heus tu bellum geris cum Marcione? cur tandem cum illo hanc pugnam suscepisti? quid ille tibi molestiæ creavit, inquam? Bellare desine, inimicitias depone, aut experientia disces quantum bonum sit quies. Scito enim quod te jam pridem confodissem, nisi martyrum chorum cum Jacobo te custodientes vidissem. » Hæc ego audivi, et cuidam e familiaribus, qui juxta dormiebat : « Audisne, inquam, quæ dicuntur? » et ille : « Omnia, inquit, audivi, et cum surgere liberet, ut dispicerem et cognoscerem quis loqueretur, tua causa destiti, quod te dormire arbitrabar. » Surgentes igitur ambo, et circumspicientes, nec motum ullius nec vocem audivimus. Verba porro illa nobiscum **1244** audierant alii quoque domestici. Intellexi ergo, martyrum chorum ab eo dici lecythum olei martyrum, qui collectam a multis martyribus benedictionem continens ad lectum meum suspensus erat : sub capite autem meo magni Jacobi vetus fuit pallium, quod mihi validius erat vallo quovis adamantino. Cum autem vicorum istorum maximum aggressurus essem, ac multa deinde incidissent quæ exitum prohibebant, misi ad Isaiam meum divinam opem implorans. Tum ille, « Bono, ait, sis animo. Impedimenta enim illa omnia aranearum instar dissipata sunt, idque me per noctem Deus docuit, non vanum somnium adumbrans, sed veram visionem exhibens. Vidi enim, aiebat, cum hymnodiam inchoassem, versus partem illam in qua vici positi sunt, serpentem quemdam ignea specie, qui ab occasu in ortum reptans per medium aera ferebatur. Tertiis vero precibus peractis, vidi rursus inflexum, circulique formam referentem, cauda capiti copulata. Et cum octo rursus precationes absolvissem, duas in partes dissectum vidi, solutumque in fumum. » Atque hæc ille quidem ita prævidit : nos vero consentientem prædictioni exitum vidimus. Mane quippe, auctorem mali serpentem sequentes ducem, qui Marcionis dudum partium erant, nunc phalangis sunt apostolicæ, nudos nobis ab occasu irruentes gladios ostendebant. Sub horam vero tertiam diei ' in orbem collecti ad sui custodiam incumbebant, sicut serpens caput contegebat. Octava demum hora dispersi facilem nobis in **1245** vicum aditum præbuerunt : statimque æneum serpentem offendimus, qui ab ipsis adorabatur. Bello enim adversus Creatorem Factoremque universorum aperte suscepto, exsecrandum serpentem, tanquam ejus hostem, colere studebant. Quoniam autem divinarum revelatio-

[a] Psal. cviii, 4, 5.

Digitized by Google

num narrationem ingressa est oratio, age narrabo quæ ab illa veraci lingua audivi. Narravit autem non cupiditate honoris, ab hoc enim etiam vitio aliena est anima divina, sed occasione quadam id eloqui coactus quod celatum volebat. Rogabam illum enixe, ut Deum universorum oraret, mihi ut segetem lolis vacuam redderet, liberamque a seminibus hæreticorum. Angebat enim me vehementer exsecrandi Marcionis error, qui magnopere invaluerat. Ille autem obtestanti mihi : « Nec me, inquit, nec alio apud Deum tibi opus est intercessore. Summum habes Joannem, Verbi vocem, Domini præcursorem, qui hoc pro te deprecatur assidue. » Et cum dicerem confidere me precibus tum hujus, tum aliorum sanctorum apostolorum et prophetarum, quorum nuper nobis allatæ fuerant reliquiæ : « Crede, ait, te Joannem habere Baptistam. » Ego vero ne sic quidem adduci potuit ut silerem, sed tanto magis institi quærens et scire avens, cur hujus potius faceret mentionem. Tum ille : « Vellem, ait, amplecti amabiles ejus reliquias. » Et cum dixissem, « Non afferam eas, nisi pollicitus fueris te dicturum quæ vidisti, » pollicitus est ipse, et ego postera die attuli quæ optabat, omnibusque procul secedere jussis, mihi uni hæc narravit :

ἐπάρατον δφιν, ὡς ἐκείνου πολέμιον, θεραπεύειν ἐσπούδαζον. Ἐπειδὴ δὲ εἰς τὴν τῶν θείων ἀποκαλύψεων εἰσῆλθεν ὁ λόγος διήγησιν, φέρε ἃ παρὰ τῆς ἀψευδοῦς ἐκείνης ἀκήκοα διηγήσομαι γλώσσης. Διηγήσατο δὲ οὐ φιλοτιμούμενος, πόρρω γὰρ καὶ τούτου τοῦ πάθους ἡ θεία ψυχή, ἀλλά τινος χρείας βιασαμένης εἰπεῖν ἃ κρύπτειν ἐβούλετο. Ἱκέτευον αὐτὸν ἀντιβολῆσαι τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, καθαρόν μοι ζιζανίων ἀποφῆναι τὸ λῆϊον, καὶ τῶν αἱρετικῶν σπερμάτων πάμπαν ἐλευθερῶσαι. Ἡνία γάρ με κομιδῇ ἡ τοῦ βδελυροῦ Μαρκίωνος ἐπὶ πλεῖστον διακρατήσασα πλάνη. Ἔφη τοίνυν λιπαρούμενος· « Οὔτ' ἐμοῦ, οὔτε ἄλλου δεῖ σοι πρὸς αὐτὸν πρεσβευτοῦ. Ἔχεις γὰρ Ἰωάννην τὸν πάνυ, τὴν τοῦ Λόγου φωνὴν, τοῦ Δεσπότου τὸν πρόδρομον, ταύτην ὑπὲρ σοῦ τὴν ἱκετείαν διὰ παντὸς προσκομίζοντα. » Ἐμοῦ δὲ λέγοντος, ὡς καὶ ταῖς τούτου πιστεύω προσευχαῖς, καὶ ταῖς τῶν ἄλλων ἁγίων ἀποστόλων καὶ προφητῶν, ὧν ἐναγχος ἡμῖν τὰ λείψανα ἐκεκόμιστο, « Θάρρει, ἔφη, ὡς Ἰωάννην ἔχεις τὸν Βαπτιστήν. » Ἀλλ' οὐδὲ οὕτω σιγὴν ἔχειν ἠνειχόμην· πολλῷ δὲ πλέον ἐπεκείμην πυνθανόμενος, καὶ μαθεῖν ἐφιέμενος, τί δὴ τούτου μᾶλλον ἐμνήσθη. Ὁ δέ· « Περιπτύξασθαι, ἔφη, ἐβουλόμην αὐτοῦ τὰ ἐπέραστα λείψανα. » Ἐπειδὴ δὲ ἔλεγον· « Οὐκ οἶσω ταῦτα, εἰ μὴ ἐρεῖν ὑπόσχοιτο ἃ θεασάμενος εἴη, » αὐτὸς μὲν ὑπέσχετο· ἐγὼ δὲ τῇ ὑστεραίᾳ ἐκόμισα τὰ ποθούμενα, καὶ πάντας πόρρω κελεύσας γενέσθαι, ἐμοὶ μόνῳ διηγήσατο ταῦτα.

Quando, inquit, hos urbis custodes e Phœnicia et Palæstina venientes **1246** cum Davidica chorea excepisti, subiit animum cogitatio quædam, num vere summi Joannis essent hæ reliquiæ, non martyris alterius, nominis ejusdem. Post unum ergo diem cum ad hymnos decantandos surrexissem, visus est mihi quidam alba veste indutus sic affari me : « Dic, Jacobe frater, cur adventantibus nobis obviam non venisti? » Et cum rogarem quinam essent, respondens dixit : « Qui e Phœnicia et Palæstina nuper venimus. Nam cum alacri animo nos omnes exceperint, et pastor, et populus, et urbis incolæ, et rustici, tu solus honoris particeps non fuisti. » Innuebat autem illam meam hæsitationem. Ad hæc igitur dixisse se dixit, « Et vobis, et omnibus aliis absentibus Deum adoro. » Rursus autem die sequenti idem ipse sub eamdem horam apparens : « Jacobe, ait, frater, vide illum, cujus vestis nivis candorem refert, propter elibanum ignis stantem. » Et cum oculos eo convertissem, ac Joannem Baptistam esse conjicerem (nam et vestitu erat indutus, et manum extendebat ut baptizans), « Is est, inquit, quem conjecisti, » quin et alias : « Cum ad primum vicum noctu ad castigandos seditiosos abires, Deoque intentiores preces offerri mandasses, totam noctem Dominum orando transegi. » Deinde vocem audivi dicentem : « Ne timeas, Jacobe : nam magnus Joannes Baptista tota nocte orat Deum universorum : et magna prorsus facta cædes esset, nisi ejus interventu repressa fuisset diaboli audacia. » Hæc ille mihi cum narrasset, præcepit ut

Ἡνίκα, ἔφη, τοὺς πολιούχους τούτους ἀπὸ τῆς Φοινίκης καὶ τῆς Παλαιστίνης ἀφικομένους, μετὰ τῆς Δαυιτικῆς ὑπεδέξω χορείας ἔννοιά μοί τις γέγονεν, εἰ τῷ ὄντι ταῦτα Ἰωάννου τοῦ πάνυ λείψανα καὶ μὴ ἄλλου τοῦ μάρτυρος ὁμωνύμου. Μετὰ μίαν τοίνυν ἡμέραν, ἐγὼ μὲν ἐπὶ τὴν ὑμνῳδίαν ἀνέστην νύκτωρ· ὁρῶ δέ τινα λευχειμονοῦντα, καὶ, « Ἀδελφὲ Ἰάκωβε, λέγοντα, εἰπὲ, τί δήποτε ἀφικομένοις ἡμῖν οὐχ ὑπήντησας; » Ἐμοῦ δὲ ἐρομένου, τίνες ποτὲ εἶεν, ἀπεκρίνατο λέγων· « Οἱ ἀπὸ Φοινίκης καὶ Παλαιστίνης τῇ προτεραίᾳ ἐληλυθότες· καὶ πάντων ἡμᾶς ὑποδεξαμένων προθύμως, καὶ τοῦ ποιμένος, καὶ τοῦ λαοῦ, καὶ ἀστῶν, καὶ χωρητικῶν, σὺ μόνος οὐκ ἐκοινώνησας τῆς τιμῆς. » Ἠνίττετο δὲ τὴν γενομένην ἀμφιβολίαν. Εἰπεῖν τοίνυν ἔφη πρὸς ταῦτα, ὅτι « Καὶ ἀπόντων ὑμῶν τε καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων προσκυνῶ τῷ Θεῷ. » Πάλιν δὲ τῇ ὑστεραίᾳ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν, αὐτὸς ἐκεῖνος ἐπιφανείς· « Ὅρα, ἔφη, ἀδελφὲ Ἰάκωβε, τὸν ἐκεῖθεν ἑστῶτα, οὗ ἡ μὲν ἐσθὴς χιόνι κατὰ τὴν χροιὰν ἀπείκασται, κλίβανος δὲ αὐτοῦ πυρὸς πρόκειται. » Ἐμοῦ δὲ τὰς ὄψεις ἐκεῖσε μεταθέντος, καὶ τὸν Βαπτιστὴν Ἰωάννην ὑποτοπάσαντος, καὶ γὰρ τὴν στολὴν περιβέβλητο, καὶ τὴν χεῖρα ὡς βαπτίζων προέτεινε· « Αὐτός ἐστιν, ἔφη, ὃν ὑπέλαβες εἶναι· » καὶ ἄλλοτε δέ· « Ἡνίκα, ἔφη, εἰς τὴν πρώτην νύκτωρ ἀπῇεις κώμην, παιδεύσων ὡς στασιαστὰς, σπουδαιοτέραν τῷ Θεῷ προσενεγκεῖν εὐχὴν παρεγγυήσας, ἄγρυπνος διετέλεσα τὸν Δεσπότην ἀντιβολῶν. » Εἶτα φωνῆς ἀκήκοα λεγούσης· « Μηδὲν δείσῃς, Ἰάκωβε· ὁ γὰρ μέγας Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς παννύχιον ἀντιβολεῖ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν·

Digitized by Google

πολὺς γὰρ ἂν ἐγεγόνει φόνος, εἰ μὴ ταῖς ἐκείνου πρεσβείαις ἐσβέσθη τοῦ διαβόλου τὸ θράσος. » Ταῦτά μοι διηγησάμενος, παρεγγύησε μόνον εἰδέναι, καὶ μὴ λαβεῖν ἄλλους συνίστορας. Ἐγὼ δὲ ὠφελείας ἕνεκεν, οὐ μόνον πολλοῖς προσήνεγκα τὸ διήγημα, ἀλλὰ καὶ συγγραφῇ παραδίδωμι. Καὶ Ἰωσὴφ δὲ τὸν πατριάρχην θεάσασθαι ἔφη, καὶ τὴν κεφαλὴν πολιόν καὶ τὸ γένειον, καὶ ἐν γήρᾳ τῆς ὥρας ἀφιέντα τὴν αἴγλην, καὶ ἐν ἀρετῆς ἀκρότητι ἔσχατον ἑαυτὸν τῶν ἁγίων ὀνομάζοντα. « Ἐμοῦ γὰρ, φησὶ, πρῶτον λέγοντος τῶν τῆς θήκης αὐτῷ κοινωνούντων, αὐτὸς ἑαυτὸν ἔσχατον ὠνόμαζε. »

A apud me servarem, nec cum aliis communicarem. At ego utilitatis gratia **1247** non solum multis ea narravi sed nunc etiam litteris mando. Sed et Josephum patriarcham aiebat se vidisse, cano capite atque barba, et in senili ætate formæ splendore radiantem, qui in ipso virtutis fastigio postremum se sanctorum nuncupabat. « Nam cum ego illum, inquit, eorum qui eodem in feretro erant primum dicerem, ipse ultimum se appellabat. »

Διηγήσατο δέ μοι καὶ τὰς γεγενημένας αὐτῷ ὑπὸ τῶν πονηρῶν δαιμόνων παντοδαπὰς προσβολάς. « Εὐθὺς μὲν γὰρ, ἔλεγε, ταύτης μοι τῆς πολιτείας ἀρξαμένῳ γυμνὸς ἐωρᾶτό τις, Αἰθίοπος ἔχων τὸ εἶδος, πῦρ ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν ἀφιείς. Ἐγὼ δὲ ὁρῶν, δέους τε ἐνεπιμλάμην, καὶ εἰς εὐχὴν ἐτρεπόμην, καὶ μεταλαβεῖν οὐκ ἠνειχόμην τῆς τροφῆς· κατ' ἐκεῖνον γὰρ ἐπεφαίνετο τὸν καιρόν. Ὡς δὲ ἑπτὰ, καὶ ὀκτὼ, καὶ δέκα διῆλθον ἡμέραι, καὶ ἄσιτος διετέλουν, τέλος τῆς πονηρᾶς ἐφόδου καταφρονήσας, καθήμενος τῆς τροφῆς μετελάμβανον. Ὁ δὲ ταύτην μου τὴν μεγαλοφροσύνην οὐκ ἐνεγκὼν, ῥάβδῳ παίειν ἠπείλει. » Ἐγὼ δὲ, ἔφη, ἔλεγον· « Εἰ μὲν ἐπιτέτραψαι παρὰ τοῦ τῶν ὅλων Δεσπότου, παῖε, καὶ δέξομαι μεθ' ἡδονῆς τὴν πληγὴν, ὡς ὑπ' ἐκείνου παιόμενος· εἰ δὲ μὴ ἐπετράπης, οὐ παίσεις, κἂν μυριάκις λυττήσῃς. » Τούτων ἀκούσας ἐδραπέτευσε τότε· ἀλλὰ πάλιν κρύβδην διετέλει λυττῶν. Τὸ γὰρ δίς μοι τῆς ἑβδομάδος κάτωθεν κομιζόμενον ὕδωρ, ἁπάντων τῷ κομίζοντι, καὶ τὸ ἐμὸν εἶδος μιμούμενος, ἐλάμβανε, καὶ ἀπιέναι κελεύων ἐκεῖνον ἐξέχει τὸ νᾶμα. Καὶ τοῦτο οὐ δὶς μόνον, ἀλλὰ καὶ τρὶς ποιήσας, τὸ τοῦ δίψους μοι ἐπεστράτευσε πάθος. Σφόδρα δὲ ἀνιαθεὶς, ἠρόμην τὸν εἰωθότα κομίζειν· « Τί δή ποτε πέντε καὶ δέκα διελθουσῶν ἡμερῶν οὐκ ἐκόμισας ὕδωρ; » Ὁ δὲ τρὶς ἔλεγε καὶ τετράκις κεκομικέναι, καί με τοῦτο δεδέχθαι. « Καὶ ποῦ τοῦτο, ἔφην, ἐγὼ παρὰ σοῦ φέροντος ἐδεξάμην; » Ὡς δὲ τὸν τόπον ὑπέδειξε· « Κἂν μυριάκις, ἔφην, ἐκεῖ με θεάσῃ παραγινόμενον, μὴ δῷς τὸ ἄγγειον, ἕως εἰς τοῦτον ἀφίκῃ τὸν τόπον. » Οὕτω καὶ ταύτην αὐτοῦ τὴν ἐπιβουλὴν διαλύσας, αὖθις ἑτέρας ἐπειράθη. Βοῇ γὰρ νύκτωρ χρησάμενος ἔφη, ὅτι « Σὲ τοσαύτης δυσωδίας ἐμπλήσω, καὶ τοσαύτην δύσκλειαν κατασκευάσω, ὡς μηδένα σε μηδαμόθεν θεάσασθαι ἄνθρωπον. » Ἐγὼ δὲ, ἔφη, πρὸς ταῦτα ἀπεκρινάμην, ὅτι « Σοι χάριν ὁμολογήσω· ἄκων γὰρ εὐεργετήσεις τὸν δυσμενῆ, πλέον ἐντρυφᾷν τῇ τοῦ Θεοῦ μνήμῃ παρασκευάζων. Σχολῆς γὰρ πλείονος ἀπολαύων, ἔργον σχήσω διηνεκὲς τοῦ θείου κάλλους τὴν φαντασίαν. » Ὀλίγων τοίνυν διελθουσῶν ἡμερῶν, μεσούσης ἡμέρας τὴν εἰωθυῖαν λειτουργίαν ἐπιτελῶν, ὁρῶ, ἔφη, δύο ἐκ τοῦ ὄρους κατιούσας γυναῖκας. Ἐγὼ δὲ τὸ ἀηθὲς δυσχεράνας, καὶ λίθοις βαλεῖν ἐπιχειρήσας, τῆς τοῦ ἀλάστορος ἀπειλῆς ἐμνήσθην, καὶ ταύτην ὑπέλαβον εἶναι τὴν δύσκλειαν. Ἔφθην τοίνυν βοήσας, ὡς εἰ καὶ τοῖς ὤμοις ἐπικαθίσαιεν, οὐ βαλῶ τοῖς λίθοις, οὐ διώξω, μόνῃ δὲ χρήσομαι τῇ προσευχῇ. Ταῦτα ἔφην, αἱ δὲ φρουδαὶ ἐγένοντο, καὶ τῷ

Narravit præterea mihi multiplices insultus, quos a pessimis dæmonibus pertulerat. « Cum primum enim, aiebat, hoc vitæ genus aggressus sum, nudus mihi quidam Æthiopis specie apparuit, ignem ex oculis emittens. Cujus aspectu exterritus ad orationem me converti, et cibum capere non potui, quia sub id tempus spectandum se dabat. Cum vero septem, octo, ac decem jam elapsi dies essent, et jejunus permanerem, tandem acerba infestatione contempta cibum sedens sumpsi. Quam ille animi mei constantiam non ferens, virgæ ictus intentabat. » « Ego vero dicebam, ait : « Si quidem hoc tibi ab universorum Domino permissum est, percute, et plagas libenter tanquam ab eo inflictas accipiam. Quod si permissum non sit, minime percuties, millies quamvis cum furore insanias. » His auditis, fuga tunc se proripuit : sed clam rursum furere non desiit. Aquam enim, quæ bis ad me per hebdomadam ex inferiore loco afferebatur, ei qui afferebat occurrens, vultumque meum ementiens, accipiebat, eoque mox dimisso totam effundebat. Quod iterum ac tertio cum fecisset, valida me siti oppugnavit, gravique affectus molestia, quæsivi ex eo qui deferre consueverat : « Quare per quindecim hos dies aquam non attulisti? » et cum ille se ter **1248** quaterque attulisse, meque accepisse, diceret : « Et quo, inquam, loco abs te allatam accepi? » cumque locum ostendisset · « Millies licet, dixi, eo venientem videris, vas ne tradito, priusquam ad hunc locum perveneris. » Hac ejus quoque machinatione sic eversa, aliam rursus tentavit. Noctu enim vociferans : « Tanto, inquit, fetore te implebo, tantaque aspergam infamia, ut oculos ad te nemo usquam hominum adjiciat. » Quibus ita se respondisse dicebat : « At ego tibi habebo gratiam, quod inimicum nolens afficies beneficio, hoc nimirum agens ut in Dei recordatione uberius oblectetur. Plus enim otii nacto perpetuum opus erit divinæ pulchritudinis contemplatio. » Paucis igitur transactis diebus, cum solitam liturgiam meridie peragerem, « Duas, inquit, feminas de monte descendentes video. » Et cum re insolita perturbatus lapidibus impetere pararem, venere in mentem minæ scelerati, atque hanc esse infamiam illam conjeci. Quare magna voce antevertens dixi, me illas, licet humeris meis insiderent, nec lapidibus appetiturum, nec insecuturum, sed solis precibus pugnaturum. Hæc ego : illæ vero evanuerunt, et cum verbis meis finem cepit

Digitized by Google

inane spectaculum. Post hæc rursus : « Nocte, inquit, cum orarem, vehiculi strepitus auditus est, et aurigæ clamor, equorumque hinnientium, et me rei novitas conturbavit. Cogitabam enim, nec præsidem in urbe tunc versari, nec viam curruum hanc esse, nec tempus vehiculis opportunum. Hæc autem reputante me, auditus est tumultus tanquam appropinquantis multitudinis, præibantque lictores quidam clamantes, sibilantes, et turbam de medio submoventes, **1249** viamque principi expeditam parantes. Ubi vero proximi esse mihi visi sunt, tum ego : « Quis es? inquam, et unde venis? aut qua de causa hoc tempore venisti? quousque ludis, infelix, divinamque patientiam contemnis? » Hæc ego dixi ad orientem conversus, Deumque deprecans. Ille vero impulit quidem, sed dejicere non potuit, divina gratia obsistente, statimque omnia evanuerunt. » Dicebat etiam, se exitialium illorum latronum tempore, qui ab Isauria profecti, Orientis loca plurima incendentes populati sunt, vehementer timuisse, non cædem (nec enim corpus suum tantopere amabat), sed servitutem et captivitatem, ne impietatis illorum iniquitatisque spectator foret. Hoc ejus timore cognito diabolum (sæpe enim illum apud amicos profitentem audierat), mulierum ejulatum noctu repræsentasse. « Ego vero, inquit, audire mihi videbar hostes adventare, et ignem vicis subjicere. Statim ergo discriminata capitis coma, et capillis dextra lævaque per humeros in pectus demissis, cervicem ad gladii amputationem comparabam, ut brevi ictu accepto ab exsecrando illo spectaculo liber fierem. Hunc in modum nocte transacta, cum illorum irruptionem continenter exspectarem, postquam dies illuxit, et advenere aliqui, rogabam ecquid de Isauris audiissent. Et cum illi nihil per hos dies se cognosse dicerent, ita diabolicam, inquit, illusionem hanc etiam fuisse animadverti. Alias vero petulanti juveni præstanti forma et flava coma insigni similis, ridens ad me simul ludensque accedebat, et ego **1250** ira succensus abigebam illum, insectans maledictis. Ille autem consistebat, aspectu meretricio, risuque ac sermone spirans voluptatem. Tunc ergo majore ira concitatus. « Quomodo, inquam, totum orbem terrarum circumire potes, et tales omnibus insidias struere? » Ille vero se haud solum aiebat esse, sed dæmonum multitudinem per orbem sparsam esse gentium, qui hoc modo ludunt pariter ac serio agunt. Ludo quippe isto, ut videtur, naturam hominum universam delere student. « At tu, inquam, hinc abi Christo jubente, qui legionem olim per porcos misit in profundum. » Audiit, statimque aufugit, nec Dominici nominis vim ferre valens, nec famuli ejus philosophiæ lucem intueri. « Plura his alia mihi narranda cum suppetant, scribere non libet, ne infirmioribus non credendi occasionem præbeat multitudo. Nam iis quidem qui divinum hominem contuentur, nihil istiusmodi cum dicitur incredibile videtur, virtute quæ cernitur dicta con-

A λόγῳ συνεπληροῦτο τῆς θέας ἡ φαντασία. » Μετὰ ταῦτα πάλιν· « Νύκτωρ ἐγὼ μέν, ἔφη, προσηυχόμην, ὀχήματος δὲ κτύπος ἐφέρετο, καὶ ἡνιόχου βοή, καὶ ἵππων χρεμετιζόντων· ἐμὲ δὲ τοῦ πράγματος τὸ καινὸν ἐθορύβησεν. Ἐνενόουν γὰρ ὡς οὔτε ἄρχων ἐπεδήμει τότε τῇ πόλει, οὔτε ὀχήμασιν ἡ ὁδὸς ἦν, οὔτε ὁ καιρὸς τοῖς ὀχήμασιν ἐπιτήδειος. Ἐμοῦ δὲ ταῦτα λογιζομένου, θόρυβός τις πλήθους ἠκούετο προσπελάζοντος· καί τινες ἐδόων ἡγούμενοι ῥαβδοφόροι, συρίττοντες, καὶ ἀπελαύνοντες ἐκ τοῦ μέσου τοὺς πλείους, καὶ εὐτρεπῆ ποιοῦντες τῷ ἡγουμένῳ τὴν πάροδον. Ὡς δὲ σφόδρα μοι πελάζειν ἔδοξε, εἶπον, ἔφη· « Τίς εἶ; καὶ πόθεν ἥκεις; καὶ τίνος δεόμενος; κατὰ τοῦτον ἐλήλυθας τὸν καιρόν; μέχρι τίνος παίζεις, ὦ ταλαίπωρε, καὶ τῆς θείας μακροθυμίας καταφρονεῖς; » Τοῦτο ἐγὼ μὲν ἔλεγον πρὸς ἕω B τετραμμένος, καὶ τῷ Θεῷ τὴν ἱκετείαν προσφέρων. Ὁ δὲ, ὥσε μὲν, καταβαλεῖν δὲ οὐκ ἴσχυσεν· ἡ γὰρ θεία χάρις ἀντέσχεν, καὶ παραυτίκα φρυῦδα πάντα ἐγένοντο. » Ἔλεγε δὲ καὶ κατὰ τὸν τῶν ἀλιτηρίων ἐκείνων ληστῶν καιρὸν, ὅτε ἐξ Ἰσαυρίας ὁρμώμενοι τῆς ἕω τὰ πλεῖστα ἐμπρήσαντες ἐλῃΐσαντο, δεδιέναι σφόδρα, οὐ τὴν σφαγὴν, οὐ γὰρ οὕτω φιλοσώματος ἦν, ἀλλὰ τὸν ἀνδραποδισμὸν, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν, καὶ τῆς ἀσεβείας καὶ παρανομίας τὴν θεωρίαν. Τούτου τοῦ δέους αἰσθόμενος ὁ διάβολος· ἤκουσε γὰρ αὐτοῦ πολλάκις πρὸς τοὺς γνωρίμους ἐκφήναντος· μιμεῖται νύκτωρ ὀλολυγὴν γυναικῶν. « Ἐγὼ δὲ, ἔφη, ἀκούειν ἐδόκουν ὡς ἥκοιεν οἱ πολέμιοι, καὶ ὡς πῦρ ταῖς κώμαις ἐμβάλλοιεν. Εὐθὺς τοίνυν δεχῆ τῆς C κεφαλῆς διακρίνας τὰς κόμας, καὶ τὰς μὲν ἐκ δεξιῶν, τὰς δὲ ἐξ εὐωνύμων διὰ τῶν ὤμων ἐπὶ τὸ στῆθος μετενεγκών, εὐτρεπῆ πρὸς τὴν τοῦ ξίφους τομὴν τὸν αὐχένα ἐποίουν, ἵνα σύντομον δεξάμενος τὴν πληγὴν, τῆς ἀπευκτῆς ἐκείνης ἀπαλλαγῶ θεωρίας. Οὕτω πᾶσαν ἐκείνην διατελέσας τὴν νύκτα, καὶ διηνεκῶς τὴν ἐκείνων ἔφοδον προσδεχόμενος, ἐπειδὴ ἡμέρα ἐγένετο, καὶ ἦκόν τινες, ἐπυθόμην τί περὶ τῶν Ἰσαύρων εἶεν ἀκηκοότες· οἱ δὲ ἔλεγον, μηδὲν ἐν ταύταις ἐγνωκέναι ταῖς ἡμέραις. Καὶ οὕτω, φησὶν, ἐπέγνων διαβολικὴν κἀκείνην εἶναι τὴν φαντασίαν. Ἄλλοτε δὲ, ἔφη, νέῳ σφριγῶντι ἀπεικασθείς, ὥρᾳ λάμποντι, καὶ κόμῃ ξανθῇ κεκοσμημένῳ, προσῄει μειδιῶν ἅμα καὶ παίζων· ἐγὼ δὲ, ἔφη, τῷ θυμῷ καθοπλισθεὶς ἐξήλαυνον λοιδορούμενος. Ὁ δὲ ἐπέμενεν ἑταιρικὸν βλέπων, καὶ τῷ τε μειδιάματι, τῷ τε D φθέγματι, ἡδονὴν ἀναβλύζων. Τότε τοίνυν πλέον τὸν θυμὸν παραθήξας· « Πῶς ἰσχύεις, ἔλεγον, πᾶσαν τὴν οἰκουμένην περινοστεῖν, καὶ πᾶσι τοιαύτας προσφέρειν ἐπιβουλάς; Ὁ δὲ ἔλεγε μὴ μόνος εἶναι, ἀλλὰ πλῆθος δαιμόνων κατὰ πᾶσαν ἐσκεδάσθαι τὴν οἰκουμένην, τοιαῦτα παιζόντων ὁμοῦ καὶ σπουδαζόντων. Τῇ γὰρ δοκούσῃ παιδιᾷ σπουδάζουσι πᾶσαν ἀφανίσαι τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν. « Ἀλλά γε σὺ ἄπιθι, ἔφην, τοῦ Χριστοῦ σοι κελεύοντος, τοῦ λεγεῶνα ὅλην διὰ τῶν χοίρων τῷ βυθῷ παραπέμψαντος. » Ἤκουεν ἅμα καὶ ἔφευγεν, οὔτε τῆς Δεσποτικῆς προσηγορίας τὴν δύναμιν φέρων, οὔτε τῆς οἰκετικῆς φιλοσοφίας τὴν αἴγλην βλέπειν δυνάμενος. » Καὶ ἄλλα δὲ πλείονα εἰδὼς τούτων διηγήματα, συγγράφειν, οὐ βούλομαι,

Digitized by Google

μη τοῖς ἀσθενεστέροις τὸ πλῆθος ἀπιστίας γένηται πρόφασις. Τοῖς μὲν γὰρ ὁρῶσι τὸν θεῖον ἄνθρωπον οὐδὲν τοιοῦτον λεγόμενον ἀπίθανον καταφαίνεται, τῆς ὁρωμένης ἀρετῆς βεβαιούσης τὰ λεγόμενα. Ἐπειδὴ δὲ καὶ εἰς τοὺς ὕστερον ἐσομένους τὸ τοῦ διηγήματος διαβήσεται σύγγραμμα, ἀπιστότερα δὲ τοῖς πολλοῖς τὰ ὦτα τῶν ὀφθαλμῶν, τῇ ἀσθενείᾳ τῶν ἀκουόντων μετρήσομεν τὴν διήγησιν. Τούτῳ τοίνυν ᾠκοδόμησαν μὲν καὶ ἄλλοι σηκὸν μέγιστον ἐν τῇ πελαζούσῃ κώμῃ, οὐ πολλοῖς ἀφεστῶτα σταδίοις· κατεσκεύασα δὲ κἀγὼ θήκην ἐν τῷ τῶν ἀποστόλων καλλινίκων σηκῷ. Ἀλλὰ τοῦτο μαθὼν ὁ θεῖος ἄνθρωπος, πολλά με πολλάκις ἐλιπάρησεν, ἐν ἐκείνῳ τῷ ὄρει ταφῇ παραδοῦναι τὸ σῶμα. Ἐγὼ δὲ εἶπον πολλάκις, ὡς οὐ προσήκει τὸν τῆς παρούσης ζωῆς ἀμελήσαντα, ταφῆς ποιήσασθαι πρόνοιαν. Ὡς δὲ τοῦτο αὐτῷ καταθύμιον εἶδον, ἐπένευσά τε, καὶ συνεθέμην, καὶ τὴν λάρνακα τμηθῆναί τε, καὶ κομισθῆναι ἄνω πεποίηκα. Ἐπεὶ δὲ τὸν λίθον ὑπὸ τῆς πάχνης φθειρόμενον εἶδον, μικρὸν οἰκίσκον ἐπέτρεψα γενέσθαι τῇ λάρνακι. Ἐπεὶ δὲ ἐκέλευσε, καὶ τὴν οἰκοδομὴν συμπεράναντες, τὸν δροφον ἐπεθήκαμεν, « Οὐκ ἀνέξομαι, ἔφη, τοῦτον Ἰακώβου καλεῖσθαι τάφον, ἀλλὰ βούλομαι τῶν καλλινίκων μαρτύρων τοῦτον γενέσθαι σηκὸν, ἐμὲ δὲ οἷά τινα μέτοικον εἰς ἑτέραν κεῖσθαι θήκην, παροικεῖν αὐτοῖς ἠξιωμένον. » Καὶ ταῦτα οὐ μόνον εἶπεν, ἀλλὰ καὶ ἔδρασε. Καὶ πολλοὺς μὲν προφήτας, πολλοὺς δὲ ἀποστόλους, πλείστους δὲ ὅτι μάρτυρας, πανταχόθεν συναγαγὼν, ἐν μιᾷ τέθεικε λάρνακι, τῷ τῶν ἁγίων δήμῳ συνοικεῖν ἐθελήσας, καὶ σὺν αὐτοῖς ἀναστῆναι, καὶ τῆς θεωρίας ἀξιωθῆναι ποθήσας. Ἱκανὸν δὲ τοῦτο τεκμηριῶσαι τὴν τοῦ φρονήματος μετριότητα. Ὁ γὰρ τοσοῦτον πλοῦτον συνειλοχὼς, ὡς ἐσχάτῃ πενίᾳ συζῶν, τῇ τῶν εὐπόρων συμμορίᾳ παροικεῖν ἐπεθύμησεν.

Ὁποῖοι μὲν οὖν τῆς σεβασμίας ἐμοὶ κεφαλῆς οἱ πόνοι, καὶ οἱ ἀγῶνες ἡλίκοι, καὶ ὅσης θεόθεν ἀπέλαυσε χάριτος, καὶ ὅσας νίκας νενίκηκε, καὶ οἵοις στεφάνοις κατακεκόσμηται, ἀπόχρη καὶ ταῦτα διδάξαι. Ἐπειδὴ δέ τινες δυσκολίαν ἤθους ἐπαιτιῶνται, καὶ δυσχεραίνουσι τὸ φιλέρημον καὶ ἡσύχιον, ὀλίγα περὶ τούτων εἰπὼν, πέρας ἐπιθήσω τῷ διηγήματι· Πρόκειται πᾶσιν, ὡς ἔφην, εἰς θεωρίαν, οὔτε θριγκίῳ πεφραγμένος, οὔτε καλύβῃ τινὶ ἢ σκηνῇ καλυπτόμενος. Ἕκαστος δὲ τῶν ἀφικνουμένων, ὑπ' οὐδενὸς ἐρκίου κωλυόμενος, εὐθὺς παραγινόμενος προσδιαλέγεσθαι βούλεται. Τοῖς δὲ ἄλλοις ταυτησὶ τῆς φιλοσοφίας ἐρασταῖς καὶ θριγκία καὶ θύραι εἰσὶ, καὶ ἡσυχίας ἀπόλαυσις, καὶ ἀνοίγνυσιν ἐθελήσας ὁ καθειργμένος, καὶ ἀναβάλλεται ὅσον βούλεται, καὶ τῆς θείας ἐμφορεῖται θεωρίας ὅσον ἐθέλει. Ἐνταῦθα δὲ τούτων οὐδέν. Διὸ μάλιστα δυσχεραίνει τοὺς παρ' αὐτὸν τῆς προσευχῆς τὸν καιρὸν. ἐνοχλοῦντας. Κἂν μὲν κελεύσαντος εὐθὺς ἀπίοιεν, πάλιν ἔχεται τῆς προσευχῆς. Εἰ δὲ ἐπιμένοιεν ὀχλοῦντες, καὶ ἅπαξ καὶ δὶς παρεγγυήσας μὴ πείσειε, τηνικαῦτα δυσχεράνας ἐπιτιμῶν ἀποπέμπεται. Ἐμοὶ δὲ περὶ τούτου πρὸς αὐτὸν γεγένηται λόγοι· καί τινας ἔφην ἀσχάλλειν ἐξελαθέντας, καὶ εὐλογίας μὴ μετασχόντας· καὶ ὅτι πρέπον εἴη, τοὺς τούτου χάριν ἀφικνουμένους, καὶ πολλῶν ἡμερῶν ὁδὸν ἐξανύοντας, μὴ

firmante. Quia vero ad posteros quoque transgressura est litteris conscripta narratio, difficiliusque vulgo credunt aures quam oculi, audientium imbecillitate metiemur narrationem. Huic igitur et alii ædem maximam ædificarunt vicino in vico haud multis stadiis distantem, et ego quoque arcam illi paravi in templo triumphantium apostolorum. Quod cum rescivisset vir divinus, multis me sæpe obtestatus est, ut illo in monte corpus ipsius conderetur. Ego vero frequenter suggerebam, non debere illum qui præsentem vitam neglexerit, de sepultura esse sollicitum. Videns tamen hoc illum vehementer **1251** expetere, annui et assensus sum, areamque revellendam et sursum transferendam curavi. Et quia lapidem a pruina labefactari animadverti, parva ædicula circumdari arcam jussi. At postquam perfecta ipsius jussu fabrica tectum imposuimus, « Non patiar, inquit, ut Jacobi sepulcrum hoc appelletur, sed triumphantium martyrum templum hoc fieri volo, et me velut inquilinum quempiam illorum cohabitatione dignatum, alia in arca poni. » Neque hæc dixit modo, sed reipsa præstitit. Collectis enim undique multis prophetis, multisque apostolis, et martyribus quamplurimis, omnes una in arca reposuit, cum sanctorum populo habitare cupiens, et cum eis resurgere, divinoque conspectu potiri. Atque hoc certe, quanta fuerit animi modestia, argumentum est idoneum, quod qui tantas opes congesserat, quasi summa inopia laboraret, in divitum cœtu habitare concupierit.

Cujusmodi ergo venerandi mihi capitis labores exstiterint, et quanta certamina, quantamque a Deo gratiam adeptus sit, quot victorias reportarit, cujusmodi coronis fuerit exornatus, abunde possunt hæc docere. Sed quia sunt nonnulli, qui ejus morositatem criminantur, nimiumque solitudinis et quietis studium reprehendunt, de his pauca ubi dixero, finem imponam narrationi. Omnium oculis ad spectandum expositus est, ut jam dixi, nec maceria circumseptus, nec tugurio aliquo abditus, aut tabernaculo. Et qui adventant omnes nullo sepimento prohibente; simul ac venerunt alloqui volunt. At cæteris hujus philosophiæ amatoribus et maceriæ sunt et januæ, et quiete frui licet : aperitque si velit qui reclusus est, et differt quoad libet, **1252** expleturque quandiu vult divina contemplatione. Hic vero nihil est hujusmodi. Quare illos qui orationis tempore interpellant fert ægerrime. Quod si jubente ipso mox recesserint, redit iterum ad orationem. At si turbare pergant, et semel ac secundo monitis non persuaserit, tunc graviter ferens et increpans eos amandat. Mihi autem hac de re cum illo sermo fuit. Dixi enim contristari quosdam, qui expulsi fuerant, benedictionemque non acceperant, et convenire, ut qui hujus gratia veniunt, multorumque dierum iter conficiunt, tristes

Digitized by Google

non recedant, sed lætitia cumulati, et qui philosophiæ tuæ commemoratione nescientes reficiant. Ille vero : « Non aliorum, inquit, sed mei ipsius causa in montem veni. Nam cum multis peccatorum ulceribus opertus sim, curatione plurima indigeo : eamque ob rem Dominum nostrum oro, ut mihi salutaria vitiorum remedia tribuat. Quo pacto igitur absurdum valde ac stultum non sit, orationis filum præcidere, atque homines interim alloqui? Etenim si ejusdem naturæ hominis famulus essem, ministeriique dominici tempore, cibum aut potum tempestive afferre prætermittens, cum aliquo e conservis fabularer, quibus plagis non merito afficerer? Quod si præsidem adiens, deque injuria mihi a quopiam illata expostulans, orationem in medio cursu abrumperem, sermonemque alium ad aliquem ex * astantibus ordirer, annon ægre laturum judicem putas, ac non solum opem negaturum, sed verbera quoque additurum, et extra cancellos ejecturum? Qui ergo fas æquumque sit, famulum quidem erga dominum, et supplicem **1253** erga judicem decenter se gerere : me vero ad Deum, qui et sempiternus est Dominus, et judex æquissimus, et universorum rex, accedentem, ne ad horum quidem exemplum accedere, sed ad conservos inter orandum me convertere, et longam confabulationem texere? » Hæc et audivi, et ad eos retuli qui conquerebantur. Ac mihi quidem bene recteque dixisse videtur. Nam præter hæc quæ dicta sunt, proprium est amantium alios omnes contemnere, in eoque uno hærere quem amant et diligunt, atque hunc et noctu somniare, et interdiu animo versare. Propterea ægre ferre mihi videtur, cum in optata contemplatione insistens adamata pulchritudine expleri prohibetur. Narrando ista conscripsimus, brevitati inprimis studentes, ne prolixitate lectoribus tædio essemus. Quod si superstes huic narrationi vixerit, alia videlicet præclara facinora prioribus adjiciet, et hæc alii conscribent. Nos enim hinc emigrandi desiderium maximum tenet. Pietatis autem athletarum agonotheta finem huic certaminibus dignum tribuat, ut quod superest cursus priori consentiat, victorque tandem ad metam perveniat, et infirmitatem nostram ejus precibus confirmet, ut corroborati multas clades nostras resarciamus, et ex hac vita victores excedamus.

A ἀχθομένους ἐπανιέναι, ἀλλὰ θυμηδίας ἐμφορουμένους, καὶ τοῖς τῆς σῆς φιλοσοφίας διηγήμασιν ἑστιῶντας τοὺς ἀγνοοῦντας. Ὁ δὲ, « Οὐκ ἄλλου χάριν, ἔφη, ἀλλ' ἐμαυτοῦ τὸ ὄρος κατείληφα. Καὶ πολλὰ λίαν ἁμαρτημάτων περικείμενος ἕλκη, πολλῆς δέομαι θεραπείας. Καὶ τούτου εἵνεκα τὸν ἡμέτερον ἱκετεύω Δεσπότην, ὀρέξαι μοι τὰ τῆς κακίας ἀλεξιφάρμακα. Πῶς τοίνυν οὐκ ἄτοπον, καὶ λίαν ἀνόητον, διακόψαι μὲν τὸν τῆς ἱκετείας εἱρμὸν, μεταξὺ δὲ διάλεξιν πρὸς ἀνθρώπους ποιήσασθαι ; Εἰ γὰρ οἰκέτης ἀνθρώπου ὁμοφυοῦς ἐτύγχανον, ἐν δὲ τῷ τῆς δεσποτικῆς διακονίας καιρῷ, καταλιπὼν τὸ προσενεγκεῖν εἰς καιρὸν ἢ σιτία ἢ ποτὰ, πρός τινα τῶν ὁμοδούλων ἐποιησάμην διάλεξιν, πόσας οὐκ ἂν δικαίως ἐδεξάμην πληγάς ; Εἰ δὲ καὶ ἄρχοντι προσελθὼν, καὶ B ἣν ὑπομένω παρά τινος διηγούμενος ἀδικίαν, διέκοψα μὲν ἐν μέσῳ τὴν διάλεξιν, ἄλλους δὲ λόγους τινὰς πρός τινας τῶν παρόντων ἐποιησάμην, οὔ σοι δοκεῖ δυσχερᾶναι τὸν δικαστὴν, καὶ τῆς μὲν ἐπικουρίας ἀποστερῆσαι, προσθεῖναι δὲ καὶ μάστιγας, καὶ τῶν κιγκλίδων ἀπελάσαι ; Πῶς τοίνυν ὅσιον, δεσπότῃ μὲν τὸν οἰκέτην, καὶ δικαστῇ τὸν ἱκέτην, προσηκόντως προσφέρεσθαι· ἐμὲ δὲ τῷ Θεῷ, τῷ καὶ αἰωνίῳ Δεσπότῃ, καὶ δικαστῇ δικαιοτάτῳ, καὶ βασιλεῖ τῶν ἁπάντων προσιόντα, μηδὲ τούτοις παραπλησίως ποιεῖσθαι τὴν πρόσοδον, ἀλλὰ μεταξὺ προσευχόμενον πρὸς τοὺς ὁμοδούλους τρέπεσθαι, καὶ μακρὰν ποιεῖσθαι διάλεξιν ; » Ταῦτα καὶ ἤκουσα, καὶ πρὸς τοὺς δυσχεράναντας διεπόρθμευσα. Καὶ εὖ μοι καὶ καλῶς εἰρηκέναι δοκεῖ. Πρὸς γὰρ αὖ τοῖς εἰρημένοις, καὶ C ἴδιον τῶν ἐρώντων, πάντων μὲν τῶν ἄλλων ὑπερορᾷν, ἐκείνῳ δὲ προστετηκέναι, ὃν φιλοῦσι καὶ στέργουσι· καὶ τοῦτον νύκτωρ ὀνειροπολεῖν, καὶ μεθ' ἡμέραν φαντάζεσθαι. Διὰ τοῦτό μοι δυσχεραίνειν δοκεῖ, ἐν τῇ ποθουμένῃ μὲν θεωρίᾳ γενόμενος, ἐμπλησθῆναι δὲ τοῦ ἐπεράστου κωλυόμενος κάλλους. Ταῦτα διηγηματικῶς συνεγράψαμεν, κομιδῇ τῆς συντομίας φροντίσαντες, ἵνα μὴ τῷ μήκει τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀποκναίσωμεν. Εἰ δὲ καὶ ἐπιβιῴη τῷδε τῷ διηγήματι χρόνον, καὶ ἄλλα μυρία δήπουθεν κατορθώματα τοῖς προτέροις προσθήσει, καὶ συγγράψουσι κἀκεῖνα ἕτεροι. Ἡμῖν γὰρ τῆς ἐντεῦθεν ἐκδημίας πόθος πολύς. Ὁ δὲ τῶν τῆς εὐσεβείας ἀθλητῶν ἀγωνοθέτης καὶ τούτῳ δώσει τέλος τῶν ἀγώνων ἐπάξιον, καὶ τοῦ δρόμου τὸ λειπόμενον παράσχοι τῷ προτέρῳ συμβαῖνον, ἵνα νικηφόρος καταλάβοι τὴν νύσσαν, καὶ τῆς ἡμετέραν ἀσθένειαν ταῖς τούτου προσευχαῖς ὑπερείσειεν· ὅπως ἀναῤῥωσθέντες, τὰς πολλὰς ἡμῶν ἀναλαίσωμεν ἧττας, καὶ μετὰ νίκης τὸν βίον ἐξέλθωμεν.

XXII. — THALASSIUS aut LIMNÆUS.

Tillima vicus est apud nos, olim quidem impietatis Marcionis seminibus conspersus, nunc vero evangelica **1254** fruens agricultura. Huic ad meridiem proximus est collis, neque asper valde, neque admodum acclivis, in quo asceticum habitaculum condidit admirandus Thalassius, vir dotibus

D

ΚΒ'. — ΘΑΛΑΣΣΙΟΣ ἢ ΛΙΜΝΑΙΟΣ.

Τιλλίμα κώμη τίς ἐστι παρ' ἡμῖν, πάλαι μὲν τῆς Μαρκίωνος ἀσεβείας δεξαμένη τὰ σπέρματα, νῦν δὲ τῆς εὐαγγελικῆς ἀπολαύουσα γεωργίας. Ταύτης πρὸς μεσημβρίαν λόφος τις ἐστὶν, οὔτε λίαν τραχὺς, οὔτε μάλα προσάντης. Ἐν αὐτῷ τὸ ἀσκητικὸν ἐδείματο καταγώγιον Θαλάσσιος ὁ θαυ-

VARIÆ LECTIONES.

* *Helimma*. Hervet.

Digitized by Google

μάσιος, ἀνὴρ πολλοῖς κατακοσμηθεὶς ἀγαθοῖς, ἁπλότητι δὲ ἤθους, καὶ πραότητι, καὶ φρονήματος μετριότητι, τοὺς ἐπ' αὐτοῦ γε ἀνθρώπους ὑπερβαλλόμενος. Καὶ τοῦτο λέγω οὐκ ἀκοῇ μόνῃ πειθόμενος, ἀλλὰ καὶ πείρᾳ χρησάμενος. Κατέλαβον γὰρ τὸν ἄνδρα, καὶ πολλάκις τῆς γλυκείας αὐτοῦ ἀπήλαυσα συνουσίας. Εἰς τὸν τοῦδε χορὸν ἐτέλεσεν ὁ νῦν παρὰ πάντων ᾀδόμενος Λιμναῖος, καὶ κομιδῇ νέος ὢν τὴν παλαίστραν ἐκείνην καταλαβών, τὴν ἄκραν ταύτην φιλοσοφίαν καλῶς ἐπαιδεύετο. Καὶ πρῶτον τὸ τῆς γλώττης εἰδὼς εὐόλισθον, μειράκιον ὢν ἔτι, σιγῇν ἐνομοθέτησε ταύτην, καὶ πλεῖστον ὅτι μάλιστα διετέλεσε χρόνον μηδὲν πρὸς μηδένα φθεγγόμενος. Ἐπειδὴ δὲ ἀποχρώντως τῆς τοῦ Θείου πρεσβύτου διδασκαλίας μετέλαχε, καὶ ἐκμαγεῖον ἑαυτὸν τῆς ἐκείνου ἀπέφηνεν ἀρετῆς, παρὰ τὸν μέγαν ἀφίκετο Μάρωνα, οὗ καὶ πρόσθεν ἐμνήσθημεν. Ἀφίκετο δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, καθ' ὃν ὁ θεῖος Ἰάκωβος. Πολλὴν δὲ καὶ ἐντεῦθεν πάλιν ὠφέλειαν τρυγήσας, καὶ τὸν ὑπαίθριον βίον ζηλώσας, κορυφὴν ἑτέραν κατέλαβε, κώμης τινὸς ὑπερκειμένην, ἣν ὀνομάζουσι Ταργαλᾶν. Ἐν ταύτῃ μέχρι καὶ τήμερον διετέλεσεν, οὐκ οἰκίσκον ἔχων, οὐ σκηνήν, οὐ καλύβην, ἀλλὰ γυμνῷ θριγκίῳ περιειργόμενος, ἐκ λίθων ᾠκοδομημένων, οὐδὲ πηλῷ συνηρμοσμένων. Θύραν δὲ σμικράν τινα ἔχει πηλῷ διηνεκῶς κεχρισμένην· ἣν οὔποτε μὲν ἀνοίγνυσι τῶν ἄλλων ἀφικνουμένων, ἐμοὶ δὲ μόνῳ παραγενομένῳ τοῦτο ποιεῖν ἐπιτρέπει. Τούτου χάριν συναγείρονται πάμπολλοι πάντοθεν, τῆς ἐμῆς ἀφίξεως αἰσθόμενοι, κοινωνῆσαί μοι τῆς εἰσόδου ποθοῦντες. Τοῖς δὲ ἄλλοτέ ποτε πρὸς αὐτὸν φοιτῶσι, διὰ σμικρᾶς τινος θυρίδος διαλεγόμενος, μεταδίδωσι τῆς εὐλογίας, πλείστοις διὰ ταύτης τὴν ὑγίειαν δωρούμενος. Τῷ γὰρ τοῦ Σωτῆρος ὀνόματι κεχρημένος, καὶ νόσους παύει, καὶ δαίμονας ἐξελαύνει, καὶ τὴν ἀποστολικὴν μιμεῖται θαυματουργίαν. Οὐ μόνον δὲ τοῖς εἰς αὐτὸν ἀφικνουμένοις ἀναβλύζει τὴν ἴασιν, ἀλλὰ καὶ τῷ οἰκείῳ ταύτην πολλάκις προσενήνοχε σώματι. Ἐπανέστη γὰρ αὐτῷ πάλαι ποτὲ τοῦ κώλου τὸ πάθος· τὰς δὲ ἐντεῦθεν γινομένας ὀδύνας καὶ ἀλγηδόνας ἴσασι μὲν ἀκριβῶς οἱ τὴν πεῖραν δεξάμενοι, ἴσασι δὲ καὶ οἱ τούτου γενόμενοι θεαταί. Καλινδοῦνται γὰρ τοῖς λυττῶσι παραπλησίως, τῇδε κἀκεῖσε περιστρεφόμενοι, καὶ ἅμα τοὺς πόδας ἐκτείνοντες καὶ συστέλλοντες. Ἔστι δὲ ὅτε καὶ κάθηνται, καὶ ἀνίστανται, καὶ βαδίζουσιν, ἀναπαύλης τινὸς πόρον εὑρεῖν μηχανώμενοι. Διὰ τοῦτο καὶ βαλανείοις προσεδρεύουσι, καὶ πολλάκις εἰσίασι, ψυχαγωγίας τινὸς ἀπολαύοντες. Καὶ τί δεῖ μηκύνειν, τὰ πᾶσι δῆλα καὶ σαφῆ καταλέγοντας; Τοιούτῳ πάθει προσπαλαίων, καὶ τοσαύταις καὶ τηλικαύταις ὀδύναις βαλλόμενος, οὐκ ἰατρικῆς ἐπικουρίας ἀπήλαυσεν, οὐ κλίνης ἠνέσχετο, οὐ τὴν ἀπὸ φαρμάκων ἢ σιτίων ψυχαγωγίαν ἐδέξατο. Ἀλλ' ἐπὶ σανίδος χαμαὶ κειμένης καθήμενος, προσευχῇ καὶ σφραγῖδι τὴν θεραπείαν ἐδέξατο,

A multis ornatus, sed morum simplicitate, mansuetudine, animique modestia omnibus ætatis suæ hominibus antecellens. Quod quidem non sola auditione ductus dico, sed experientia. Hominem enim conveni, et suavi ejus congressu persæpe potitus sum. In ejus chorum receptus est qui nunc ab omnibus decantatur Limnæus, juvenisque admodum palæstram illam ingressus, ad summam hanc philosophiam belle institutus est. Ac primum omnium lubricam sciens esse linguam, adhuc adolescentulus silentii legem huic imposuit, mansitque longissimo tempore nihil ulli quidquam loquens. Postquam vero divini senis doctrinam abunde percepit, virtutisque illius effigiem in seipso expressit, ad magnum Maronem se contulit, cujus supra me-
B minimus : convenit autem eodem ipso tempore quo divinus Jacobus. Et multum hinc quoque utilitatis fructum cum cepisset, vitæque subdialis æmulandæ studio teneretur, cacumen alterum occupavit, vico cuidam imminens, quem Targalam [94] vocant. Ibi ad hunc usque diem perseveravit, nec domunculam habens, nec tabernaculum, nec tugurium, sed nuda maceria circumdatus, structis ex lapidibus ne luto quidem copulatis. Januam autem habet luto semper obductam : quam adventantibus aliis nunquam aperit, mihi uni cum venio aperire permittit. Eamque ob rem coeunt **1255** undique plurimi, cum de adventu meo audiunt, intrare mecum una
C cupientes. Cum cæteris autem, qui alio tempore ad eum veniunt, per exiguam quamdam fenestram loquens, benedictionem illis impertit, plurimisque per eam sanitatem largitur. Salvatoris enim utens nomine, morbos comprimit, dæmones expellit, et apostolica imitatur miracula. Non solum autem venientibus ad se curationem tribuit, sed hanc sæpe suo ipsius corpori exhibuit. Invaserat enim illum jam pridem morbus colicus : quam acres sint autem qui hinc oriuntur dolores et cruciatus, optime sciunt illi quidem qui sunt experti, sciunt vero etiam qui spectatores fuerunt. Volutantur enim furentium more, hanc et illam in partem se convertentes, et pedes simul extendunt et contrahunt : interdum sedent, et exsurgunt, et ambulant, quietem aliquam omnibus modis aucupantes. Idcirco et
D balneis assident, et intrant subinde, solatium aliquod capientes. Et quid multis opus est ea quæ omnibus aperta et manifesta sunt percensere? Cum hujusmodi morbo colluctans, et tot tantisque doloribus cruciatus, medicorum ope non est usus, non lecti perfugio, non ullo pharmacorum ciborumve levamento : sed super tabula humi sedens oratione sibi crucisque signo medicinam fecit, et divini nominis cantione dolores consopivit. Alias etiam, dum nocte ambularet, viperam dormientem calcavit, quæ plantam pedis invadens in ea dentes

VARIÆ LECTIONES.

[94] *Targallam.* Hervet.

Digitized by Google

inflxit. Subvenire pedi dum conatur, inflectens se manum admovit, et os **1256** bestiæ in eam convertit : cui rursus læva manu opem ferens, in hanc quoque bestiæ iram traxit. Postquam autem rabiem explevit (morsus quippe supra decem intulerat), abiit illa, suumque in latibulum se recepit : ipse vero acerbis undique doloribus cruciabatur. Sed ne tunc quidem medicæ artis auxilio uti placuit, solaque fidei pharmaca vulneribus suis adhibuit, orationem et signum crucis, et invocationem Dei. Propterea autem, ut arbitror, sævire in sacrum corpus bestiam illam permisit universorum Deus, ut divinæ illius animæ patientiam omnibus patefaceret. Hanc enim ejus dispensationem in strenuo quoque Jobo usurpatam cernimus, quem maximis et multiplicibus agitari fluctibus passus est, cum gubernatoris sapientiam omnibus vellet ostendere. Unde enim alias vel illius fortitudinem, vel hujus patientiam perspectam haberemus, nisi pietatis hostis telorum in eos genera omnia conjiciendi potestatem accepisset? Quæ ergo viri patientia fuerit, satis docere ista possunt : nunc ejus humanitatem aliunde ostendamus. Multos enim oculis captos et mendicare coactos cum in unum congregasset, et utrinque ad ortum et occasum habitacula construxisset, in his degere illos et Deum laudare jussit, alimenta eis necessaria ab iis qui ad ipsum veniebant suppeditari præcipiens. Ipse autem medius inter eos conclusus et hos et illos ad hymnodiam excitat. Itaque illos Deum assidue laudantes audire est. Tanta est perpetua illius erga ejusdem naturæ participes humanitas. Initorum autem sub dio certaminum ipsius et magni Jacobi **1257** idem est temporis spatium. Octavum enim et tricesimum annum jam expleverunt.

καὶ τῇ τῆς θείας προσηγορίας ἐπῳδῇ τὰς ὀδύνας ἐκοίμισε. Καὶ ἄλλοτε νύκτωρ βαδίζων, ἔχεως ἐπέδη καθεύδοντος· ὁ δὲ τοῦ ταρσοῦ ἐπιλαβόμενος, τοὺς ὀδόντας ἐπήγνυ. Ἐπαμῦναι δὲ τῷ ποδὶ πειραθείς, κατέκυπτε μὲν, καὶ τὴν χεῖρα τούτῳ προσέφερε, μετέφερε δὲ εἰς ταύτην τοῦ θηρίου τὸ στόμα· πάλιν δὲ τῇ εὐωνύμῳ χρησάμενος εἰς βοήθειαν τῆς ἑτέρας, εἷλκε καὶ κατὰ ταύτης τὸν τοῦ θηρίου θυμόν. Ἐπεὶ δὲ κόρον ἔλαβε τῆς μανίας (πλείονα γὰρ αὐτῷ ἢ δέκα προσενήνοχε δήγματα, τὸ μὲν ἀπέστη, καὶ τὸν χειμαλὸν τὸν οἰκεῖον κατέλαβεν· ὁ δὲ πάντοθεν πικραῖς ἐβάλλετο ὀδύναις. Ἀλλ' οὐδὲ τότε τῆς ἰατρικῆς ἠνέσχετο τέχνης· ἀλλὰ τοῖς ἕλκεσι προσέφερε μόνα τὰ τῆς πίστεως φάρμακα, σφραγῖδα καὶ προσευχὴν, καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν ἐπίκλησιν. Διὰ τοῦτο δὲ, οἶμαι, καὶ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς εἴασε κατὰ τοῦ ἱεροῦ σώματος τὸ θηρίον ἐκεῖνο λυττῆσαι, ἵνα γυμνὴν ἅπασι τῆς θείας ἐκείνης ψυχῆς ἐπιδείξηται τὴν καρτερίαν. Ταύτην γὰρ αὐτοῦ καὶ ἐπὶ τοῦ γενναίου Ἰὼβ τὴν οἰκονομίαν ὁρῶμεν. Πολλαῖς γὰρ αὐτὸν καὶ παντοδαπαῖς εἴασε τρικυμίαις περικλυσθῆναι, δεῖξαι τοῦ Κυβερνήτου τὴν σοφίαν ἅπασιν ἐθελήσας. Πόθεν γὰρ ἄλλοθεν ἔγνωμεν, ἢ τὴν ἐκείνου ἀνδρείαν, ἢ τούτου γε τὴν καρτερίαν, εἰ μὴ χώραν ἔλαβεν ἀφιέναι βέλη παντοδαπὰ κατ' αὐτῶν ὁ τῆς εὐσεβείας ἀντίπαλος; Τὴν μὲν οὖν τοῦ ἀνδρὸς καρτερίαν ἱκανὰ καὶ ταῦτα διδάξαι· τὴν δὲ φιλανθρωπίαν ἑτέρωθεν ἐπιδείξωμεν. Πολλοὺς γὰρ τὸ βλέπειν ἀφῃρημένους, καὶ προσαιτεῖν ἠναγκασμένους συναγαγὼν, καὶ ἑκατέρωθεν πρὸς ἕω καὶ πρὸς ἑσπέραν δειμάμενος καταγώγια, διάγειν ἐν τούτοις καὶ τὸν Θεὸν ὑμνεῖν παρεγγύησε, τὴν ἀναγκαίαν αὐτοῖς τροφὴν παρὰ τῶν εἰς αὐτὸν ἀφικνουμένων χορηγεῖσθαι κελεύων. Μέσος δὲ αὐτῶν καθειργμένος, καὶ τούτους κἀκείνους εἰς ὑμνῳδίαν διήγειρε, καὶ ἔστιν ἀκοῦσαι αὐτῶν διηνεκῶς τὸν Δεσπότην ὑμνούντων. Τοσαύτη περὶ τοὺς ὁμοφυεῖς φιλανθρωπίᾳ κεχρημένος διετέλει. Τῶν δὲ ὑπαιθρίων ἀγώνων αὐτῷ τε καὶ τῷ μεγάλῳ Ἰακώβῳ ὁ αὐτός ἐστι χρόνος. Ὄγδοον γὰρ καὶ τριακοστὸν ἤδη συνεπλήρωσαν ἔτος.

XXIII. — JOANNES.

Hoc etiam vitæ genus æmulatus est Joannes, vir lenitate inter cætera et mansuetudine illustris. Is asperam quamdam crepidinem cum occupasset, frigidam et septentrionibus expositam, in ea viginti et quinque annos hactenus transegit, contrarias aeris injurias perferens. Reliqua vero, ne singula persequar, victus, vestitus, ferrique onera, supradictis similia sunt omnia. Rebus autem humanis omnibus tanto est superior, ut ex his nullam decerpat consolationem. Cujus rei manifestum indicium mox proferam. Nam cum amygdalum probus quidam vir propter ejus lectulum plantasset, et illa temporis successu arbor facta umbram illi præberet, visumque oblectaret, abscindi jussit, ne quid inde caperet solatii. Hanc quoque vitam Moses amplexus est, qui in edito quodam vertice Ramæ vico imminente decertat, et Antiochus vir grandævus, qui desertissimo in monte maceriam exstruxit, et Antoninus [55], qui in senili corpore juvenum

ΚΓ'. — ΙΩΑΝΝΗΣ.

Ταύτην ἐζήλωσε τὴν πολιτείαν καὶ Ἰωάννης, ἀνὴρ πρὸς τοῖς ἄλλοις ἡμερότητι καὶ πραότητι λάμπων. Ῥαχίαν δὲ τραχεῖαν καταλαβὼν, δυσχείμαρον καὶ προσάρκτιον, ἐν ἐκείνῃ τέως πέντε καὶ εἴκοσι διετέλεσεν ἔτη, τὰς ἐναντίας τοῦ ἀέρος δεχόμενος προσβολάς. Τἄλλα δὲ πάντα, ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον διεξέρχωμαι, τροφὴ, καὶ ἐσθὴς, καὶ τὰ τοῦ σιδήρου φορτία, τοῖς προειρημένοις ἐστὶ παραπλήσια. Οὕτω δέ ἐστι τῶν ἀνθρωπίνων ἁπάντων ὑπέρτερος, ὡς μηδεμίαν ἐκ τούτων καρποῦσθαι παραψυχήν. Καὶ τούτου τεκμήριον ἐναργὲς αὐτίκα παρέξομαι. Ἐπειδή γάρ τις τῶν σπουδαίων ἀμυγδάλην παρ' αὐτὴν ἐφύτευσε τὴν στιβάδα, εἶτα τῷ χρόνῳ δένδρον γινομένη, σκιάν τε αὐτῷ παρεῖχε, καὶ τὴν ὄψιν εἱστία, ἀποτμηθῆναι ἐκέλευσεν, ἵνα μηδὲ μιᾶς ἐκεῖθεν ἀπολαύῃ ψυχαγωγίας. Τοῦτον ἠσπάσατο τὸν βίον καὶ Μωϋσῆς, ἐν ὑψηλῇ τινι κορυφῇ Ῥαμᾶς ὑπερκειμένῃ τῆς κώμης, ἀγωνιζόμενος· καὶ Ἀντίοχος, ἀνὴρ πρεσβύτης, ἐν ἐρημωτάτῳ τόπῳ τὸ θριγκίον δειμάμενος· καὶ Ἀν-

VARIÆ LECTIONES.

[55] *Antonius.* Heiv.

Digitized by Google

τωνῖνος, ἐν γεγηρακότι σώματι τοῖς νέοις παραπλη- A
σίως ἀγωνιζόμενος. Καὶ ἔστιν αὐτοῖς ἐσθὴς ἡ αὐτὴ,
καὶ τροφὴ, καὶ στάσις, καὶ προσευχὴ, καὶ παννύ-
χιοι πόνοι, καὶ πανημέριοι· καὶ οὔτε χρόνου μῆκος,
οὐ γῆρας, οὐκ ἀσθένεια φύσεως ἐλέγχει τὴν καρτε-
ρίαν, ἀλλ' ἀκμάζοντα ἐν ἑαυτοῖς ἔχουσι τὸν ἔρωτα
τοῦ πονεῖν. Καὶ ἄλλους δὲ πλείστους ἀγωνιστὰς ἐν
τοῖς ἡμετέροις μέρεσιν, ὄρεσί τε καὶ πεδίοις, ὁ τῆς
ἀρετῆς ἀγωνοθέτης ἔχει Θεὸς, οὓς καὶ ἀριθμῆσαι
μόνον οὐκ εὐπετὲς, μήτι γε δὴ ἑκάστου βίον
συγγράψαι. Ἀρκοῦσαν τοίνυν ἐκ τούτων ὠφέλειαν
τοῖς κερδάνειν βουλομένοις προτεθεικότες ἐφ' ἕτερον
εἶδος διηγήσεως τρέψομαι, καὶ τῆς τούτων εὐλογίας
μεταλαβεῖν ἀξιῶν.

ΚΔ'. — ZEBINAΣ ἢ ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΣ.

Ζεβινᾶν ᾄδουσι μέχρι καὶ τήμερον οἱ τῆς ἐκείνου B
θέας ἠξιωμένοι. Φασὶ δὲ αὐτὸν εἰς γῆρας ἐλάσαντα
βαθὺ, καὶ τοῖς αὐτοῖς πόνοις μέχρις αὐτῆς χρησά-
μενον τῆς τελευτῆς, μηδὲν τῶν τῆς νεότητος ἀμεῖ-
ψαι τῷ βαρυτάτῳ βιαζόμενον γήρᾳ. Ἐπλεονέκτει
δὲ, ὡς ἔφασαν, τοὺς ἐπ' αὐτοῦ πάντας ἀνθρώπους τῇ
τῆς προσευχῆς προσεδρίᾳ. Ἐν ταύτῃ γὰρ διημε-
ρεύων τε καὶ διανυκτερεύων, οὐ μόνον οὐκ ἐλάμβανε
κόρον, ἀλλὰ καὶ θερμότερον τὸν πόθον εἰργάζετο.
Ἀλλὰ καὶ τοῖς πρὸς αὐτὸν δέ γε ἀφικνουμένοις
ὀλίγα ἅττα διαλεγόμενος, κατάγειν ἐκ τῶν οὐρανῶν
οὐκ ἠνείχετο τὴν διάνοιαν· ἀλλ' εὐθὺς ἐκείνων
ἀπαλλαττόμενος, ὡς μηδὲ πρὸς βραχὺ χωρισθεὶς
τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, πάλιν τὴν ἱκετείαν προσέφερεν.
Ἐπειδὴ δὲ τὴν διηνεκῆ στάσιν τὸ γῆρας ἀλύπως C
φέρειν οὐκ εἶα, ἔρεισμα τούτῳ τὴν βακτηρίαν προσ-
έφερε, καὶ ταύτῃ προσκλινόμενος ὕμνει τὸν Δεσπό-
την καὶ ηὔχετο. Φιλοξενίᾳ δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις κο-
σμούμενος ἀγαθοῖς, μένειν τὴν ἑσπέραν πολλοὺς
τῶν ὡς αὐτὸν ἀφικνουμένων ἐκέλευεν. Οἱ δὲ τὴν
παννύχιον αὐτοῦ δειμαίνοντες στάσιν, ἀσχολίας τινὰς
σκηπτόμενοι, τῶν πόνων σφᾶς αὐτοὺς ὑπεξῆγον.
Τοῦτον καὶ ὁ μέγας ἐκεῖνος ὑπερηγάσθη Μάρων,
καὶ τοῖς φοιτῶσι πρὸς αὐτὸν ἅπασι παρηγγύα τρέ-
χειν, καὶ τοῦ πρεσβύτου τὴν εὐλογίαν τρυγᾶν, πα-
τέρα καὶ διδάσκαλον ὀνομάζων, καὶ πάσης ἀρχέ-
τυπον ἀποκαλῶν ἀρετῆς. Τούτῳ κοινωνῆσαι καὶ
ταφῆς παρεκάλεσεν· ἀλλ' οὐκ εἴασαν οἱ τὸ ἱερὸν
ἐκεῖνο σῶμα διαρπάσαντες, καὶ εἰς τὸ προειρημένον
χωρίον ἀποκομίσαντες. Ὁ δὲ θεσπέσιος Ζεβινᾶς D
προτελευτήσας, εἰς τὴν πελάζουσαν αὐτῷ κώμην
(Κίττα δὲ αὕτη καλεῖται), τῶν νομιζομένων ἀπήλαυσε,
καὶ σηκὸν δὲ τῇ θήκῃ μέγιστον ᾠκοδόμησαν. Ἴασιν
γὰρ ἀναβλύζει τοῖς μετὰ πίστεως προσιοῦσι παντο-
δαπήν. Ἔχει δὲ νῦν καὶ μάρτυρας ὁμοροφίους, παρὰ
Πέρσαις μὲν ἠγωνισμένους, ἐτησίοις δὲ πανηγύρεσι
παρ' ἡμῶν τιμωμένους.

Τῆς τούτου διδασκαλίας ὁ μέγας ἀπήλαυσε Πολυ-
χρόνιος· καὶ ὁ θειότατος δὲ Ἰάκωβος τοῦτον ἔφη
πρῶτον τρίχινον αὐτῷ δεδωκέναι χιτῶνα. Ἐγὼ δὲ
ἐκεῖνον μὴ θεασάμενος πώποτε (πρὸ γὰρ τῆς ἐμῆς
ἀφίξεως τοῦ βίου προκατειλήφει τὸ τέρμα), ἐν Πολυ-
χρονίῳ τούτῳ τῷ πάνυ τὴν τοῦ θείου Ζεβινᾶ φιλοσο-
φίαν ὁρῶ. Οὐ γὰρ οὕτως ὁ κηρὸς τοῦ δακτυλίου τὸν

instar desudat. Estque his omnibus eadem vestis, et A
victus, et statio, et oratio, nocturnique ac diurni
labores continui : et neque temporis diuturnitas,
neque senium, neque imbecillitas naturæ constan-
tiam frangit, sed vegetum in seipsis laborandi
retinent studium. Alios præterea complures in fi-
nibus nostris, montibusque et campis, athletas
habet virtutis agonotheta Deus, quos vel enume-
rare difficile sit, nedum **1258** singulorum vitam
conscribere. Quare cum ex his sufficientem iis qui
lucrum captant utilitatem proposuerimus, horum
etiam ut benedictione fruamur orantes, ad aliam
narrationem convertemur.

XXIV. — ZEBINAS aut POLYCHRONIUS.

Zebinam hodieque prædicant qui videre illum B
meruerunt. Aiunt autem illum, cum ad summam
senectutem pervenerit, iisdem laboribus ad ipsam
usque mortem usum esse, neque extremo adactum
senio fuisse, ut eorum quæ junior solebat quid-
quam imminutaret. Superabat autem, ut ferunt,
omnes ævi sui mortales assiduitate orationis. In
hac enim noctes diesque perseverans, non modo
non satiabatur, sed desiderium etiam efficiebat ve-
hementius. Quare cum iis qui ad eum veniebant
paucis disserens, cogitationem a cœlestibus abdu-
cere non patiebatur : sed ab illis mox liber, quasi
nec tantillum a Deo universorum separatus, ad
orationem iterum redibat. Et quoniam ut perpe-
tuam stationem sine molestia ferret senectus non
permittebat, huic sustentandæ baculum adhibuit, C
quo innixus laudes Domino precesque offerebat.
Hospitalitatis inter cætera bona studio præstans,
multos ex iis qui ad ipsum veniebant, exspectare
vesperam jubebat. Hi vero continuam ejus tota
nocte stationem reformidantes, negotiorum præ-
textu laboribus se subducebant. Hunc magnus etiam
ille Maro admiratus est vehementer, adventantesque
ad se omnes hortabatur, ut ad eum se conferrent,
ejusque benedictione fruerentur, patrem illum vo-
cans et magistrum, et virtutum omnium exemplar
appellans. Quin et eodem sepulcro ut conderetur
orabat : **1259** sed non permisere qui sacrum
illud corpus rapuerunt, et memoratum in locum D
deportarunt. Divino autem Zebinæ ante illum vita
functo vicinam apud Cittam justa facta sunt :
templumque loculo ejus maximum inædificarunt.
Curationes enim diversas præstat iis qui cum fide
accedunt. Sub eodemque tecto conjunctos etiam
nunc habet martyres, qui apud Persas quidem
decertarunt, apud nos vero annuis conventibus
honorantur.

Hujus disciplinæ particeps fuit magnus Polychro-
nius : sed et divinissimus Jacobus hunc sibi pri-
mam cilicinam tunicam dedisse dixit. Ego vero,
qui eum nunquam vidi (decesserat enim priusquam
venirem), in hoc magno Polychronio Zebinæ philo-
sophiam conspicio. Nec enim annuli figuram cera
sic exprimit, ut hic illius characteres refert : quod

Digitized by Google

quidem aperte comperi, ea quæ de illo narrantur cum iis quæ ab hoc fiunt comparans. Divino enim amore similiter flagrat, et terrenis rebus omnibus superior est, corporeque astrictus ' alatam habet animam, quæ et aera et æthera permeat, et supra cœlos attollitur, divinaque in contemplatione assidue versatur. Nec cogitationem inde unquam avelli patitur : sed tum etiam cum venientes alloquitur, cœlestia meditatur. Ejus autem perpetuas noctis vigilias, stationesque hinc deprehendi. Nam cum illum viderem, et senio simul et debilitate oppressum, nullo prorsus famulatu sublevari, sæpe orando persuasi, ut duos in contubernium, quorum solatio frueretur, admitteret. Et quia **1260** viros virtute claros expetiit, qui seorsim in alio degebant monasterio, his quoque admirandis viris persuasi, ut divini hominis obsequium omnibus anteferrent. Hi vero cum brevi tempore cum illo habitassent, continuam noctis stationem non ferentes fugere conati sunt. Et cum virum orarent, ut laborem imbecillitate corporis metiretur : « Non solum, ait illis, non cogo ut stationem mecum continuetis, sed jubeo sæpe ut decumbatis. » At illi : « Et qui possumus, dicebant, stante illo qui in laboribus consenuit, corporisque imbecillitatem contemnente, decumbere nos, qui et viribus integris, et in media sumus ætate? » Sed venerandi mihi capitis nocturnos labores sic didici. Viri autem isti tantam sibi deinceps virtutem paravere, ut eamdem cum magno sene philosophiam sectati sint. Et Moses quidem, sic enim appellatur, usque in hodiernum diem permanet, omnem illi tanquam patri ac domino famulatum exhibens, et radiantem ex sacra illa anima virtutem diligenter exprimens. Damianus vero, quod alteri nomen est, in urbem quamdam haud procul distantem profectus, quam Niaram vocant, parvamque domunculam ad areas nactus, in ea degit, eodem vivens instituto : adeo ut qui hunc et illum recte norunt, illum intuentes, magni Polychronii animam alio in corpore se videre existiment. Eadem enim et simplicitas, et mansuetudo, et modestia, et sermonis lenitas, et congressus suavitas, et animi vigilantia, et contemplatio Dei, et statio, labor, vigilia, cibus, et ad legem divinam exacta paupertas. **1261** Præter exiguam quippe sportulam, quæ lentem habet madefactam, ' nihil est in ejus habitaculo. Tantam ille ex magni Polychronii consuetudine utilitatem percepit. Ego vero relicto discipulo gradum referam ad magistrum. Ex fonte siquidem rivi fluenta deducentes aquam accipiunt.

Hic igitur, expulsa ex animo cum cæteris vitiis cupiditate honoris, inanisque gloriæ calcata tyrannide, labores suos semper occultare studebat. Ac ferrum quidem gestare abnuit, veritus ne quod inde damnum acciperet, si animus superbia inflaretur : sed gravissimam quercus radicem afferri ad se jubens, quasi aliam in rem ea indigeret,

A τύπον ἐκμάττεται, ὡς οὗτος ἐκείνου περιφέρει τοὺς χαρακτῆρας. Καὶ τοῦτο οἶδα σαφῶς, τὰ περὶ ἐκείνου διηγήματα τοῖς ὑπὸ τούτου γιγνομένοις παρατιθείς. Ὁμοίως γὰρ τῷ θείῳ πυρπολεῖται πόθῳ, καὶ τῶν γηΐνων ἐστὶν ἁπάντων ὑπέρτερος· καὶ τῷ σώματι προσδεδεμένος, ὑπόπτερον ἔχει ψυχήν, καὶ διαπερᾷ καὶ τὸν ἀέρα καὶ τὸν αἰθέρα, καὶ τῶν οὐρανῶν ὑψηλότερος γίνεται, καὶ τὴν θείαν διηνεκῶς θεωρίαν φαντάζεται. Καὶ οὔ ποτε καθέλκειν ἐκεῖθεν ἀνέχεται τὴν διάνοιαν· ἀλλὰ καὶ προσδιαλεγόμενος τοῖς ἀφικνουμένοις, τὰ ἄνω περιπολεῖ. Τὴν δὲ παννύχιον αὐτοῦ ἀγρυπνίαν, καὶ στάσιν, ἐντεῦθεν μεμάθηκα. Ὁρῶν γὰρ αὐτὸν, καὶ γῆρᾳ κατὰ ταυτὸν καὶ ἀσθενείᾳ παλαίοντα, καὶ θεραπείας οὐδὲ μιᾶς ἀπολαύοντα, ἔπεισα λιπαρήσας πολλάκις δύο συνοίκους λαβεῖν, καὶ τῆς B παρὰ τούτων παραψυχῆς ἀπολαύειν. Ἐπειδὴ δὲ ἄνδρας ἀρετῇ λάμποντας ἥτησε, καθ' ἑαυτοὺς ἐν ἑτέρῳ ἰδιάζοντας φροντιστηρίῳ, ἔπεισα τοὺς θαυμασίους ἐκείνους, πάντων προελέσθαι θείου ἀνθρώπου τὴν θεραπείαν. Οὗτοι βραχὺν αὐτῷ συγγενόμενοι χρόνον, φυγεῖν ἐπειράθησαν, τὴν παννύχιον στάσιν οὐκ ἐνεγκόντες. Ἐπειδὴ δὲ τὸν θεῖον ἄνδρα ἱκέτευον τῇ τοῦ σώματος ἀσθενείᾳ μετρῆσαι τὸν πόνον, « Οὐ μόνον, ἔφη αὐτοῖς, οὐ βιάζομαι διηνεκῶς κοινωνεῖν μοι τῆς στάσεως, ἀλλὰ κατακλίνεσθαι πολλάκις παρεγγυῶ. » Οἱ δὲ, « Καὶ πῶς ἂν δυναίμεθα, ἔλεγον, τοῦ ἐν πόνοις γεγηρακότος ἑστῶτος, καὶ τῆς τοῦ σώματος ἀσθενείας καταφρονοῦντος, κατακλίνεσθαι ἄνδρες καὶ ὑγιαίνοντες καὶ μεσοῦντες τῷ χρόνῳ; » Ἀλλὰ τῆς μὲν σεβασμίας ἐμοὶ κεφαλῆς οὕτω τοὺς νυκτερινοὺς C κατέμαθον πόνους. Οἱ δὲ ἄνδρες οὗτοι τοσαύτην τῷ χρόνῳ προσέλαβον ἀρετὴν, ὡς τὴν αὐτὴν τῷ μεγάλῳ τούτῳ μετιέναι φιλοσοφίαν. Καὶ ὁ μὲν Μωϋσῆς (τοῦτο γὰρ αὐτῷ ὄνομα) μέχρι τοῦ παρόντος διέμεινε, πᾶσαν ὡς πατρὶ καὶ δεσπότῃ θεραπείαν προσφέρων, καὶ τὴν ἀστράπτουσαν ἐκ τῆς ἱερᾶς ἐκείνης ψυχῆς ἀρετὴν ἐκματτόμενος. Ὁ δὲ Δαμιανὸς (τοῦτο γὰρ ὄνομα τῷ ἑτέρῳ), πόλιν τινὰ καταλαβὼν, οὐ πόρρω διακειμένην (Νιαρὰ δὲ ὄνομα ταύτῃ), καὶ παρὰ τὰς ἄλως μικρόν τινα οἰκίσκον εὑρὼν, ἐν ἐκείνῳ διάγει, τὴν αὐτὴν μετιὼν τὴν πολιτείαν, ὡς τοὺς ἀκριβῶς τοῦτον κἀκεῖνον ἐπισταμένους, θεωμένους αὐτὸν, τὴν τοῦ μεγάλου Πολυχρονίου ψυχὴν ὑπολαμβάνειν ἐν ἑτέρῳ σώματι θεωρεῖν. Ἡ γὰρ αὐτὴ καὶ ἁπλότης, D καὶ πραότης, καὶ μετριότης, καὶ τοῦ φθέγματος ἡμερότης, καὶ συνουσίας γλυκύτης, ἐρήγορσίς τε τῆς ψυχῆς, καὶ τοῦ Θεοῦ κατανόησις, καὶ στάσις, καὶ πόνος, καὶ ἀγρυπνία, καὶ τροφὴ, καὶ ἡ κατὰ τὴν θείαν νομοθεσίαν ἀκτημοσύνη. Πλὴν γὰρ σπυρίδος μικρᾶς, τὸν βρεκτὸν ἐχούσης φακὸν, οὐδὲν ἔχει τὸ Πολυχρονίου συνουσίας ἀπώνατο. Ἐγὼ δὲ τὸν μαθητὴν καταλιπὼν, ἐπὶ τὸν διδάσκαλον ἐπανήξω. Ἀπὸ γὰρ τῆς πηγῆς ὁ κρουνὸς ἔχει τὸ νᾶμα.

Οὗτος τοίνυν μετὰ τῶν ἄλλων παθῶν καὶ τὴν φιλοτιμίαν τῆς ψυχῆς ἀπελάσας, καὶ τῆς κενῆς δόξης τὴν τυραννίδα πατήσας, κατακρύπτειν ἀεὶ τοὺς πόνους ἐσπούδασε. Καὶ σίδηρον μὲν οὐκ ἠνέσχετο φορεῖν, δείσας μή τινα βλάβην ἐντεῦθεν ἀρύσηται, τύφου φλεγμονὴν τῆς ψυχῆς δείσαντος. Δρυὸς δὲ ῥίζαν βαρυτάτην κομίσαι αὐτῷ τινα κελεύσας, ὡς εἰς ἑτέραν

Digitized by Google

χρείαν δῆθεν δεόμενος, ταύτην καὶ νύκτωρ ἐπετίθη τοῖς ὤμοις, καὶ ἐπικειμένης προσηύχετο, καὶ μεθ' ἡμέραν ἀπολαύων σχολῆς. Ἀφικνουμένου δέ τινος, καὶ τὴν θύραν πατάσσοντος, ἔν τινι χωρίῳ ταύτην κατέκρυπτε. Ταύτην μοί τις ἀπέδειξε θεασάμενος· καὶ γνῶναι βουληθεὶς τὸ φορτίον ὁπόσον, μόλις ἀμφοτέραις ἠώρησα ταῖς χερσίν. Ὁ δέ με θεασάμενος ἀφεῖναι ἐκέλευεν. Ἐγὼ δὲ ἀντελιπάρουν λαβεῖν, ἵνα κλέψω τοῦ πόνου τὴν πρόφασιν. Ὡς δὲ ἀνιώμενον εἶδον, παρεχώρησα τῷ πόθῳ τῆς νίκης. Ἐκ τούτων αὐτῷ τῶν πόνων ἐπανθεῖ καὶ θεόσδοτος χάρις, καὶ πολλὰ θαύματα ταῖς ἐκείνου προσευχαῖς ἐνεργεῖται. Καὶ γὰρ ἡνίκα ὁ χαλεπὸς ἐκεῖνος αὐχμὸς τρύχων τοὺς ἀνθρώπους εἰς ἰκεσίαν διήγειρεν, ἀφίκετο πρὸς αὐτὸν ἱερέων πλῆθος· συνῆν δὲ τούτοις καὶ τῆς Ἀντιοχέων τις χώρας, κώμας πολλὰς ποιμαίνειν τεταγμένος. Οὗτος τῶν παρόντων τοὺς γεραιτέρους ἱκέτευε, πεῖσαι τὸν ἄνδρα, ληκυθίῳ τινὶ ἐπιθεῖναι τὴν δεξιάν. Τῶν δὲ εἰρηκότων ὡς οὐκ ἀνέξεται, εὐχῆς μετὰ ταῦτα γινομένης, καὶ τῆς θεσπεσίας μοι κεφαλῆς προσευχομένης, ὄπισθεν ἐκεῖνος ἑστὼς προὔτεινε ταῖς δύο χερσὶ τὸ ληκύθιον. Τὸ δὲ ἀνέβλυσεν, ὡς δύο καὶ τρεῖς τῶν παρόντων ἐκτεῖναι τὰς χεῖρας, καὶ πεπληρωμένας ταύτας τοῦ ἐλαίου λαβεῖν. Ἀλλ' ὅμως καὶ τῆς θείας χάριτος ἀφεὶς τὰς ἀκτῖνας, καὶ παντοδαποῖς κατορθώμασι βρίθων, καὶ ὁσημέραι συλλέγων τῆς φιλοσοφίας τὸν πλοῦτον, οὕτως ἐστὶ τὸ φρόνημα μέτριος, ὡς ἑκάστου τῶν ὡς αὐτὸν ἀφικνουμένων ἅμφω τὼ πόδε περιπτύσσεσθαι, καὶ τὸ μέτωπον ἐπιτιθέναι τῇ γῇ, εἴτε στρατιώτης, εἴτε χειροτέχνης, εἴτε ἄγροικος εἴη. Διηγήσομαι δέ τι, καὶ τὴν ἁπλότητα καὶ τὴν μετριότητα αὐτοῦ διδάξαι δυνάμενον. Ἀνήρ τις σπουδαῖος, τοῦδε τοῦ ἔθνους τὴν ἡγεμονίαν λαχών, καὶ τὴν Κῦρον καταλαβών, σὺν ἐμοὶ τῆς τῶν μεγάλων τούτων ἀθλητῶν ἀπολαῦσαι θεωρίας ἠθέλησε. Τοὺς ἄλλους τοίνυν περινοστήσαντες, ἀφικόμεθα καὶ παρὰ τοῦτον, οὗ νῦν τὴν ἀρετὴν ἀφηγούμεθα. Ἐμοῦ τοίνυν εἰρηκότος, ὡς ἡγεμών ἐστιν ὁ σὺν ἐμοὶ παραγενόμενος, καὶ τοῦ δικαίου φροντιστὴς, καὶ τῶν εὐσεβῶν ἐραστής, εὐθὺς ὁ θεσπέσιος ἄνθρωπος ἅμφω τὼ χεῖρε προτείνας, καὶ ἀμφοῖν τοῖν ποδοῖν λαβόμενος, « Αἴτησίν τινα, ἔφη, ἐπαγγείλασθαί σοι θέλω. » Τοῦ δὲ λίαν δυσχεράναντος, καὶ ἀνίστασθαι ἱκετεύοντος, καὶ ποιήσειν ὅ τι ἂν κελεύσειεν ὑπισχνουμένου (ἐτόπαζε γὰρ αὐτὸν περί τινος τῶν ὑπηκόων παρακαλεῖν), ἔφη ὁ θεσπέσιος ἄνθρωπος· « Οὐκοῦν ἐπειδήπερ ὑπέσχου, καὶ ὅρκῳ τὴν ὑπόσχεσιν ἐβεβαίωσας, σπουδαίως τὰς ὑπὲρ ἐμοῦ τῷ Θεῷ προσένεγκε προσευχάς. » Ὁ δὲ τὰ μέτωπα τύπτων ἱκέτευε λῦσαι τὸν ὅρκον, ὡς οὐκ ἀξιόχρεως ὢν οὐδὲ τὰς ὑπὲρ αὐτοῦ ἱκετείας τῷ Δεσπότῃ προσφέρειν. Τὸν ἐν τοσούτῳ τοίνυν φιλοσοφίας ὕψει τοσαύτην ἔχοντα τοῦ φρονήματος μετριότητα, ποῖος ἂν λόγος εὐφημῆσαι πρὸς ἀξίαν ἀρκέσειε; Τούτου τὴν φιλοπονίαν οὐδὲ παντοδαπὰ προσπεσόντα διήλεγξε πάθη, ἀλλ' ὑπὸ νόσου ποικίλης πολιορκούμενος, τῶν αὐτῶν πόνων ἀνέχεται. Πολλοῖς δὲ πολλάκις χρησάμενοι λόγοις, μόγις τουτονὶ τὸν οἰκίσκον ᾠκοδομησάμεθα, θάλπος ὀλίγον τῷ σώματι πάμπαν κατεψυγμένῳ μηχανησάμενοι. Τούτῳ

A hanc humeris noctu imponebat, et hac onustus orabat : interdiu vero etiam, cum vacabat. Cum vero accedebat aliquis, et ostium pulsabat, eam in aliquo loco abscondebat. Hanc conspicatus quidam, mihi quoque indicavit ; et cum explorare vellem quanti esset ponderis, ambabus eam manibus ægre sustuli. Quod ille animadvertens, dimittere jussit. Ego contra orabam ut auferre sineret, ut laboris occasionem eriperem. Sed cum illum moleste id ferre viderem, cessi victoriæ desiderio. Ex his illi laboribus efflorait divinitus concessa gratia, multaque ejus precibus fiunt miracula. Etenim cum gravis illa siccitas, quæ homines affligebat, ad preces incitaret, venit ad eum magna turba sacerdotum : cum quibus et quidam erat B Antiochenæ regionis, qui multos vicos pastor regebat. Hic astantium seniores rogabat, viro persuaderent, ut cuidam lecytho dextram imponeret. Quod illum minime facturum cum dixissent, dum preces posthæc fierent, et venerandum mihi caput **1262** oraret, ipse retro stans lecythum utraque manu porrexit : qui ita scatere cœpit, ut duo tresve ex iis qui aderant manus extenderent, et oleo plenas referrent. Attamen licet gratiæ fundat radios, et eximiis omnium generum actionibus polleat, et quotidie opus augeat philosophiæ, tanta est animi modestia, ut singulorum qui ad eum veniunt pedes amplectatur, et terræ frontem imponat, seu miles, seu opifex is fuerit, seu rusticus. Rem commemorabo, quæ et simplicitatem C ejus et modestiam possit ostendere. Vir quidam probus, gentis hujus præfecturam sortitus, ' Cyrum cum venisset, magnorum istorum athletarum conspectu frui mecum voluit. Aliis vero perlustratis, ad hunc etiam pervenimus, cujus nunc de virtute sermo nobis est. Cui cum ducem esse dixissem qui mecum venerat, æqui studiosum, et amantem piorum, statim homo divinus ambas manus tendens, et pedem utrumque prehendens, « Volo, inquit, a te quidpiam postulare. » Illo autem ægre admodum ferente, et ut surgeret orante, facturumque se quod juberet promittente (putabat enim illum pro aliquo ex subditis intercedere), « Quoniam ergo, ait vir divinus, promisisti, et promissionem jurejurando confirmasti, acri studio pro me Deo preces offer. » Tum D ille frontem feriens obsecrabat ut juramento se absolveret, ut qui nec pro seipso dignas Domino preces offerre possit. Eum igitur qui in tam sublimi philosophia tantam animi moderationem retineat, **1263** quænam pro dignitate laudare possit oratio? Laborandi studium in eo tantum est, ut nullis ægritudinibus infringatur : sed diversis obsessus morbis eosdem labores sustinet. Multis autem illum sæpe verbis orantes, ægre obtinuimus ut hanc illi domunculam exstrueremus, corpori plane rigenti calorem exiguum procurantes. Huic aurum sæpe multi vel superstites obtulerunt, vel morientes reliquerunt. Ipse vero nihil a quo-

Digitized by Google

quam accepit unquam, sed eorum quæ afferebantur dispensatores ipsos esse jussit. Pelliceam quoque vestem ab aliquo sibi allatam magnus Jacobus ad eum misit : sed hanc densiorem et elegantiorem esse videns mox remisit. Vilibus enim minimique pretii indumentis semper usus est. Paupertatem autem magnis opibus sic amabiliorem ducit, ut nec alimentum necessarium semper habeat. Scio enim, cum sæpe ad illum postulandæ benedictionis gratia venirem, aliud nihil præter caricas duas invenisse. Hujus mel et spectantibus optabile est, et audientibus perjucundum. Neque hominem quamvis dicacissimum, quemquam novi, qui huic labem unquam imposuerit : sed eum laudant et prædicant omnes, et qui ad eum veniunt nolunt recedere.

A πολλοὶ μὲν πολλάκις χρυσίον περιόντες προσήνεγκαν, κατέλιπον δὲ καὶ τελευτήσαντες· ἐδέξατο δὲ οὐδὲν παρ' οὐδενὸς οὐδὲ πώποτε· ἀλλ' αὐτοὺς οἰκονόμους γενέσθαι τῶν προσφερομένων ἐκέλευσε. Καὶ σισύραν δὲ αὐτῷ ὁ μέγας Ἰάκωβος ὑπό τινος αὐτῷ κομισθεῖσαν ἀπέστειλεν· ἀλλὰ καὶ ταύτην ἀντέπεμψε, στεγανωτέραν αὐτὴν καὶ εὐεργεστέραν ἰδών. Εὐτελέσι γὰρ λίαν καὶ εὐώνοις ἱματίοις κεχρημένος διετέλει. Οὕτω δὲ τὴν πενίαν πάσης ἐρασμιωτέραν βασιλείας ἡγεῖτο, ὡς μηδὲ τὴν ἀναγκαίαν ἔχειν ἀεὶ τροφήν. Οἶδα γὰρ πολλάκις ἀφικόμενος, καὶ εὐλογίαν αἰτήσας, καὶ μηδὲν ἕτερον εὑρὼν ἢ δύο μόνας ἰσχάδας. Τούτου τὸ μέλι, καὶ τοῖς ὁρῶσι τριπόθητον, καὶ τοῖς ἀκούουσι λίαν ἐπέραστον. Οὐδένα γὰρ οἶδα ἀνθρώπων, οὐδὲ τῶν κομιδῇ φιλοσκωμμόνων τούτῳ μῶμον ἐπιτεθεικότα πώποτε. Ἀλλὰ πάντες ᾄδουσι καὶ εὐφημοῦσι, καὶ παρ' αὐτὸν φοιτῶντες οὐ θέλουσιν ἀπαλλάττεσθαι.

XXV. — ASCLEPIUS.

Hujusce ordinis est admirandus quoque Asclepius, stadiis decem distans, sed eodem vivens instituto. Nam et cibus idem illi, et vestitus, et morum modestia, et hospitum cura, et amor fratrum, lenitasque et mansuetudo, et conversatio cum Deo, et summa paupertas : **1264** virtutis præter hæc affluentia, et opes philosophiæ, aliaque omnia quæ de sacro illo capite recensuimus. Ferunt autem illum tum etiam, cum de numero esset qui in vico habitant, asceticam et moderatam vitam egisse, nullamque ex aliorum consortio maculam contraxisse. Unde qui utraque vita tum civili tum solitaria excelluit, duplices merito coronas recipiet. Multi porro et alii ejus virtutem æmulati sunt, nec nostra solum plena est, sed vicinæ et jam urbes et vici hujusmodi philosophia. Horum unus est divinissimus Jacobus, domuncula quadam reclusus prope vicum, quem Nimuzam [96] vocant. Qui cum fini vitæ sit proximus, annorumque amplius nonaginta, solus inclusus est, per angustum foramen oblique inflexum responsa reddens, sed ita ut non videatur, nec igne utens, nec lumine fruens lucernæ. Me vero bis patefacta janua ingredi jussit, hunc mihi honorem tribuens, et suum erga me amorem demonstrans. Qui ergo superstites sunt oratione mea non egent. Possunt enim, si velint, istorum philosophiæ spectatores fieri. Posteris autem, et honorum aspectu non fruentibus, ad utilitatem ista sufficient quæ illorum philosophiæ formam ostendunt. Quare de his loquendi finem hic faciens, et benedictionis remunerationem exposcens, ad aliam narrationem me conferam.

ΚΕ'. — ΑΣΚΛΗΠΙΟΣ.

Ἐν τοσούτοις δὲ πόνοις, καὶ κατορθωμάτων ὄγκῳ, καὶ πλήθει θαυμάτων, οὕτως ἐστὶ τὸ φρόνημα μέτριος, ὡς πάντων ἀνθρώπων κατὰ τὴν ἀξίαν ὕστατος. Πρὸς δὲ τῷ μετρίῳ φρονήματι, καὶ εὐπρόσοδος λίαν ἐστὶ, καὶ γλυκὺς, καὶ ἐπίχαρις, καὶ πρὸς ἕκαστον τῶν διαλεγομένων ἀποκρινόμενος, εἴτε χειροτέχνης, εἴτε προσαίτης, εἴτε ἀγροικος εἴη. Ἔλαβε δὲ καὶ τῆς διδασκαλίας παρὰ τοῦ μεγαλοδώρου Δεσπότου τὸ δῶρον· καὶ δὶς ἑκάστης ἡμέρας τὰς παραινέσεις ποιούμενος, ἐπικλύζει τῶν ἀκουόντων τὰς ἀκοὰς, ἐπὶ χάριτος μάλα διαλεγόμενος, καὶ τὰ τοῦ θείου Πνεύματος προσφέρων παιδεύματα, καὶ ἀνανεύειν εἰς οὐρανὸν, καὶ πέτασθαι παρεγγυῶν, A spectaculum proponitur. Nunc quidem longo stans tempore, nunc subinde se inflectens, Deoque adorationem **1280** offerens. Ac multi sane astantium * adorationes istas enumerant. Semel autem quidam ex iis qui mecum erant, cum mille ducentas quadraginta quatuor enumerasset, fessus postea numerare destitit. Semper autem, cum se inclinabat, ad digitos usque pedum frontem admovebat. Nam cum semel in hebdomada cibum venter capiat, eumque exiguum, dorso concedit ut facile inflectatur. Aiunt autem illi ex statione inveteratum ulcus fuisse, multamque ex eo saniem continenter defluxisse. At tamen nihil istorum ejus philosophiam labefecit : sed omnia fortiter tolerat, tum quæ sponte subit, tum quæ nolenti accidunt, ut utraque animi alacritate pervincit. Hoc porro ulcus cuidam aliquando, qua de causa, dicam, ostendere coactus est. Venerat a Rabæna [33] quidam vir bonus, Christique famulatu honoratus. Is ad cacumen illud cum ascendisset, « Dic mihi, inquit, per ipsam veritatem, quæ humanum genus ad se convertit, homone es, an incorporea natura? » Ægre autem interrogationem ferentibus cunctis qui aderant, silere omnes jussit, et illum alloquens : « Cur hoc, ait, sciscitatus es? » Et cum ille respondisset : « Quia jactari ab omnibus video, te nec comedere, nec dormire : hominum autem proprium est utrumque, neque enim quisquam est hac præditus natura, qui absque cibo et somno vitam ducat : » admoveri scalam jussit, illumque ascendere præcepit, ac primo quidem manus explorare, deinde **1281** sub pelliceam vestem manum immittere, et intueri non pedes tantum, sed ulcus etiam teterrimum. Conspicatus autem vir ille, admiratusque ulceris magnitudinem, certiorque ab eo factus ipsum cibo vesci, descendit illinc, et ad me veniens omnia narravit. In publicis autem solemnitatibus aliud etiam constantiæ specimen præbet. Post solis enim occasum, quoad idem rursus ad horizontem veniat orientalem, manibus in cœlum extensis stat tota nocte, nec somno capi se sinens, nec labore vinci.

In tantis autem laboribus, egregiorumque facinorum amplitudine, et miraculorum frequentia, tanta est ejus animi moderatio, ac si omnium hominum infimus esset. Præter modestiam vero, et aditu facilis * est, et affabilis ac suavis, unicuique eorum respondens qui alloquuntur, sive opifex is sit, sive mendicus, sive rusticanus. Doctrinæ quoque donum a liberali Domino accepit : et bis quotidie exhortationes habens, audientium aures irrigat, scite admodum disserens, et divini Spiritus documenta exhibens, jubensque in cœlum respicere, et evolare, atque a terra discedere, et regnum quod exspectatur cogitatione versare, et

VARIÆ LECTIONES.

[33] Ab Arabena. Herv.

Digitized by Google

gehennæ minas formidare, terrenaque despicere, et futura exspectare. Sed et judicantem quoque illum videre est, rectasque et justas sententias proferentem. Hæc autem aliaque id genus post horam nonam exsequitur. Totam enim noctem **1282** et diem ad nonam usque orando consumit. Post nonam vero, primum quidem divinam doctrinam præsentibus tradit, deinde admissa uniuscujusque petitione, et curationibus aliquot peractis, litigantium controversias dirimit. Sub solis autem occasum cum Deo deinceps colloqui incipit. Cæterum in his dum versatur, atque hæc omnia præstat, sanctarum simul Ecclesiarum providentiam non negligit : nunc pugnans contra gentilium impietatem, nunc Judæorum frangens contumaciam, nunc hæreticorum turmas profligans : atque interdum ad imperatorem de his litteras mittens, interdum præsides ad divinum zelum excitans, ipsos etiam interdum Ecclesiarum pastores admonens ut gregum suorum majorem curam gerant. Hæc porro eo scripsi, ut ex gutta pluviam ostenderem, et iis qui hæc scripta lecturi sunt digito indice degustandam præberem mellis dulcedinem. Quæ vero in ore sunt omnium, his longe plura sunt. Sed omnia ego conscribenda non suscepi, sed ex paucis ejus in omnibus instituti formam demonstrare. Scribent autem, ut verisimile est, et alii multo plura [a] : quod si vitam produxerit, **1283** majora etiam fortasse addent miracula. Ego vero et ipsum propriis orationibus adjutum, in bonis istis laboribus perseverare cupio, et Deum oro, cum sit commune decus et ornamentum religionis, et meam ipsius vitam corrigi, atque ad evangelicam normam dirigi.

καὶ τῆς γῆς ἀπαλλάττεσθαι, καὶ τὴν προσδοκωμένην φαντάζεσθαι βασιλείαν, καὶ τῆς γεέννης δεδιέναι τὴν ἀπειλήν, καταφρονεῖν τε τῶν γηΐνων, καὶ προσμένειν τὰ μέλλοντα. Ἔστι δὲ αὐτὸν ἰδεῖν καὶ δικάζοντα, καὶ ὀρθὰς καὶ δικαίας τὰς ψήφους ἐκφέροντα. Ταῦτα δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα μετὰ τὴν ἐννάτην διαπράττεται ὥραν. Τὴν γὰρ νύκτα ἅπασαν, καὶ τὴν ἡμέραν μέχρις ἐννάτης διατελεῖ προσευχόμενος. Μετὰ δὲ τὴν ἐννάτην, πρῶτον μὲν τὴν θείαν διδασκαλίαν τοῖς παροῦσι προσφέρει, εἶτα τὴν ἑκάστου δεξάμενος αἴτησιν, καί τινας λάσεις ἐργασάμενος, τῶν ἀμφισβητούντων διαλύει τὰς ἔριδας. Περὶ δὲ ἡλίου δυσμὰς, τῆς πρὸς τὸν Θεὸν λοιπὴν διαλέξεως ἄρχεται. Ἀλλ' ἐν τούτοις ὢν, καὶ ταῦτα ἅπαντα ὁρῶν, οὐδὲ τῆς τῶν ἁγίων Ἐκκλησιῶν ἀμελεῖ προμηθείας· νῦν μὲν Ἑλληνικῇ δυσσεβείᾳ μαχόμενος, νῦν δὲ τὴν Ἰουδαίων καταλύων θρασύτητα, ἄλλοτε δὲ τὰς τῶν αἱρετικῶν συμμορίας σκεδαννύς· καί ποτε μὲν βασιλεῖ περὶ τούτων ἐπιστέλλων, ποτὲ δὲ τοὺς ἄρχοντας εἰς τὸν Θεοῦ ζῆλον ἐγείρων, ἄλλοτε δὲ καὶ αὐτοῖς τῶν Ἐκκλησιῶν ποιμέσι πλείονα ποιεῖσθαι τῶν ποιμνίων παρεγγυῶν τὴν ἐπιμέλειαν. Ταῦτα δὲ διεξελθὼν, ἀπὸ ψεκάδος δεῖξαι τὸν ὑετὸν πειραθεὶς, καὶ τῷ λιχανῷ δακτύλῳ τοὺς ἐντυγχάνοντας τῷ συγγράμματι τῆς γλυκύτητος ἀπογεύων τοῦ μέλιτος. Τὰ δὲ παρὰ πάντων ᾀδόμενα τούτων ἐστὶ πολλαπλάσια. Ἀλλ' οὐ πάντα ἔγωγε συγγράφειν ἐπήγγελμαι, ἀλλὰ δι' ὀλίγων τῆς ἑκάστου πολιτείας ἐπιδεῖξαι τὸν χαρακτῆρα. Συγγράψουσι δὲ, ὡς εἰκὸς, καὶ ἄλλοι τουτωνὶ πολλῷ πλείονα· εἰ δὲ καὶ ἐπιβιώῃ, καὶ μείζονα τυχὸν προσθήσουσι θαύματα. Ἐγὼ δὲ καὶ αὐτὸν ταῖς οἰκείαις προσευχαῖς βοηθούμενον, τοῖς ἀγαθοῖς τούτοις πόνοις ἐπιμεῖναι καὶ ποθῶ, καὶ τὸν Θεὸν ἱκετεύω, κόσμον ὄντα κοινὸν, καὶ τῆς εὐσεβείας ἀγλάϊσμα, καὶ τὸν ἐμαυτοῦ ῥυθμηθῆναι βίον, καὶ πρὸς τὴν εὐαγγελικὴν πολιτείαν κατευθυνθῆναι.

XXVII. — BARADATUS.

Et communis hominum hostis multas nequitiæ vias invenit, humanam omnem naturam funditus perdere studens : et pietatis alumni multas ac diversas scalas excogitarunt, quibus ascenderetur in cœlum. Alii quidem turmatim decertantes (sunt autem hujusmodi cœtus innumerabiles), incorruptas referunt coronas, optatumque ascensum consequuntur. Alii vero solitariam vitam amplexi, et cum solo Deo colloqui cupientes, humanamque consolationem nullam captantes, victoriæ laudem sic

ΚΖ'. — ΒΑΡΑΔΑΤΟΣ.

Καὶ ὁ κοινὸς τῶν ἀνθρώπων ἀλάστωρ πολλὰς τῆς κακίας ἐξεῦρεν ὁδοὺς, πανωλεθρίᾳ φιλονεικῶν παραδοῦναι πᾶσαν τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν· καὶ τῆς εὐσεβείας οἱ τρόφιμοι τῆς εἰς οὐρανὸν ἀνόδου πολλὰς καὶ διαφόρους ἐμηχανήσαντο κλίμακας. Οἱ μὲν γὰρ κατὰ συμμορίαν ἀγωνιζόμενοι, μυρία δὲ τοιαῦτα συστήματα, καὶ ἀριθμὸν νικῶντα, τῶν ἀκηράτων στεφάνων ἀπολαύουσι, καὶ τῆς ποθουμένης ἀνόδου τυγχάνουσιν. Οἱ δὲ τὸν μοναδικὸν ἀσπαζόμενοι βίον, καὶ μόνῳ τῷ Θεῷ προσλαλεῖν μελετῶντες, καὶ παρα-

VARIÆ LECTIONES.

[a] Apud Hervetum hæc subjiciuntur : « Cum post hæc autem diu vixisset et multis miraculis et laboribus, ardoreque solis et hiberna glacie, et vehementibus ventorum insultibus, et humanæ naturæ imbecillitate, solus ex omnibus qui unquam fuerunt mansisset inexpugnabilis, postquam eum deinceps oportuit esse cum Christo, et immensorum certaminum coronas accipere, quod homo quidem esset morte confirmavit iis qui non credebant : mansit autem etiam post mortem immobilis, et in cœlum quidem anima pervenerat : corpus autem ne sic quidem cadere sustinuit, sed rectum stetit in loco certaminum, tanquam invictus athleta nulla parte membrorum volens terram tangere. Sic Christi athletis manet etiam post mortem cum eis simul versans victoria. Variorum certe morborum curationes, et miracula, et divinarum virtus operationum, sicut quando erat superstes, ita nunc quoque fiunt, non solum apud loculos sanctarum reliquiarum, sed etiam apud summæ ejus virtutis et diuturnæ decertationis monumentum, magnam, inquam, illam et celebratam columnam hujus justi et laudibus celebrandi Simeonis. Cujus sanctis intercessionibus cupio ut ego adjutus in his sanctis perseverem laboribus ; Deumque precor, etc.

Digitized by Google

ψυχῆς ἀνθρωπίνης οὐδὲ μιᾶς μεταλαγχάνοντες, οὕτω τῆς ἀναῤῥήσεως ἀπολαύουσιν. Ἄλλοι δὲ ἐν σκηναῖς, καὶ ἕτεροι ἐν καλύβαις διάγοντες, τὸν Θεὸν ἀνυμνοῦσιν. Οἱ δὲ τὸν ἐν ἄντροις καὶ σπηλαίοις ἀσπάζονται βίον. Πολλοὶ δὲ, ὧν ἐνίων ἐμνήσθημεν, οὐκ ἄντρον ἔχειν, οὐ σπήλαιον, οὐ σκηνὴν, οὐ καλύβην ἐπείσθησαν· ἀλλὰ γυμνῷ τῷ ἀέρι τὰ σφέτερα σώματα δεδωκότες, τῶν ἐναντίων ποιοτήτων ἀνέχονται· ποτὲ μὲν τῷ κρυμῷ τῷ ἀκράτῳ πηγνύμενοι· ποτὲ δὲ τῷ πυρὶ τῆς ἀκτῖνος φλεγόμενοι. Καὶ τούτων δὲ αὖ πάλιν ὁ βίος διάφορος. Οἱ μὲν γὰρ ἑστῶσι διηνεκῶς, οἱ δὲ εἰς καθέδραν καὶ στάσιν τὴν ἡμέραν μερίζουσι καὶ οἱ μὲν ἐν θριγκίοις τισὶ καθειργμένοι, τῶν πολλῶν τὰς συνουσίας ἐκκλίνουσιν, οἱ δὲ οὐδενὶ τοιούτῳ καλύμματι χρώμενοι, πρόκεινται πᾶσι τοῖς βουλομένοις εἰς θεωρίαν. Τούτων δὲ ἕκαστον ἐπὶ τοῦ παρόντος διεξελθεῖν ἠναγκάσθην, τοῦ θαυμασίου Βαραδάτου τὸν βίον ἐθελήσας συγγράψαι. Καινὰ γὰρ καὶ οὗτος ἐπενόησε καρτερίας ἐπιτηδεύματα. Πρῶτον μὲν γὰρ ἐν οἰκίσκῳ χρόνον πολὺν ἑαυτὸν καθείρξας, τῆς θείας μόνης ψυχαγωγίας ἀπήλαυεν. Ἐκεῖθεν τὴν ὑπερκειμένην καταλαβὼν ῥαχίαν, καὶ κιβωτόν τινα βραχεῖαν οὐδὲ τῷ σώματι σύμμετρον ἐκ ξύλων κατασκευάσας, ἐν αὐτῇ διῆγε, κατακύπτειν διηνεκῶς ἠναγκασμένος. Οὐ γὰρ εἶχεν ὕψος ἰσόμετρον τῷ μήκει τοῦ σώματος. Οὐ σανίσι δέ γε αὕτη συνήρμοστο, ἀλλὰ ταῖς κιγκλίσι παραπλησίως διήνοικτο, καὶ ταῖς φωταγωγοῖς ἐῴκει ταῖς εὐρυτέραις ἐχούσαις τοῦ φωτὸς τὰς εἰσόδους. Οὔ γάριν, οὔτε ταῖς τῶν ὑετῶν ἀπηλλάττετο προσβολαῖς, οὔτε τῆς ἡλιακῆς ἠλευθεροῦτο φλογὸς, ἀλλ' ἀμφότερα τοῖς ἄλλοις ὑπαιθρίοις παραπλησίως ἐδέχετο· ἐπλεονέκτει δὲ μόνῳ τῷ τῆς καθείρξεως πόνῳ. Πολὺν δὲ χρόνον τοῦτον διατελέσας τὸν τρόπον, ὕστερον ἐξελήλυθε, ταῖς τοῦ θεσπεσίου Θεοδότου, ὃς τὴν ἀρχιερατικὴν τῆς Ἀντιοχέων ἔλαβε προεδρίαν, παραινέσεσιν εἴξας. Ἕστηκε μέντοι διηνεκῶς εἰς οὐρανὸν τὰς χεῖρας ἐκτείνων, καὶ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ἀνυμνῶν, ἅπαν τὸ σῶμα τῷ δερματίνῳ συγκαλύπτων χιτῶνι· περὶ τὴν ῥῖνα δὲ μόνην, καὶ τὸ στόμα, βραχεῖαν τῷ πνεύματι παρείσδυσιν καταλέλοιπεν, ἵνα ἀναπνέῃ τὸν κοινὸν ἀέρα δεχόμενος, ἐπειδήπερ ἄλλως ζῆν οὐχ οἷά τε τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις. Καὶ τοῦτον ἅπαντα ὑπομένει τὸν πόνον, οὐκ εὔρωστον σῶμα λαχὼν, ἀλλὰ καὶ λίαν πολλοῖς βαλλόμενος πάθεσι· ζέουσα δὲ ἡ προθυμία, καὶ τῷ θείῳ ἔρωτι πυρπολουμένη, βιάζεται πονεῖν τὸ πονεῖν οὐ δυνάμενον. Καὶ τὰς φρένας δὲ συνέσει κεκοσμημένος, ἄριστα καὶ τὰς πεύσεις καὶ τὰς ἀποκρίσεις ποιεῖται· καὶ συλλογίζεται ἔστιν ὅτε τῶν τοὺς Ἀριστοτελικοὺς λαβυρίνθους ἀνεγνωκότων ἄμεινόν τε καὶ δυνατώτερον. Ἐν αὐτῷ δὲ ὢν τῷ ὕψει τῆς ἀρετῆς, οὐκ ἐᾷ συναναβῆναι τὸ φρόνημα, ἀλλὰ κάτω ἕρπειν κελεύει, περὶ αὐτὰ τοῦ ὄρους τὰ κράσπεδα. Οἶδε γὰρ ὅσην ἕλκει βλάβην φλεγμαίνουσα τῷ τύφῳ διάνοια. Τοιαύτη ἐν κεφαλαίῳ καὶ ἡ τοῦδε φιλοσοφία· ἣν αὐξομένην γένοιτο τὴν νύσσαν τοῦ δρόμου καταλαβεῖν. Κοινὴ γὰρ εὐφροσύνη τῶν εὐσεβῶν, τῶν νικηφόρων τούτων ἡ εὐκλεια. Ἐμὲ δὲ εἴη ταῖς τούτου ὑπερειδόμενον προσευχαῖς, μὴ πόῤῥω τοῦδε γενέσθαι τοῦ ὄρους· ἀλλὰ καταμικρὸν ἀναβῆναι, καὶ ταῖς τούτων ἐντρυφᾷν θεωρίαις.

A adipiscuntur. Alii porro in tabernaculis, et alii in tugurils degentes, Deum celebrant : alii in antris et speluncis vivere maluerunt. Multis, quorum aliquos memoravimus, nec antrum, nec speluncam habere placuit, nec tabernaculum, nec tugurium : **1284** sed nudo aeri corpora sua committentes, contrarias perferunt qualitates, nunc frigore immodico concreti, nunc solis ardoribus perusti. Atque horum rursus vita diversa est. Quidam enim stant perpetuo : alii statione ac sessione diem dividunt : et alii quidem maceriis quibusdam circumsepti, multorum vitant congressum : alii nullo ejusmodi tegumento utentes, omnibus qui contemplari eos volunt palam sunt expositi. Quæ singula persequi necesse habui, cum admirandi Baradati vitam scribere instituissem. Novas enim hic etiam patiendi artes exquisivit. Ac primo quidem domuncula se ipsum longo tempore includens sola Dei consolatione fruebatur. Inde superpositam rupem petens, parva quadam area corporis mensuram non æquante ex lignis fabricata, in ea degebat, deorsumque perpetuo incurvari cogebatur, cum altitudinem corporis proceritati parem non haberet. Neque vero compactis asseribus illa constabat, sed aperta erat cancellorum in morem, similisque fenestris quæ luminis introitus latiores habent. Quo fiebat, ut neque ab impetu pluviæ immunis esset, nec a solis ardore libera : sed utrumque nihilo secius quam quæ sub dio sunt exciperet; * hoc uno superior, quod inclusionis labor accedebat. Cum autem diuturno tempore hunc in modum perstitisset, postea egressus est, divini Theodoti, cui pontificalis Antiochensium sedes obtigerat, monitis **1285** obtemperans. Stat autem assidue manus extendens in cœlum, et universorum Deum laudans, totumque corpus pellicea obtegens tunica : circa nasum vero et os solum, modicum spiritui meatum reliquit, per quem respiret, communemque aerem ducat, sine quo vivere humana natura non posset. Totum porro hunc laborem sustinet, cum corpus nactus sit minime robustum, ac multis morbis obnoxium, sed fervens animi alacritas, divinoque amore incensa, laborare illud compellit, quod laborare non potest. Jam vero mentis intelligentia præstans, optime interrogat et respondet, rectiusque interdum ac potentius argumentatur, quam qui in Aristotelicis labyrinthis versati sunt. Cumque ad ipsum virtutis fastigium pervenerit, non permittit ut animi fastus simul ascendat, sed infra illum ad ipsas montis radices repere jubet. Novit enim quantum damni fastu inflata mens afferat. Hæc igitur in summa hujus est philosophia : quæ utinam sic crescat, ut ad cursus metam pertingat. Communis enim piorum est lætitia, victorum hujusmodi gloria. Mihi vero utinam horum precibus subnixo contingat ab hoc monte non procul absistere, sed paulatim ascendere, et istorum contemplatione recreari.

Digitized by Google

XXVIII. — THALELÆUS.

Neque Thalelæi silebo narrationem : plenum enim est miraculo spectaculum. Nec vero aliis tantum narrantibus **1286** audivi, sed oculis ipse vidi admirandum spectaculum. Vicesimo enim stadio a Gabalis (urbs ea est parva et elegans), collem quemdam cum insedisset, in quo delubrum erat dæmonibus dedicatum, et ab impiis olim crebris sacrificiis honoratum, exiguum ibi tugurium defixit. Nefarios autem illos ideo colere se dicebant, ut magnam illorum crudelitatem hostiis placere niterentur. Multis enim exitio erant, et præterecuntibus, * et propinquantibus, non hominibus modo, sed et asinis, et mulis, et bobus, et ovibus : non bellantes cum brutis, sed hominibus per illa insidias tendentes. Tunc ergo adventantem illum cernentes, perterrere quidem conati sunt, sed minime potuerunt, cum eum fides protegeret, et pro eo gratia pugnaret. Unde rabie ac furore perciti, adversus consitas ibi arbores irruerunt. Erant autem in colle illo et ficus et oleæ virentes plurimæ : ex quibus subito evulsæ fuerunt plusquam quingentæ. Quod quidem narrantibus vicinis rusticis cognovi, qui cum impietatis olim caligine tenerentur, per hujus doctrinam ac miracula divinæ cognitionis lumen perceperunt. Et quoniam philosophiæ athletam infesti dæmones his rebus non expulerant, alias rursus machinas admoverunt. Noctu enim ululantes, et lampadas ostentantes, terrorem injicere conabantur, et mentem perturbare. Ut vero insultus illorum omnes derisit, illo **1287** tandem relicto, diffugerunt. Ipse autem rotis duabus fabricatis, quarum diameter duum erat cubitorum, rotas ambas tabulis, non inter se connexis, sed distantibus copulavit. Deinde intus sedens, cuneisque et clavis distantes illas tabulas defigens, sub dio rotam evexit : tria alia procera ligna in terram defigens, et superiora illorum capita lignis aliis committens, horumque in medio duplicem illam rotam illigans et suspendens. Hujus autem spatium interius duorum cubitorum altitudinem habet, cubiti vero unius latitudinem. In hoc ille residens, vel potius suspensus, annis jam decem perpetuis egit : et cum vasto sit corpore, nec sedens cervicem erigere potest, sed incurvus semper manet fronte genibus affixa. Ad hunc ego cum venissem, divinis Evangeliis intentum, magnoque studio fructum ex his captantem inveni. Interrogavi autem novæ istius conversationis causam discere cupiens. At ille, Græca lingua respondens, nam gente Cilix erat : « Ego, inquit, multis onustus peccatis, et intentatis suppliciis fidem habens, hoc vitæ genus excogitavi, ut mediocres cruciatus corpori infligens, impendentium illorum gravitatem effugiam. Graviores enim * illi sunt, non quantitate solum, sed ipsa etiam qualitate ; sunt enim involuntarii. Quod vero præter voluntatem fit, valde acerbum est : quod autem est voluntarium, quamvis laboriosum sit, minus est

ΚΗ'. — ΘΑΛΕΛΑΙΟΣ.

Οὐδὲ Θαλελαίου σιγήσομαι τὸ διήγημα, μεστὸν γὰρ τὸ θέαμα θαύματος. Οὐκ ἄλλων δὲ μόνον διηγησαμένων ἀκήκοα, ἀλλὰ καὶ αὐτόπτης ἐγενόμην τοῦ παραδόξου θαύματος. Ἀπὸ σταδίων γὰρ εἴκοσι Γαβάλων (πόλις δὲ αὕτη σμικρὰ καὶ χαριεστάτη), λόφον τινὰ καταλαβών, ἐν ᾧ τέμενος ἦν δαίμοσιν ἀνακείμενον, καὶ ὑπὸ τῶν πάλαι δυσσεβῶν πολλαῖς θυσίαις τιμώμενον, σμικράν τινα καλύβην ἐπήξατο. Ἐθεράπευον δὲ τοὺς ἁλιτηρίους, ὡς ἔφασαν, τὴν πολλὴν αὐτῶν ὠμότητα θυσίαις πραῦνειν πειρώμενοι. Πολλοῖς γὰρ ἐλυμαίνοντο, καὶ παριοῦσι, καὶ γειτονεύουσιν, οὐκ ἀνθρώποις μόνοις, ἀλλὰ καὶ ὄνοις, καὶ ἡμιόνοις, καὶ βουσὶ, καὶ προβάτοις· οὐ τοῖς ἀλόγοις πολεμοῦντες, ἀλλὰ διὰ τούτων τοῖς ἀνθρώποις ἐπιβουλεύοντες. Τότε τοίνυν ἀφικόμενον τοῦτον ἰδόντες, καταπλῆττειν ἐπειρῶντο μὲν, οὐκ ἠδύναντο δὲ, καὶ τῆς πίστεως περιφραττούσης, καὶ ὑπερμαχούσης τῆς χάριτος. Τοιγάρτοι λύσσης καὶ μανίας ἀναπλησθέντες, κατὰ τῶν ἐκεῖ πεφυτευμένων ἐχώρησαν δένδρων. Πολλαὶ δὲ περὶ τὸν λόφον ἐκεῖνον συκαῖ τε καὶ ἐλαῖαι τεθηλυῖαι ἐτύγχανον οὖσαι. Ἐκ τούτων πλείους ἢ πεντακοσίας ἐξαπιναίως ἀνασπασθῆναί φασι. Καὶ τοῦτο τῶν γειτονευόντων ἀγροίκων διηγουμένων ἀκήκοα· οἱ πάλαι τῷ τῆς ἀσεβείας κατεχόμενοι ζόφῳ, διὰ τῆς τούτου διδασκαλίας τε καὶ θαυματουργίας, τὸ τῆς θεογνωσίας ὑπεδέξαντο φῶς. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τοῦτο δράσαντες οἱ ἁλιτήριοι δαίμονες οὐκ ἐδεδίζαντο τῆς φιλοσοφίας τὸν ἀθλητὴν, καὶ ἕτερα αὖθις προσέφερον μηχανήματα. Νύκτωρ γὰρ ὀλολυγῇ χρώμενοι, καὶ λαμπάδας ἐπιδεικνύντες, ἐκδειματοῦν ἐπειρῶντο, καὶ θόρυβον ἐμβαλεῖν τῷ λογισμῷ. Ὡς δὲ πάσας αὐτῶν τὰς ἐφόδους ἐγέλασεν, ὕστερον αὐτὸν καταλιπόντες ἀπέδρασαν. Ὁ δὲ δύο τροχοὺς κατασκευάσας δύο πήχεων διάμετρον ἔχοντας, σανίσιν οὐ συνηρμοσμέναις ἀλλήλαις, ἀλλὰ διχὰ διεστηκυίαις ἅμφω συνέζευξε τὼ τροχώ. Εἶτα ἔνδον καθίσας, καὶ γόμφοις καὶ ἥλοις τὰς διεστηκυίας ἐκείνας καταπήξας σανίδας, ὕπαιθρον ἐξήρτησε τὸν τροχόν· τρία ἕτερα ξύλα ὑψηλὰ εἰς τὴν γῆν καταπήξας, καὶ τὰς ἄνω τούτων ἀρχὰς ξύλοις ἑτέροις συνάψας, καὶ τούτων ἐν μέσῳ προσδήσας τὸν διπλοῦν ἐκεῖνον τροχὸν, καὶ αἰωρήσας. Τούτου δὲ τὸ ἐντὸς δύο μὲν πήχεων ἔχει τὸ ὕψος, πήχεος δὲ τὸ εὖρος. Ἐν τούτῳ καθήμενος, μᾶλλον δὲ κρεμάμενος, δέκα τέως διετέλεσεν ἔτη. Σῶμα δὲ μέγιστον ἔχων, οὐδὲ καθήμενος ἀνορθοῦν δύναται τὸν αὐχένα· ἀλλὰ συγκεκυφὼς ἀεὶ κάθηται, τοῖς γόνασι προσηλωμένον τὸ πρόσωπον ἔχων. Πρὸς τοῦτον ἀφικόμενος, εὗρον αὐτὸν τῶν θείων Εὐαγγελίων τὴν ὠφέλειαν συλλέγοντα. Ἱρόμην δὲ, μαθεῖν τῆς καινῆς ἐκείνης πολιτείας τὴν αἰτίαν ποθῶν· ὁ δὲ τῇ Ἑλλάδι χρησάμενος φωνῇ· Κίλιξ γὰρ τὸ γένος ἐτύγχανεν ὤν· « Ἐγὼ, ἔφη, πολλοῖς ὑποκείμενος ἁμαρτήμασι, καὶ ταῖς ἠπειλημέναις τιμωρίαις πιστεύων, τόδε τοῦ βίου τὸ εἶδος ἐπινενόηκα, κολάσεις μετρίας τῷ σώματι μηχανώμενος, ἵν' ἐκείνων τῶν προσδοκωμένων ὑποσυλήσω τὸν ὄγκον. Χαλεπώτεραι γὰρ ἐκεῖναι, οὐ τῇ ποσότητι μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῇ τῇ ποιότητι· ἀκού-

Digitized by Google

σιοι γάρ. Τὸ δὲ παρὰ γνώμην γιγνόμενον, λίαν ἀνιαρόν· τὸ δὲ ἑκούσιον, κἂν ἐπίπονον ᾖ, ττόν ἐστιν ἀλγεινόν. Αὐθαίρετος γὰρ, ἀλλ' οὐ βίαιος ὁ πόνος. Ἵνα τοίνυν, ἔφη, ταῖς μικραῖς ταύταις ἀνίαις ἐλαττώσω τὰ προσδοκώμενα, μέγα ἐντεῦθεν ἀποίσω τὸ κέρδος. » Τούτων ἀκούσας λίαν αὐτὸν τῆς ἀγχινοίας ὑπερηγάσθην· ὅτι οὐ μόνον ὑπὲρ τὰ κείμενα ἠγωνίζετο σκάμματα, καὶ ἄλλα οἰκοθεν ὑπενόει ἀγωνίσματα· ἀλλ' ὅτι καὶ τούτων τὰς αἰτίας ἐπεγίνωσκέ τε, καὶ ἄλλους ἐδίδασκε. Καὶ θαύματα δὲ διὰ τῆς τούτου προσευχῆς πολλὰ γίνεσθαι ἔφασαν οἱ περίοικοι, οὐκ ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ καμήλων, καὶ ὄνων, καὶ ἡμιόνων θεραπείας ἀπολαυόντων. Ἐντεῦθεν ἀσεβείᾳ πάλαι κατεχόμενον ἐκεῖνο ἅπαν τὸ ἔθνος, τὴν μὲν πατρῴαν ἐξαπάτην ἠρνήθη, τοῦ θείου δὲ φωτὸς τὴν αἴγλην ἐδέξατο. Τούτοις χρώμενος ὑπουργοῖς, καὶ τὸ τῶν δαιμόνων κατέλυσε τέμενος, καὶ σηκὸν μέγιστον τοῖς καλλινίκοις ἀνήγειρε μάρτυσι, τοῖς ψευδωνύμοις θεοῖς τοὺς θείους ἀντιτάξας νεκρούς. Ταῖς δὲ τούτων εἴη πρεσβείαις, καὶ τοῦτον μετὰ τῆς αὐτῆς νίκης τῶν ἀγώνων τὸ τέρμα καταλαβεῖν, καὶ ἡμᾶς ὑπὸ τούτων κἀκείνου βοηθουμένους, ἐραστὰς γενέσθαι θερμοὺς τῶν τῆς φιλοσοφίας ἀγωνισμάτων. Ἀμήν.

molestum. Spontaneus enim labor est, non violentus. Quod si parvis, inquit, his molestiis ea minuam **1288** quæ exspectantur, magnum hinc referam lucrum. » His auditis, solertiam ejus vehementer admiratus sum, quod non solum ultra constituta scamnata decertaret, aliaque de suo certamina excogitaret : sed quod horum causas et ipse nosset, et alios doceret. Miracula porro hujus precibus multa fieri testes sunt vicini, non hominibus modo, verum etiam camelis, et asinis, et mulis curationum remedia perçipientibus. Hinc tota gens illa, cum impietate olim laboraret, paternam deceptionem abdicavit, divinique luminis splendore illustrata est. Horum fretus auxilio, dæmonum quoque delubrum evertit, et templum maximum triumphantibus martyribus erexit, diis falsis divinos mortuos opponens. Quorum utinam intercessionibus contingat, et hunc ad certaminum metam eadem cum victoria pervenire, et nos ab his et ab illo adjutos, divinæ philosophiæ certaminum ardentes effici amatores.

ΚΘ'. — ΜΑΡΑΝΑ καὶ ΚΥΡΑ.

Τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν τὴν πολιτείαν συγγράψας, προῦργον νομίζω καὶ γυναικῶν οὐδὲν ἧττον εἰ μὴ καὶ μᾶλλον ἠγωνισμένων ἐπιμνησθῆναι. Αὗται γὰρ εὐφημίας μείζονός εἰσιν ἀξιώτεραι, φύσιν μὲν ἀσθενεστέραν λαχοῦσαι, τὴν αὐτὴν δὲ τοῖς ἀνδράσι προθυμίαν ἐπιδεικνύμεναι, καὶ τῆς προγονικῆς αἰσχύνης τὸ γένος ἐλευθεροῦσαι. Μαράνας δὲ καὶ Κύρας ἐπὶ τοῦ παρόντος μνησθήσομαι, αἳ τὰς ἄλλας ἁπάσας τοῖς τῆς καρτερίας νενικήκασιν ἄθλοις. Ταύταις πατρὶς μὲν ἡ Βέρροια, γένος δὲ τὸ τῆς πατρίδος ἐπίσημον, τροφὴ δὲ τῷ γένει συμβαίνουσα· ἀλλὰ τούτων ἁπάντων ὑπεριδοῦσαι, καὶ βραχύ τι πρὸ τοῦ ἄστεως χωρίον περιβαλοῦσαι, καὶ εἴσω τούτου γενόμεναι, πηλῷ καὶ λίθοις τὴν θύραν ἀνῳκοδόμησαν. Κοινωνῆσαι δὲ αὐταῖς τοῦδε τοῦ βίου τὰς θεραπαίνας προθυμηθείσας, ἔξω τοῦδε τοῦ περιβόλου σμικρὸν δειμάμεναι καταγώγιον, ἐν ἐκείνῳ διάγειν ἐκέλευσαν. Ἐφορῶσι δὲ αὗται διὰ σμικρᾶς τινος θυρίδος τὰ ὑπ' ἐκείνων γινόμενα· καὶ εἴς τε προσευχὴν θαμὰ διανιστᾶσι, καὶ εἰς τὸν θεῖον ἔρωτα πυρπολοῦσιν. Αὗται δὲ οὔτε οἶκον, οὔτε καλύβην ἔχουσαι, τὸν ὕπαιθρον ἀσπάζονται βίον. Ἀντὶ δὲ θύρας, βραχεῖά τις αὐταῖς θυρὶς κατεσκεύασται, δι' ἧς τήν τε ἀναγκαίαν τροφὴν εἰσδέχονται, καὶ ταῖς πρὸς αὐτὰς ἀφικνουμέναις προσδιαλέγονται γυναιξίν. Εἰς δὲ ταύτην ὥρισται τὴν συνουσίαν τῆς Πεντηκοστῆς ὁ καιρός· κατὰ γὰρ τὸν ἄλλον χρόνον τὸν ἡσύχιον ἀσπάζονται βίον. Ἡ Μαράνα δὲ μόνη ταῖς ἀφικνουμέναις διαλέγεται· τῆς γὰρ ἑτέρας οὐδεὶς ἀκήκοε πώποτε φθεγξαμένης· σιδηροφοροῦσι δὲ, καὶ τοσοῦτον φέρουσι φορτίον, ὡς τὴν Κύραν, ἀσθενέστερον σῶμα λαχοῦσαν, μέχρι τῆς γῆς κατακάμπτεσθαι, καὶ ἀνορθοῦν τὸ σῶμα ἥκιστα δύνασθαι. Τὰ δὲ περιβόλαια μέγιστα ἔχουσιν, ὡς ὄπισθεν μὲν ἀποσύρεσθαι, καὶ ἀκριβῶς συγκαλύπτειν τὼ πόδε· ἔμπροσθεν δὲ μέχρις αὐτῆς τῆς ζώνης καθίεσθαι, τὸ

XXIX. — MARANA et CYRA.

Præstantium virorum conversatione descripta, operæ pretium existimo feminas etiam commemorare, quarum nihilo minora, sed majora potius certamina fuerunt. Hæ namque majori laude digniores sunt, quæ infirmiorem naturam cum sortitæ sint, eamdem cum viris animi alacritatem ostenderunt, genusque suum ab avito dedecore vindicarunt. Maranæ autem et Cyræ in præsens mentionem faciam, quæ tolerantiæ certaminibus **1289** alias omnes vicere. His patria quidem est Berrhœa : genus autem in patria illustre, et educatio generi conveniens. Sed his omnibus contemptis, cum exiguum quemdam locum ante urbem circumspexissent, in eumque intrassent, luto ac lapidibus januam obstruxere. Famulas autem, quæ ejusdem vitæ participes fieri volebant, extra hoc septum parvo structo habitaculo, in eo degere jusserunt. Contuentur autem ipsæ per fenestellam quæ ab eis geruntur, easque ad orationem frequenter excitant, et ad divinum amorem incendunt. Ipsæ vero nec domum, nec tugurium habentes, sub dio vitam ducunt. Et januæ loco parva quædam fenestra facta est, per quam et victum necessarium accipiunt, et cum feminis quæ ad eas veniunt colloquuntur. Ad congressus autem hujusmodi designatum est tempus Pentecostes : aliis enim temporibus silentium observant. Marana porro cum adventantibus sola loquitur : alteram vero loquentem nemo unquam audivit. Ferrum gestant, tantumque onus ferunt, ut Cyra, quæ imbecilliore est corpore, usque ad terram incurvetur, et corpus erigere nullatenus possit. Amictus habent perlongos, ita ut a tergo trahantur, et pedes prorsus tegant, anterius vero usque ad zonam ipsam descendunt, faciem et collum, et pectora, et manus penitus occultantes. Ita

Digitized by Google

autem sæpe conspexi, per januam intromissus : reserari enim mihi **1290** jusserunt sacerdotii dignitatem honorantes. Vidi ergo nec strenuo viro perferendum illius ferri pondus. Et post multas preces tunc quidem auferre potui : sed post discessum nostrum idem iterum membris suis imposuerunt, cervici collare, lumbis cingulum, manibus et pedibus quæ his erant destinata. Atque hunc in modum vitam ducunt, non quinque aut decem, vel quindecim annorum spatio, sed duorum et quadraginta. Et cum tam longo tempore decertarint, perinde ac si nunc primum certamen inirent, ita sudores expetunt. Sponsi enim pulchritudinem cogitantes, facile ac lubenter cursus laborem perferunt, et ad certaminum metam pervenire student, stantem in ea coronamque victoriæ ostendentem cernentes quem diligunt. Hac de causa et pluviæ, et nivis, et solis vim sustinentes non tristantur, nec discruciantur, sed ex iis quæ molesta videntur lætitiam capiunt. Ac divini quidem Mosis jejunium æmulantes, ter tantumdem temporis impastæ transegerunt. Quadraginta enim post * dies exiguo cibo refectæ sunt. Ter etiam divini Danielis inediam æmulatæ sunt, tres dierum hebdomadas peragentes, atque escam tunc corpori exhibentes. Cum autem cepisset illas aliquando desiderium salutarium Christi cruciatuum sacra loca contuendi, Æliam profectæ sunt, nullum toto itinere cibum gustantes : sed ad urbem illam cum pervenissent, adoratione completa, cibum sumpsere, iterque rursus in reditu jejunæ **1291** confecerunt. Mansiones autem intercedunt non pauciores quam viginti. Et cum victricis Theclæ templum, quod in Isauria est, visere libuisset, ut charitatis in Deum flammas undique accenderent, jejunæ similiter ierunt, redieruntque. Usque adeo divinum illas philtrum extra se rapiebat : sic illas divinus erga sponsum amor dementabat. Hæ igitur tali vitæ forma muliebre genus ornantes, velut exemplaria cæteris factæ, victricibus coronis a Domino coronabuntur. Ego vero et utilitate quæ hinc oritur proposita, et benedictione delibata, ad alteram pergam narrationem.

πρόσωπον ὁμοῦ καὶ τὸν αὐχένα, καὶ τὰ στήθη, καὶ τὰς χεῖρας ἀκριβῶς κατακρύπτοντα. Ταύτας δὲ πολλάκις ἐθεασάμην εἴσω τῆς θύρας ἐκείνης γενόμενος. Διορύξαι γάρ μοι παρεκελεύσαντο, τῆς ἱερωσύνης τὴν προεδρίαν τιμῶσαι. Εἶδον τοίνυν οὐδὲ ἀνδρὶ γεναίῳ φορητὸν τὸν ἐκείνου τοῦ σιδήρου σταθμὸν, καὶ πολλὰ λιπαρήσας, παραυτίκα μὲν ἀφελεῖν ἠδυνήθην· μετὰ δὲ τὴν ἡμετέραν ἀναχώρησιν, πάλιν αὐτὸν τοῖς οἰκείοις περιέθεσαν μέλεσιν· αὐχένι μὲν τὸν περιαυχένιον, ἰξύϊ δὲ τὴν ζώνην, χερσὶ δὲ καὶ ποσὶ τὰ τούτοις ἀπονενεμημένα. Καὶ τοῦτον βιοτεύουσι τὸν τρόπον, οὐ πέντε, ἢ δέκα, ἢ πεντεκαίδεκα μόνα ἐξανύσασαι ἔτη, ἀλλὰ δύο καὶ τεσσαράκοντα. Καὶ τοσοῦτον ἀγωνισάμεναι χρόνον, ὡς ἄρτι τῶν ἀγώνων ἀψάμεναι τῶν ἱδρώτων ἐρῶσι. Τὸ γὰρ τοῦ νυμφίου φανταζόμεναι κάλλος, εὐπετῶς μάλα καὶ ῥᾳδίως φέρουσι τοῦ δρόμου τὸν πόνον, καὶ καταλαβεῖν ἐπείγονται τῶν ἀγώνων τὸ τέλος, ἐν ἐκείνῳ τὸν ἐρώμενον ἑστῶτα βλέπουσαι, καὶ τῆς νίκης ὑποδεικνύντα τὸν στέφανον. Τούτου εἵνεκα, καὶ ὑετοῦ, καὶ νιφετοῦ, καὶ ἡλίου δεχόμεναι προσβολὴν, οὐκ ἀνιῶνται, οὐδὲ ἀλγύνονται, ἀλλ' ἐκ τῶν δοκούντων ἀνιαρῶν θυμηδίαν καρπούνται. Καὶ τοῦ μὲν Θεσπεσίου Μωϋσέως τὴν νηστείαν ζηλώσασαι, τρὶς ἄσιτοι τοσοῦτον διετέλεσαν χρόνον. Διὰ τεσσαράκοντα γὰρ ἡμερῶν τροφῆς βραχείας μετέλαβον. Τρὶς δὲ καὶ τοῦ Θείου Δανιὴλ τὴν ἀπαστίαν ἐζήλωσαν, τρεῖς ἑβδομάδας ἡμερῶν ἐξανύουσαι, καὶ τότε τροφὴν χορηγοῦσαι τῷ σώματι. Ποθήσασαι δέ ποτε τῶν σωτηρίων τοῦ Χριστοῦ παθημάτων τοὺς ἱεροὺς θεάσασθαι τόπους, ἔδραμον εἰς τὴν Αἰλίαν, οὐδεμιᾶς κατὰ τὴν ὁδὸν ἐδωδῆς ἀπολαύσασαι, ἀλλ' εἰς ἐκείνην ἀφικόμεναι τὴν πόλιν, καὶ τὴν προσκύνησιν ἐκπληρώσασαι, τροφῆς μετέλαβον, καὶ πάλιν ἐπανῆλθον ἄσιτοι τὴν πορείαν ἀνύσασαι· σταθμοὶ δέ εἰσιν οὐκ ἐλάττους τῶν εἴκοσι. Καὶ τῆς καλλινίκου δὲ Θέκλης ἐπιθυμήσασαι θεάσασθαι τὸν ἐν Ἰσαυρίᾳ σηκὸν, ἵνα τῆς περὶ τὸν Θεὸν ἀγάπης πανταχόθεν ἐξάψωσι τὸν πυρσὸν, ὡς ἀπῆλθον οὕτως ἐπανῆλθον ἄσιτοι. Τοσοῦτον αὐτὰς τὸ θεῖον ἐξεθέρμευσε φῶτρον· οὕτως αὐτὰς ὁ θεῖος ἔρως περὶ τὸν νυμφίον ἐξέμηνεν. Αὗται μὲν τοιαύτῃ πολιτείᾳ τὸ θῆλυ κατακοσμήσασαι γένος, ὡς ἀρχέτυπα καὶ ταῖς ἄλλαις γενόμεναι, τοῖς ἐπινικίοις στεφάνοις ὑπὸ τοῦ Δεσπότου ταινιωθήσονται. Ἐγὼ δὲ καὶ τὴν ἐντεῦθεν ὠφέλειαν προθεὶς, καὶ τὴν εὐλογίαν δρεψάμενος, ἐφ' ἕτερον βαδιοῦμαι διήγημα.

XXX.---DOMNINA.

Divini Maronis, cujus antea meminimus, vitam æmulata est admiranda Domnina, quæ in maternæ domus horto parvum tugurium defixit. Tugurium autem hoc illi præstant culmi panicorum. In eo dies totos continuis lacrymis ducens, non solas rigant genas, sed amictus quoque cilicinos. Talibus enim indumentis corpus tegit. Sub gallorum autem cantum ad divinum templum, quod non procul abest, se conferens, cum aliis, tum feminis, tum viris, Domino universorum laudes offert. Nec incipiente tantum die, verum etiam desinente hoc facit, locum Deo consecratum quovis alio loco venerabiliorem esse, et censens ipsa, et alios docens. Quo nomine magnam illius curam gessit, matri et **1292** fra-

Λ'. — ΔΟΜΝΙΝΑ.

Τοῦ Θεσπεσίου Μάρωνος, οὗ καὶ πρώην ἐμνήσθημεν, ἡ θαυμασία Δομνῖνα τὸν βίον ζηλώσασα, ἐν τῷ κήπῳ τῆς μητρῴας οἰκίας σμικράν τινα καλύβην ἐπήξατο. Ποιεῖ δὲ αὐτῇ καλύβην τῶν μελίνων ἡ καλάμη. Ἐν ἐκείνῃ διημερεύουσα, δάκρυσι διηνεκέσιν οὐ μόνας καταβρέχει τὰς παρειὰς, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐκ τριχῶν περιβόλαια· τοιοῖσδε γὰρ ἐσθήμασι συγκαλύπτει τὸ σῶμα. Περὶ δὲ ἀλεκτρυόνων ᾠδὰς, εἰς τὸν θεῖον ναὸν οὐ πόρρω ὄντα ἰοῦσα, μετὰ τῶν ἄλλων καὶ γυναικῶν καὶ ἀνδρῶν, τῷ Δεσπότῃ τῶν ὅλων προσφέρει τὴν ὑμνῳδίαν. Τοῦτο δὲ οὐκ ἀρχομένης μόνον ἡμέρας, ἀλλὰ καὶ τελευτώσης ποιεῖ, πάντος ἑτέρου χωρίου τὸν ἀφιερωμένον τῷ Θεῷ χῶρον σεβασμιώτερον εἶναι, καὶ ὑπολαμβάνουσα, καὶ τοὺς ἄλ-

Digitized by Google

λους ἐκδιδάσκουσα. Τούτου εἵνεκα καὶ πολλῆς αὐτὸν ἐπιμελείας ἠξίωσε, τὴν μητέρα πείσασα, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς, εἰς τοῦτον δαπανῆσαι τὰ ὄντα. Τροφὴν δ' ἔχει τὸν φακὸν ἀποβρεχόμενον ὕδατι. Καὶ τοῦτον ἅπαντα ὑπομένει τὸν πόνον, σώματι κατεσκληλιτευμένῳ καὶ ἡμιθνεῖ χρωμένη. Λεπτότατον γὰρ τὸ δέρμα, καὶ ὑμενοειδὲς, λεπτοῖς τοῖς ὀστέοις περίκειται, καὶ πιμελῆς καὶ σαρκῶν ὑπὸ τῶν πόνων δαπανηθέντων. Πρόκειται δὲ πᾶσι τοῖς ὁρᾶν αὐτὴν βουλομένοις, καὶ ἀνδράσι, καὶ γυναιξὶν, οὔτε ὁρῶσα πρόσωπον, οὔτε ἑτέρῳ προτιθεῖσα πρόσωπον· ἀλλ' ἀκριβῶς μὲν τῷ περιβολαίῳ καλυπτομένη, μέχρι τε τῶν γονάτων κατακαμπτομένη. Λεπτὰ δὲ λίαν καὶ ἄσημα φθεγγομένη, μετὰ δακρύων δὲ ἀεὶ τὰ λεγόμενα προφέρουσα. Πολλάκις γάρ μου λαβοῦσα τὴν δεξιὰν, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπιθεῖσα, οὕτω διάβροχον γενομένην ἀφῆκεν, ὡς αὐτὴν ἀποστάξαι τὴν χεῖρα τὸ δάκρυον. Τὴν οὖν ἐν τοσούτῳ πλούτῳ φιλοσοφίας τοῖς ἐν ἐσχάτῃ ζῶσι πενίᾳ παραπλησίως δακρύουσαν, καὶ ὀλοφυρομένην, καὶ στένουσαν, ποῖος ἂν ἀξίως ἐπαινέσειε λόγος; Ὁ γὰρ θερμὸς περὶ τὸν Θεὸν ἔρως ἐκεῖνο τίκτει τὸ δάκρυον, εἰς τὴν θείαν θεωρίαν πυρσεύων τὸν νοῦν, καὶ ταῖς ἀκτῖσι νύττων, καὶ εἰς τὴν ἐντεῦθεν κατεπείγων μετάβασιν. Καὶ ἐν τούτοις δὲ διημερεύουσά τε καὶ διανυκτερεύουσα, οὐδὲ τῶν ἄλλων τῆς ἀρετῆς εἰδῶν ἀμελεῖ· ἀλλὰ θεραπεύει μὲν εἰς δύναμιν τοὺς ἀρίστους ἀγωνιστὰς, ὧν ἐμνήσθημεν, καὶ οὓς παρελίπομεν. Θεραπεύει δὲ καὶ τοὺς πρὸς αὐτὴν ἀφικνουμένους, κατάγεσθαι μὲν παρὰ τῷ τῆς κώμης ποιμένι κελεύουσα, αὐτὴ δὲ τὰς χρείας ἁπάσας ἐκπέμπουσα. Πρόκειται γὰρ αὐτῇ τὰ τῆς μητρὸς καὶ τῶν ἀδελφῶν εἰς δαπάνην, τὴν δι' αὐτῆς εὐλογίαν καρπούμενα. Κἀμοῦ δὲ εἰς ἐκεῖνο τὸ μέρος ἀφικνουμένου, τὸ νότιον δὲ τῆς ἡμετέρας χώρας ἐστὶ, καὶ ἄρτους, καὶ ὀπώρας, καὶ τὸν διάβροχον πέμπει φακόν. Ἀλλὰ μέχρι πότε μηκύνων ταύτῃ τὴν ἀρετὴν ἅπασαν διηγεῖσθαι φιλονεικῶ, δέον καὶ τῶν ἄλλων εἰς μέσον προτιθέναι τὸν βίον, αἳ καὶ ταύτην, κἀκείνας ὧν πρόσθεν ἐμνήσθην, ἐμιμήσαντο; Πολλαὶ γὰρ καὶ ἄλλαι, αἳ μὲν τὸν μοναδικὸν ἠσπάσαντο βίον, αἳ δὲ τὴν μετὰ πλειόνων ἠγάπησαν πολιτείαν, ὡς καὶ πεντήκοντα καὶ διακοσίας, καὶ πλείους, καὶ ἐλάττους κατὰ ταυτὸν βιοτεύειν, μιᾶς ἀνεχομένας τροφῆς, ἐπὶ ψιάθων μόνον καθεύδειν αἱρουμένας, καὶ τὰς μὲν χεῖρας ἀπονεμούσας ἐρίῳ, ὕμνοις δὲ τὴν γλῶτταν ἀφιερούσας.

Μυρία δὲ τοιαῦτα καὶ ἀριθμὸν νικῶντα φιλοσοφίας ἐστὶ φροντιστήρια, οὐκ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ πᾶσαν τὴν Ἑω. Πλήρης δὲ τούτων καὶ Παλαιστίνη, καὶ Αἴγυπτος, καὶ Ἀσία, καὶ Πόντος, καὶ Εὐρώπη πᾶσα. Ἐξ οὗ γὰρ ὁ Δεσπότης Χριστὸς τὴν Παρθενίαν ἐτίμησεν ὑπὸ παρθένου τεχθεὶς, τοὺς τῆς παρθενίας λειμῶνας ἡ φύσις ἐβλάστησε, καὶ τὰ εὐώδη ταῦτα καὶ ἀμάραντα ἄνθη προσφέρει τῷ ποιητῇ, οὐκ εἰς ἄῤῥεν καὶ θῆλυ τὴν ἀρετὴν διακρίνουσα, οὐδὲ εἰς δύο διαφορὰς τὴν φιλοσοφίαν μερίζουσα· σωμάτων γὰρ, ἀλλ' οὐ ψυχῶν τὸ διάφορον. « Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, οὐκ ἔνι ἄρσεν καὶ θῆλυ· » μία δὲ καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξὶ κεχο-

tribus persuadens, ut facultates suas in illud impenderent. Cibus porro illi est lens aqua madefacta. Laboremque hunc totum sustinet, cum corpore sit exhausto, ac semimortuo. Tenuissima enim cutis, et membranæ similis, tenuia ossa circumtegit, adipe carneque per labores consumptis. Omnium autem oculis exposita est qui conspicere illam volunt, tum viris, tum feminis, nec faciem ullius aspiciens ipsa, nec faciem ulli spectandam præbens: sed amictu penitus contecta, et ad genua usque incurvata. Exili autem admodum voce nec satis expressa loquens, cum lacrymis semper loquitur. Sæpe enim dexteram meam prehendens, et oculis suis admovens, sic madefactam dimisit, ut lacrymas manus ipsa stillaret. Eam igitur, quæ tantis abundans opibus philosophiæ, perinde ut qui in summa egestate vivunt, lacrymatur, et luget, ac ingemiscit, quænam pro merito laudare possit oratio? Ardens enim in Deum amor has parit lacrymas, mentem ad divinam accendens contemplationem, stimulisque pungens, et urgens ut ex hac vita excedat. Neque vero, dum in his dies noctesque se exercet, alia virtutum genera negligit: sed curam pro viribus gerit præstantissimorum athletarum, quorum mentionem fecimus, et quos præterimisimus. Curam eorum quoque gerit, qui ad illos veniunt, apud vici pastorem diversari eos jubens, et omnia illis necessaria submittens. Præsto enim illi sunt ad sumptus faciendos matris fratrumque facultates, quæ per **1293** eam benedictionem accipiunt. Quin et mihi etiam, cum ad eam partem venio, quæ regioni nostræ ad austrum sita est, et panes, et fructus, et lentem madefactam mittit. Sed quousque tandem orationem producens omnem ejus virtutem exponere contendo, cum aliarum quoque vitam in medium proferre conveniat, quæ et hanc et illas quarum prius meminimus, imitatæ sunt? Multæ siquidem aliæ, partim solitariam vitam sunt amplexæ, partim versari cum pluribus maluerunt, ita ut ducentæ et quinquaginta, aut eo plures paucioresve una degant, uno cibo vescentes, super storeis solis dormire solitæ, et manus quidem lanificio addicentes, linguam vero hymnis consecrantes.

Exstant autem infinita numerumque excedentia istiusmodi philosophiæ gymnasia, non in regione nostra tantum, sed per totum etiam Orientem. Plena istis et Palæstina, et Ægyptus, et Asia, et Pontus, et Europa universa. Ex quo enim Christus Dominus de Virgine nascens virginitatem honoravit, virginitatis prata natura produxit, et odoriferos istos nec unquam marcescentes flores profert Creatori, haudquaquam in masculum et feminam virtutem distinguens, neque in duas differentias partiens philosophiam. Corporum enim, non animarum est differentia. « In Christo enim Jesu, sicut divinus ait Apostolus, non est masculus,

Digitized by Google

neque femina [z]. » Una autem et viris et mulieribus donata est fides. « Unus enim Dominus, una fides, unum baptisma. Unus Deus et Pater omnium, qui est super omnes, et per **1294** omnia, et in omnibus. Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi [a]. » Unum etiam regnum cœlorum victoribus proposuit agonotheta, commune hoc præmium certaminibus constituens. Multæ igitur, ut dixi, et virorum et feminarum palæstræ sunt pietatis, non apud nos tantummodo, verum etiam in Syria universa, et in Palæstina, et in Cilicia, et in Mesopotamia. In Ægypto vero ferunt quædam esse monasteria, quæ virorum habeant ad quinque millia, opus facientium, Deumque interea laudantium, qui opificio suo non solum victum parant necessarium, sed peregrinis etiam egentibusque subveniunt. Verum omnia enarrare, non mihi tantum, sed et omnibus historicis impossibile fuerit. Quod si possibile foret, supervacaneum tamen futurum putarem, ostentationemque omni fructu carituram. Iis enim qui utilitatem aliquam capere cupiunt, sufficiunt quæ dicta sunt, ut voti compotes fiant. Idcirco enim diversas vitas exposuimus, et feminarum narrationes ad eas quæ virorum erant adjecimus, ut habeant et senes, et juvenes, et feminæ, exemplaria philosophiæ, gratamque sibi quisque vitam exprimens vitæ suæ regulam ac normam habeat eam quæ in narratione continetur. Et quemadmodum pictores in archetypum intuentes, et oculos imitantur, et nasum, et os, et genas, et aures, et vultus, et ipsos capitis barbæque pilos, ac præterea sessionem ac stationem, et gestus ipsos oculorum vel hilares, vel terribiles : **1295** sic eorum qui scriptionem hanc legunt unumquemque oportet, ubi vitam aliquam imitandam sibi proposuerit, ad illam quam delegit suam ipsius conformare. Et quemadmodum fabri qui adamussim tabulas dirigunt, eo usque superflua detrahunt, quoad appositæ regulæ consentire tabulam videant: sic illum oportet, qui vitam aliquam imitari velit, eam sibi regulæ loco applicare, ac vitii quod redundat amputare, et virtutis quæ desunt apponere. Hac enim de causa scriptionis laborem suscepimus, utilitatis occasionem iis qui volent proponentes. Oro autem lectores, qui aliorum laboribus sine labore fruuntur, ut laboribus preces rependant. Simul et illos precor, quorum vitam conscripsi, ne me procul a spiritali eorum chorea positum despiciant, sed infra jacentem trahant, et ad culmen virtutis perducant, choroque suo adjungant, ut non alienas solum opes laudem, sed ipse etiam laudis materiam aliquam consequar, opere, verbis, et mente glorificans universorum Servatorem Christum, Deum nostrum, cum quo Patri gloria et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A ρήγηται πίστις. « Εἷς γὰρ Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα· εἷς Θεὸς καὶ Πατὴρ πάντων, ὁ ἐπὶ πάντων, καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν ἡμῖν· καὶ ἑνὶ ἑκάστῳ ἡμῶν ἐδόθη ἡ χάρις κατὰ τὸ μέτρον τῆς δωρεᾶς τοῦ Χριστοῦ. » Μίαν δὲ καὶ βασιλείαν οὐρανῶν ἀγωνοθέτης τοῖς νικηφόροις προτέθηκεν, ἆθλον τοῦτο κοινὸν τοῖς ἀγῶσιν ὁρίσας. Πολλαὶ τοίνυν, ὡς ἔφην, καὶ ἀνδρῶν εἰσι καὶ γυναικῶν εὐσεβείας παλαίστραι, οὐ παρ' ἡμῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν Συρίᾳ πάσῃ, καὶ ἐν Παλαιστίνῃ, καὶ ἐν Κιλικίᾳ, καὶ ἐν τῇ μέσῃ τῶν ποταμῶν· ἐν Αἰγύπτῳ δέ φασι καὶ ἀνὰ πέντε χιλιάδας ἀνδρῶν ἔχειν ἕνια φροντιστήρια ἐργαζομένων, καὶ μεταξὺ τὸν Δεσπότην ἀνυμνούντων· καὶ οὐ μόνον τὴν ἀναγκαίαν ἐκ τῶν ἔργων ποριζομένων τροφὴν, ἀλλὰ καὶ ξένοις ἀφικνουμένοις καὶ πενομένοις ἐπικουροῦν- B τῶν. Ἀλλὰ πάντα διηγεῖσθαι, οὐκ ἐμοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσι συγγραφεῦσιν ἀδύνατον. Εἰ δὲ καὶ δυνατὸν ἦν, παρέλκον εἶναι νομίζω, καὶ φιλοτιμίαν οὐδὲν ἔχουσαν κέρδος. Τοῖς γὰρ δυσὶν τινα δρέπεσθαι βουλομένοις ἀπόχρη καὶ τὰ εἰρημένα παρασχεῖν τὸ ποθούμενον. Τούτου γὰρ ἕνεκα, καὶ διαφόρων ἐμνημονεύσαμεν βίων, καὶ γυναικῶν διηγήματα τοῖς τῶν ἀνδρῶν προστεθείκαμεν, ἵν' ἔχωσι καὶ πρεσβύται, καὶ νέοι, καὶ γυναῖκες, φιλοσοφίας ἀρχέτυπα· καὶ τὸν καταθύμιον ἕκαστος ἐκματτόμενος βίον, ἔχῃ κανόνα τινὰ καὶ γνώμονα τοῦ οἰκείου, τὸν ἐν τῷ διηγήματι κείμενον. Καὶ καθάπερ οἱ ζωγράφοι εἰς τὸ ἀρχέτυπον ἀφορῶντες, καὶ ὀφθαλμοὺς ἀπομιμοῦνται, καὶ ῥῖνα, καὶ στόμα, καὶ παρειὰς, καὶ ὦτα, καὶ μέτωπα, καὶ αὐτὰς τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ γενείου τὰς τρίχας· πρὸς C τούτοις δὲ καὶ καθέδραν, καὶ στάσιν, καὶ αὐτὰ μέντοι τῶν ὀφθαλμῶν τὰ ἤθη, εἴτε χαροπὰ, εἴτε βλοσυρὰ εἴη· οὕτω προσήκει καὶ τῶν ἐντυγχανόντων ἕκαστον τῇδε τῇ συγγραφῇ, βίον τινὰ μιμεῖσθαι προαιρούμενον, πρὸς ἐκεῖνον ὃν προαιρεῖται τὸν οἰκεῖον ῥυθμίζειν. Καὶ ὥσπερ οἱ τέκτονες τῇ σπαρτῇ τὰς σανίδας ἀπευθύνοντες, μέχρι τοσούτου τὸ περιττὸν ἀφαιροῦσιν, ἕως ἂν τὸν κανόνα παραθέντες, ἴσην γενομένην τὴν σανίδα θεάσωνται· οὕτω δὲ τὸν ζηλοῦν τινα βίον βουλόμενον, ἑαυτῷ τοῦτον ἀντὶ κανόνος παρατιθέναι, καὶ τῆς τε κακίας ἀποκόπτειν τὸ περιττὸν, καὶ τῆς ἀρετῆς ἀναπληροῦν ἄττα ἐλλείποντα. Τούτου γὰρ εἵνεκα καὶ τὸν τῆς συγγραφῆς ἀνεδεξάμεθα πόνον, ὠφελείας ἀφορμὴν προτιθέντες τοῖς βουλομένοις· D ἀξιῶ δὲ τοὺς ἐντευξομένους, τοῖς ἑτέρων πόνοις ἀπόνως ἐντρυφῶντας, προσευχῇ τοὺς πόνους ἀμείψασθαι. Ἱκετεύω δὲ καὶ τούτους, ὧν τὸν βίον συνεγραψάμην, μὴ περιιδεῖν με πόῤῥω τῆς πνευματικῆς αὐτῶν χορείας διάγοντα, ἀλλ' ἀνελκῦσαι κάτω κείμενον, καὶ πρὸς τὸ ὕψος τῆς ἀρετῆς ἀναγαγεῖν, καὶ τῷ ἰδίῳ χορῷ συνάψαι· ὡς ἂν μὴ μόνον εὐφημοίην τὸν ἀλλότριον πλοῦτον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς σχοίην τινὰς ἀφορμὰς εὐφημίας, ἔργῳ, καὶ λόγῳ, καὶ διανοίᾳ δοξάζων τὸν Σωτῆρα τῶν ὅλων Χριστὸν, τὸν Θεὸν ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[z] Galat. III, 28. [a] Ephes. IV, 5, 6.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΚΑΙ ΑΓΙΑΣ ΑΓΑΠΗΣ.

BEATI THEODORETI

EPISCOPI CYRENSIS

ORATIO DE DIVINA ET SANCTA CHARITATE.

Ἡλίκοι μὲν οἱ τῆς ἀρετῆς ἀθληταὶ, καὶ ὅσοις καὶ οἵοις στεφάνοις λαμπρύνονται, σαφῶς διδάσκει τὰ περὶ αὐτῶν συγγραφέντα ἡμῖν διηγήματα. Εἰ γὰρ καὶ μὴ πάντας αὐτῶν περιέχει τοὺς ἄθλους, ἀλλ' ἀπόχρη καὶ τὰ ὀλίγα παντὸς τοῦ βίου δεῖξαι τὸν χαρακτῆρα. Καὶ γὰρ τὸν χρυσὸν οὐχ ἅπαντα τὸν προσφερόμενον δαπανῶσα ἡ λίθος, ἀλλ' ὀλίγῳ τινὶ προστριβομένη δόκιμον ἢ ἀδόκιμον δείκνυσι· καὶ τὸν τοξότην δὲ ὡσαύτως ἐξ ὀλίγων ἀφιεμένων βελῶν καταμάθοι ἄν τις ἀκριβῶς, εἴτε ἄριστα τοξεύοι κατὰ σκοποῦ βάλλων, εἴτε ἔξω φέροιτο, τὴν τέχνην οὐκ ἠσκημένος. Οὕτω καὶ τοὺς ἄλλους τεχνίτας, ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον λέγω, δυνατὸν διαγνῶναι, καὶ δρομέας, καὶ τραγῳδίας ὑποκριτὰς, καὶ κυβερνήτας, καὶ ναυπηγοὺς, καὶ ἰατροὺς, καὶ γηπόνους, καὶ τοὺς ἄλλους ἁπαξαπλῶς, ὅσοι τινὰ μεταχειρίζουσι τέχνην· ἱκανὴ γὰρ ὀλίγη πεῖρα καὶ τῶν ἐπιστημόνων ἐπιδεῖξαι τὴν τέχνην, καὶ τῶν ὀνόματι μόνῳ χρωμένων ἐλέγξαι τὴν ἀμαθίαν. Ἀπόχρη τοίνυν, ὡς ἔφην, καὶ τὰ ὀλίγα συγγραφέντα τῶν ἑκάστῳ κατωρθωμένων, πᾶσαν διδάξαι τὴν τοῦ βίου προαίρεσιν. Προσήκει δὲ ἡμᾶς ἐπὶ τοῦ παρόντος, ἐρευνῆσαι, καὶ ζητῆσαι, καὶ καταμαθεῖν ἀκριβῶς, πόθεν ὁρμώμενοι τήνδε τὴν πολιτείαν ἠσπάσαντο, καὶ ποίοις χρώμενοι λογισμοῖς, αὐτὴν κατέλαβον τῆς φιλοσοφίας τὴν κορυφήν· ὅτι γὰρ οὐ τῇ ῥώμῃ θαῤῥοῦντες τοῦ σώματος, τῶν ὑπὲρ τὴν φύσιν τὴν ἀνθρωπείαν ἠράσθησαν, καὶ τοὺς ταύτῃ κειμένους ὑπερέβησαν νόμους, καὶ τὰ παγέντα τοῖς τῆς εὐσεβείας ἀγωνισταῖς ὑπερεπήδησαν σκάμματα, σαφὴς ἡ πεῖρα διδάσκαλος. Οὐδεὶς γὰρ τῶν τῆς φιλοσοφίας ταύτης ἀμοίρων, τὴν τούτων καρτερίαν ἐπεδείξατο πώποτε. Εἰ γὰρ καὶ νίφονται ποιμένες, ἀλλ' οὐκ ἀεί· καὶ ἄντροις γὰρ χρῶνται, καὶ εἰς τὰς οἰκίας ἐπανιᾶσι, καὶ ὑποδήμασι δὲ τοὺς πόδας καλύπτουσι, καὶ ἐσθήμασι θερμοτέροις τὰ ἄλλα μέρη τοῦ σώματος περιβάλλουσι· καὶ δὶς, καὶ τρὶς τῆς ἡμέρας, τάχα δὲ καὶ τετράκις, τροφῆς ἀπολαύουσι. Καὶ κρεωφαγία δὲ καὶ οἰνοποσία πάσης ἐσχάρας ἄμεινον διαθερμαίνει τὰ σώματα· ὅταν γὰρ ἡ τοιαύτη τροφὴ τὴν ἀλλοίωσιν

A **1296** Quanti sint virtutis athletæ, et quam multis qualibusque coronis fulgeant, perspicue de illis a nobis conscriptæ narrationes docent : quæ tametsi non cuncta illorum contineant certamina, sufficiunt sane vel pauca ad totius vitæ rationem formamque demonstrandam. Etenim non omne aurum allatum consumit lapis Lydius, sed parvam quamdam partem dum atterit, probumne sit an adulterinum demonstrat. Itemque sagittarium quispiam ex paucis telis emissis accurate nosse potuerit, seu bene emittat sagittas in scopum dirigens, seu a scopo aberret in arte non exercitatus. Eumdem etiam in modum cæteri artifices, ne de singulis dicere sit opus, explorare facile est et pugiles, et cursores, **1297** et tragœdiæ acto-
B res, et gubernatores, et navium fabricatores, et medicos, et agricolas, et alios, ut semel dicam, quicunque artem aliquam tractant : sufficit enim exiguum quoddam specimen ad peritorum artem comprobandam, et eorum, qui solum nomen sibi vindicant, ignorantiam coarguendam. Sufficerint igitur, ut dixi, vel paucula illa conscripta de iis, quæ præclara ab unoquoque facta ac gesta sunt, ad universam vitæ rationem edocendam. Convenit autem nos in præsenti perscrutari, et investigare, ac perdiscere sedulo, undenam impulsi, ejuscemodi vitæ rationem amplexi sint, et cujusmodi usi rationibus ad divinæ hujus philosophiæ fastigium pertigerint. Nam quod non corporis robore freti, quæ humanam naturam excedunt adamarint,
C terminosque ei constitutos transgressi sint, ac septa pietatis athletis defixa transilierint, manifeste docet experientia. Nemo siquidem hujus philosophiæ expers, illorum tolerantiam unquam ostendit. Etenim si nive quandoque consperguntur pastores, sed non semper : quoniam et antris utuntur, et domos repetunt, et calceis pedes tegunt, et calidioribus vestimentis alias corporis partes amiciunt, et bis terve in die, ac forsan et quater, cibum sumunt. Sed et carnis esus, vini-

Digitized by Google

C έτεινεν ὁ πατριάρχης, οὐδὲ τὰ τῆς φύσεως προὐβάλετο δίκαια, οὐδὲ τὰς ὑποσχέσεις εἰς μέσον παρήγαγεν, οὐδὲ γηροκομίας καὶ ταφῆς ἀνεμνήσθη· ἀλλὰ πάντα λογισμὸν ἀνθρώπινον ῥίψας, καὶ πόθῳ πόθον ἀντιτάξας, καὶ νόμῳ νόμον ἀντιστήσας, τῷ τῆς φύσεως τὸ θεῖον, ἔδραμεν εἰς τὴν ἱερουργίαν, ἀνενδοιάστως ἐπενεγκεῖν τὴν πληγὴν, εἰ μὴ ταχέως ὁ Μεγαλόδωρος, τὴν προθυμίαν δεξάμενος, ἐκώλυσε τὴν σφαγήν. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδα, εἴ τις ἂν ἀρκέσειε λόγος, εἰς τὴν τοῦ ἔρωτος τοῦδε διήγησιν. Ὁ γὰρ μηδὲ μονογενοῦς φεισάμενος παιδὸς, ἐπειδὴ τοῦτο προσέταξεν ὁ ἐρώμενος, τίνος οὐκ ἂν διὰ τοῦτον ὑπερεφρόνησε, καὶ αὐτὸς δὲ ὁ μέγας Ἰσαὰκ, τὴν αὐτὴν ἀγάπην περὶ τὸν Δεσπότην ἐκτήσατο. Καὶ ὁ τούτου δὲ υἱὸς, Ἰακὼβ ὁ πατριάρχης. Ἄδουσι δὲ ἀμφοτέρων τὸ φιλό-

D θεον αἱ θεῖαι Γραφαί· καὶ αὐτὸς δὲ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς οὐδαμοῦ τῆς ῥίζης διαχωρίζει τοὺς κλάδους, ἀλλὰ Θεὸν ἑαυτὸν Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ ὀνομάζει. Τούτων ἐστὶ καρπὸς εὐσεβὴς καὶ Ἰωσὴφ, ὁ ἐν νέοις πρεσβύτης, καὶ ἐν πρεσβύταις γενναῖος· οὗ τὸ φιλόθεον οὔτε φθόνος ἠνάλωσεν, οὔτε δουλεία κατέσβεσεν, οὐ δεσποίνης ἐσύλησε κολακεία, οὐκ ἀπειλὴ καὶ δέος ἐμάρανεν· οὐ συκοφαντία, καὶ δεσμωτήριον, καὶ χρόνος μακρὸς κατεπάλαισεν· οὐκ ἐξουσία, καὶ δυναστεία, καὶ τρυφὴ, καὶ πλοῦτος, τῆς διανοίας ἐξέβαλεν· ἀλλ' ἔμεινεν ὁμοίως καὶ βλέπων τὸν ἐρώ-

[l] Gen. xxi, xxvi. [m] Gen. xx. [n] Gen. xx, 17 et 18. Rom. 4 ; Galat. iii ; Gen. xv et ii. [o] Gen. xxii, Hebr. xi. [p] Gen. xxii, [q] Jac. ii. [r] Gen. xxii. [s] Gen xxiv, xxvi, et xxvii. [t] Gen. xxvii, xxviii, xxxii et xxxv. [u] Gen. xxvi, xxviii. [v] Exod. iii et iv. [x] Gen. xxxvii et xxxix.

Digitized by Google

μενον, καὶ τοὺς ἐκείνου νόμους πληρῶν. Ταύτην ὁ Μωσῆς τὴν ἀγάπην κτησάμενος, τῆς ἐν βασιλείοις διαίτης καταφρονήσας, μᾶλλον εἵλετο συγκακουχεῖσθαι τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ, ἢ πρόσκαιρον ἔχειν ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν.

tempusque prolixum expugnarunt, non potestas, et dominatio, et deliciæ, et opes a sententia dimoverunt : sed perstitit eodem semper modo, et quem diligebat considerans, et ejus leges observans. Hac eadem charitate præditus Moses, regalis aulæ spreto convictu, affligi maluit cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem [y].

Καὶ τί δεῖ μηκύνειν καὶ πέρα τοῦ μέτρου τὸν λόγον ἐκτείνειν ; Τῇ θείᾳ γὰρ ἀγάπῃ πᾶσα τῶν προφητῶν ἡ ἑταιρία κεχρημένη, καὶ κοσμουμένη, καὶ τὴν τελειοτάτην κατώρθωσεν ἀρετὴν, καὶ ἀείμνηστον τὸ κλέος κατέλιπε. Καὶ μέντοι καὶ τῶν ἀποστόλων ὁ χορὸς, καὶ τῶν μαρτύρων οἱ δῆμοι, τοῦτο τὸ πῦρ εἰσδεξάμενοι, πάντων μὲν ὑπερεῖδον τῶν ὁρωμένων, πάσης δὲ ζωῆς ἡδίστης τὰ μυρία τῶν θανάτων εἴδη προείλοντο. Ἐρασθέντες γὰρ τοῦ θείου κάλλους, καὶ τὸ περὶ ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ λογισάμενοι φίλτρον, καὶ τὰς μυρίας ἐνθυμηθέντες εὐεργεσίας, αἰσχρὸν ἡγήσαντο, μήτε τὸ κάλλος ἐκεῖνο ποθῆσαι τὸ ἄφραστον, καὶ ἀχάριστοι περὶ τὸν εὐεργέτην γενέσθαι. Τούτου χάριν, μέχρι θανάτου τὰς πρὸς αὐτὸν συνθήκας ἐφύλαξαν. Τούτου τοῦ κάλλους ἐρασθέντες καὶ οἱ νέοι τῆς ἀρετῆς ἀθληταὶ, ὧν συνεγράψαμεν ἐν συντόμῳ τὸν βίον, εἰς τοὺς μεγάλους ἐκείνους, καὶ τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν νικῶντας, εἰσεπήδησαν ἄθλους. Τοῦτο δὲ σαφῶς αὐτοὺς ἐξεπαίδευσαν αἱ θεῖαι Γραφαί. Ψάλλουσι γὰρ μετὰ τοῦ μεγάλου Δαβίδ· « Κύριε ὁ Θεός μου, ὡς ἐμεγαλύνθης σφόδρα. Ἐξομολόγησιν καὶ μεγαλοπρέπειαν ἐνεδύσω, ἀναβαλλόμενος φῶς ὡς ἱμάτιον· ἐκτείνων τὸν οὐρανὸν, ὡσεὶ δέρριν· » καὶ τἆλλα ὅσα τὴν σοφίαν αὐτοῦ διδάσκει καὶ δύναμιν. Καὶ πάλιν· « Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν, εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο· ἐνεδύσατο Κύριος δύναμιν, καὶ περιεζώσατο· καὶ γὰρ κατώρθωσε τὴν οἰκουμένην, ἥτις οὐ σαλευθήσεται. » Κάνταῦθα δὲ ὡσαύτως καὶ σοφία καὶ κάλλος ἐκηρύχθη, καὶ δύναμις. Καὶ ἑτέρωθι δέ· « Ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. » Ἐνταῦθα δὲ, καὶ τὸ ἀνθρώπινον τοῦ Θεοῦ Λόγου εὐφήμησε κάλλος. Ὑμνεῖ δὲ καὶ τὴν σοφίαν· « Ἐξεχύθη γὰρ, φησὶ, χάρις ἐν χείλεσί σου. » Ὑποδείκνυσι καὶ τὴν δύναμιν· « Περίζωσαι τὴν ῥομφαίαν σου ἐπὶ τὸν μηρόν σου, δυνατέ· τῇ ὡραιότητί σου, καὶ τῷ κάλλει σου, καὶ ἔντεινε, καὶ κατευοδοῦ, καὶ βασίλευε, ἕνεκεν ἀληθείας, καὶ πραότητος, καὶ δικαιοσύνης. » Ταῦτα γὰρ αὐτοῦ, καὶ κάλλος, καὶ πλοῦτος, καὶ δύναμις. Καὶ Ἡσαΐας δὲ βοᾷ· « Τίς οὗτος ὁ παραγενόμενος ἐξ Ἐδώμ; ἐρύθημα ἱματίων αὐτοῦ ἐκ Βοσόρ; Οὗτος ὡραῖος ἐν στολῇ αὐτοῦ, βίᾳ μετὰ ἰσχύος. » Οὐδὲ γὰρ ἡ ἀνθρωπεία στολὴ τὸ θεῖον κατεκάλυψε κάλλος· ἀλλὰ καὶ ταύτην περιβεβλημένος, μαρμαρυγὰς ἀπὸ τῆς ὥρας ἀφίησιν, ὡς τοὺς ὁρῶντας βιάζεσθαι καὶ καταθέλγειν εἰς ἔρωτα. Τοῦτο καὶ ἁγία Νύμφη πρὸς αὐτὸν ἐν τοῖς Ἄσμασι τῶν ἀσμάτων διαλεγομένη φησί· « Μῦρον ἐκκενωθὲν ὄνομά σου. Διὰ τοῦτο νεάνιδες ἠγάπησάν σε· εἵλκυσάν σε· ὀπίσω σου εἰς ὀσμὴν μύρων σου ἔδραμον. » Αἱ γὰρ νεανικαὶ

Et quid necesse est ulterius sermonem protrahere, modumque orationis excedere? Nam divina charitate universa prophetarum cohors usa et ornata, et perfectissimam virtutem est assecuta, et gloriam nominis sempiternam reliquit. Sed et apostolorum chorus, et martyrum exercitus, hoc igne concepto, visibilia omnia contemptui habuerunt, et infinities mori, quam suavissima vita frui maluerunt. Capti enim divinæ pulchritudinis amore, Deique erga nos amore perpenso, et infinita beneficia animo reputantes, turpe putarunt, nec ineffabilem illam desiderasse pulchritudinem, et ingratitudinis apud benefactorem notam incurrisse. Hac de causa ad mortem **1316** usque sua cum eo pacta servarunt. Hujus etiam pulchritudinis amore capti recentes virtutis athletæ, quorum a nobis vita compendio descripta est, ad magna illa humanam naturam excedentia prodiere certamina. Hoc vero illos manifeste docuerunt divinæ Scripturæ. Canunt enim cum magno Davide : « Domine Deus meus, magnificatus es vehementer. Confessionem et decorem induisti : amictus lumine sicut vestimento. Extendens cœlum sicut pellem [z], » et alia quæcunque sapientiam ipsius et vim docent. Ac rursus : « Dominus regnavit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudinem, et præcinxit se [a]. Etenim constituit orbem terræ, qui non commovebitur [b]. » Quo loco similiter sapientia, et pulchritudo, atque potentia prædicata est. Et alibi : « Speciosus forma præ filiis hominum [c]. » Hic vero et humanam Dei Verbi pulchritudinem laudibus extulit. Laudat autem et sapientiam : « Diffusa enim, ait, est gratia in labiis tuis [d]. » Ostendit quoque potentiam : « Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime. Specie tua et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna, propter veritatem, mansuetudinem, et justitiam [e]. » Hæc siquidem ipsius sunt, et divitiæ, et pulchritudo, et potentia. Quin et Isaias clamat : « Quis est iste qui venit de Edom? rubor vestium ejus de Bosor? Hic formosus in stola sua, violentia cum fortitudine [f]. » Neque enim humana vestis divinam pulchritudinem **1317** obtexit : sed hac etiam amictus splendores emittit suæ pulchritudinis, ita ut videntes adigat alliciatque in amorem. Quod sancta quoque Sponsa, cum eo in Cantico canticorum loquens, dicit : « Oleum effusum nomen tuum. Ideo adolescentulæ dilexerunt te. Traxerunt te, post te ad odorem unguentorum tuorum cucurrerunt [g]. »

[y] Hebr. XI, 25. [z] Psal. CIII, 1, 2. [a] Psal. XCIII, 1. [b] Psal XCV, 10. [c] Psal. XLIV, 3. [d] ibid. [e] ibid. 4, 5. [f] Isa. LXIII, 1. [g] Cant. I, 2, 3.

Digitized by Google

Juveniles enim animæ, bonum illum tuum odorem percipientes, currunt assequi te cupientes, et odore illo, quasi catena quadam, constrictæ, vinculum disrumpi non patiuntur : dulce quippe est, et quo voluntarie sunt alligatæ. Iis quoque consonant verba divi Pauli : « Christi bonus odor sumus, in iis qui salvi fiunt, et in iis qui pereunt ; aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam [h]. » Et pulchrum igitur illum esse a divina Scriptura edocti, et ineffabiles divitias possidere, sapientiæque esse fontem, et cuncta posse quæ velit, et immensa uti benignitate, fluentaque mansuetudinis profundere, et hoc unum velle, ut per omnia homines cumulet beneficiis. Deque infinitis numerumque excedentibus beneficiorum generibus a viris divino Spiritu afflatis imbuti, dulcibus telis charitatis vulnerati sunt, et cum membra sint Sponsæ, cum ea clamitant : « Vulnerati charitate nos sumus [i]. » Clamat siquidem magnus Joannes : « Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi [j]. » Prophetа vero Isaias quæ futura erant tanquam facta prædicebat, dicens : **1318** « Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra : disciplina pacis nostræ super eum, livore ejus sanati sumus [k], » et alia, quæ de salutaribus passionibus prosequitur. Prædicat quoque Paulus, clamans : « Qui etiam proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam nobis cum illo omnia donabit [l] ? » Et denuo : « Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos : obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur justitia Dei in ipso [m]. »

Hæc et alia id genus apud illos reperientes, qui divini Verbi fuere ministri, divinæ charitatis stimulos undique suscipiunt, et spretis omnibus, eum quem amant sibi ob oculos ponunt : et ante speratam immortalitatem, corpus spiritale reddiderunt. Hunc et nos amplectamur amorem, sponsique pulchritudine illecti, et promissorum bonorum desiderio capti, beneficiorumque multitudinem reverentes, et ingratitudinis pœnas metuentes, amantes legumque ipsius custodes nos præbeamus. Hæc enim summa est amicitiæ, eadem amare et eadem odisse. Ea de causa dicebat quoque ad Abrahamum : « Benedicam benedicentibus tibi, et maledicam maledicentibus tibi [n]. » Et David ad eum : « Mihi autem valde honorati sunt amici tui, Deus [o]. » Ac rursum : « Nonne qui oderunt te, Domine, oderam, et super **1319** inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos. Inimici facti sunt mihi [p]. » Et alio loco : « Iniquos odio habui, legem autem tuam dilexi [q]. » Et alibi : « Quomodo dilexi legem tuam, Domine! tota die meditatio mea est [r]. » Evidens igitur charitatis in Deum argumentum est di-

ψυχαί, τῆς σῆς εὐωδίας μεταλαμβάνουσαι, θέουσι καταλαβεῖν σε ποθοῦσαι· καὶ οἷον ἁλύσει τινὶ τῇ ὀσμῇ κατεχόμεναι, διαῤῥῆξαι τὸν δεσμὸν οὐκ ἀνέχονται· γλυκὺς γὰρ οὗτος, καὶ ἑθελουσίως αὐταῖς περικείμενος. Τούτοις συμφωνεῖ καὶ τοῦ θείου Παύλου τὰ ῥήματα· « Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν, ἐν τοῖς σωζομένοις, καὶ ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις· οἷς μὲν ὀσμὴ θανάτου εἰς θάνατον· οἷς δὲ ὀσμὴ ζωῆς εἰς ζωήν. » Καλὸν τοίνυν αὐτὸν ὑπὸ τῆς θείας Γραφῆς διδασκόμενοι, καὶ πλοῦτον ἄφραστον ἔχοντα, καὶ σοφίας ὄντα πηγὴν, καὶ τοσαῦτα δυνάμενον ὅσα βούλεται, καὶ φιλανθρωπίᾳ χρώμενον ἀμετρήτῳ, καὶ ἡμερότητος ποταμοὺς ἀναβλύζοντα, καὶ διὰ πάντων εὐεργετεῖν μόνον τοὺς ἀνθρώπους ἐθέλοντα· καὶ τὰ μυρία, καὶ τὸν νοῦν ὑπερβαίνοντα, τῶν εὐεργεσιῶν εἴδη ὑπὸ τῶν θεοφόρων ἀνδρῶν διδασκόμενοι, τοῖς γλυκέσι τῆς ἀγάπης ἐτρώθησαν βέλεσι, καὶ μέλη τῆς νύμφης ὄντες, μετ' ἐκείνης βοῶσι· « Τετρωμένοι ἀγάπης ἡμεῖς. » Ὁ γὰρ μέγας Ἰωάννης βοᾷ· « Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. » Ὁ δὲ προφήτης Ἡσαΐας, ὡς γεγενημένα τὰ ἐσόμενα προεθέσπισε λέγων· « Αὐτὸς ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν· παιδεία εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτόν· τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν· » καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα περὶ τῶν σωτηρίων παθῶν διεξέρχεται. Κηρύττει καὶ Παῦλος βοῶν· « Ὅς γε τοῦ ἰδίου Υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτὸν, πῶς οὐχὶ καὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίσηται ; » Καὶ πάλιν· « Ὑπὲρ Χριστοῦ πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν· δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ, καταλλάγητε τῷ Θεῷ· τὸν γὰρ μὴ γνόντα ἁμαρτίαν ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν, ἵνα ἡμεῖς γενώμεθα θεοῦ δικαιοσύνη ἐν αὐτῷ. »

Ταῦτα, καὶ ὅσα τοιαῦτα, παρὰ τοῖς ὑπηρέταις τοῦ θείου λόγου γεγενημένοις εὑρίσκοντες, ἔχονται πανταχόθεν τῆς θείας ἀγάπης τὰ κέντρα, καὶ πάντων ὑπερφρονοῦντες, φαντάζονται τὸν ἐρώμενον, καὶ πρὸ τῆς ἐλπιζομένης ἀφθαρσίας, τὸ σῶμα πνευματικὸν ἀπετέλεσαν. Τοῦτο καὶ ἡμεῖς τὸ φίλτρον δεξώμεθα, καὶ τῷ κάλλει τοῦ νυμφίου καταθελγόμενοι, καὶ τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν ἐφιέμενοι, καὶ τὸ τῶν εὐεργεσιῶν ἐντρεπόμενοι πλῆθος, καὶ τὰς τῆς ἀχαριστίας δεδιότες εὐθύνας, ἀγαπῶντες καὶ φύλακες αὐτοῦ τῶν νόμων γενώμεθα. Οὗτος γὰρ ὅρος φιλίας, τὸ ταυτὰ φιλεῖν, καὶ ταυτὰ μισεῖν· διὰ τοῦτο τῷ Ἀβραὰμ ἔλεγεν· « Εὐλογήσω τοὺς εὐλογοῦντάς σε, καὶ τοὺς καταρωμένους σε καταράσομαι. » Καὶ ὁ Δαβὶδ πρὸς αὐτόν· « Ἐμοὶ δὲ λίαν ἐτιμήθησαν οἱ φίλοι σου, ὁ Θεός. » Καὶ πάλιν· « Οὐχὶ τοὺς μισοῦντάς σε, Κύριε, ἐμίσησα, καὶ ἐπὶ τοῖς ἐχθροῖς σου ἐξετηκόμην ; Τέλειον μῖσος ἐμίσουν αὐτούς· εἰς ἐχθροὺς ἐγένοντό μοι. » Καὶ ἑτέρωθι· « Παρανόμους ἐμίσησα, τὸν δὲ νόμον σου ἠγάπησα. » Καὶ ἀλλαχοῦ· « Ὡς ἠγάπησα τὸν νόμον σου, Κύριε, ὅλην τὴν ἡμέραν μελέτη μού ἐστιν. » Ἐναργὲς οὖν τεκμήριον τῆς περὶ

[h] II Cor. 2, 15, 16. [i] Cant. v, 8. [j] Joan. II, 29. [k] Isa. LIII, 5. [l] Rom. VIII, 32. [m] II Cor. v, 20, 21. [n] Gen. XII, 3. [o] Psal. CXXXVIII, 17. ibid. 21, 22. [q] Psal. CXVIII CXIX. [r] ibid.

Digitized by Google

σὸν Θεὸν ἀγάπης, τῶν θείων αὐτοῦ νόμων ἡ τήρησις· « Ὁ γὰρ ἀγαπῶν με, τὰς ἐντολάς μου φυλάξει, » εἶπεν ὁ Δεσπότης Χριστός· μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A vinarum ejus legum observatio. Nam « Qui diligit me, mandata mea servabit [a], » ait Christus Dominus : cum quo Patri gloria, honor et adoratio, simul cum sanctissimo et vivifico Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[a] Joan. XIV, 23.

HENRICI VALESII

ANNOTATIONES

IN LIBRUM PRIMUM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ THEODORETI *.

In caput primum.

PAG. 5. *Ζωγράφοι μέν.* In editione quidem Roberti Stephani, et in editione Basiliensi quæ Stephani editionem novem annis antecessit, primum caput hujus libri non ab his verbis inchoatur, sed ab iis quæ leguntur infra, τῶν ἀνοσιουργῶν, etc. : quam distinctionem Joachimus Camerarius, et diu post illum Jacobus Sirmundus, in sua versione ambo secuti sunt. Ego vero Christophorsonium sequi malui, qui primum caput exorsus est ab iis verbis quæ priore loco posui. Ab illis autem verbis, τῶν ἀνοσιουργῶν, secundi capitis initium duxit. Quam quidem distinctionem confirmant tituli capitum qui huic libro præfixi sunt, tum in editione Basiliensi, tum in editione Rob. Stephani.

Τῆς ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας τὰ λειπόμενα. In manuscripto codice Henrici Savilii scriptum est τὰ λείποντα· reliqui tamen codices nihil mutant. Duplex autem potest esse sensus hujus vocabuli. Aut enim vult dicere Theodoretus, se ea scripturum quæ ab aliis qui sua ætate historiam ecclesiasticam scripserant, Socrate scilicet ac Sozomeno, fuerant prætermissa. Aut id tantum vult dicere, se ea narraturum, quæ Eusebius intacta reliquerat. Et hic quidem sensus verior videtur ac simplicior. Subdit enim paulo post Theodoretus, orsurum se ab iis rebus in quibus Eusebius finem scribendi fecit. De Socrate autem ac Sozomeno ne verbum quidem dicit. Mihi tamen videtur, his verbis tacite eos designasse. Certe tota Theodoreti Historia nihil aliud continet quam τὰ παραλειπόμενα Socratis atque Sozomeni. Nam quemadmodum Joannes evangelista, cum trium aliorum Evangelia perlegisset, ad scribendum impulsus esse dicitur, eo consilio ut quæ ab illis omissa fuerant, ipse suppleret ; ita fere Theodoretus, post Socratem atque Sozomenum ad scribendam historiam rerum ecclesiasticarum se contulisse mihi videtur, ut ea quæ eorum diligentiam fugerant, posteris traderet.

Συλούμενον. In manuscripto codice Henrici Savilii legitur συλώμενον, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. Contra vero duabus post lineis, ubi legitur σταθμώμενος, codex Savilii habet σταθμούμενος.

In caput II.

PAG. 6. *Ταύτην αὐταῖς ἐπρυτάνευε.* In manuscripto codice Henrici Savilii scriptum est αὐτῇ, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. Subauditur autem Ἐκκλησίᾳ. Sed et paulo ante, ubi legitur καὶ γαλήνης λοιπὸν ἁπήλαυε σταθερᾶς, supplendum est necessario ἡ Ἐκκλησία. Pro ἐπρυτάνευε, melius in codice Savilii scribitur ἐπρυτάνευσε.

Καταλύσαι φιλονεικῶν. Hunc locum correxi ex codice Leonis Allatii, in quo scriptum est καταδύσαι, rectius procul dubio. Ita quoque excusum erat in editione Basiliensi. Quare miror Jacobum Sirmundum in editione sua vulgatam scripturam sequi maluisse. Sed verba quæ sequuntur aperte convincunt Theodoretum ita scripsisse ut dixi : comparat enim Ecclesiam navi, cujus gubernator est Deus. Ita sancti Patres Ecclesiam comparare solent navi, ut videre est apud Clementem in Epistola ad Jacobum fratrem Domini.

PAG. 7. *Λιβύων τῶν πρὸς Αἴγυπτον.* Malim scribere πρὸς Αἰγύπτῳ, ut legitur in editione Basiliensi.

Προῦστη, καὶ. Hæ duæ voces desunt in editione Basiliensi, nec videntur admodum necessariæ.

Τῆς ἱερωσύνης ἐγχειρισθέντα. In codice Savilii legitur τῆς ἀρχιερωσύνης, quemadmodum etiam edidit Jacobus Sirmundus.

Ἐκ τῶν ἐκείνου συνταγμάτων. Melius in codice Leonis Allatii et in editione Basiliensi scribitur γραμμάτων. Intelligit autem Theodoretus litteras Alexandri Alexandrinorum episcopi ad omnes episcopos, de condemnatione Arii, quæ habentur infra.

Τῇ γὰρ ἀποστολικῇ Ἀλεξάνδρου διδασκαλίᾳ. In codice Leonis Allatii et in editione Basiliensi legitur in plurali numero, ταῖς γὰρ ἀποστολικαῖς Ἀλ. διδασκαλίαις.

Πῶς μεταπείσειν. In editione Basiliensi hic locus multo elegantius legitur in hunc modum : πρῶτον μὲν αὐτὸν παραινέσεσι μεταπείθειν ἐπειρᾶτο καὶ συμβουλαῖς. Savilius quoque in suo codice μεταπείθειν scriptum esse annotavit.

In caput III.

PAG. 8. *Βιτάλιος.* De hoc Vitale Hieronymus in Chronico ita scribit anno XXII Constantini : *Antiochiæ post Tyrannum, vicesimus ordinatur episcopus Vitalis ; post quem vicesimus primus Philogonius.* Ejusdem meminit Nicephorus patriarcha Constantinopolitanus in *Chronographia*, eique annos sex episcopatus attribuit.

Τὴν ἐν τῇ παλαιᾷ. Male Epiphanius Scholasticus hunc Theodoreti locum ita vertit : *Qui etiam antiquam ex multis temporibus destructam a tyrannis ædificavit ecclesiam.* Melius Camerarius interpretatur hoc modo : *Vitalis subrogatus, exstruxit in antiqua urbe dirutam a tyrannis ecclesiam.* Nam

* Paginas editionis Valesii inter uncos in textu Græco posuimus. EDIT. PATR.

Digitized by Google

quod Marcus Tullius in quarta Verrina de Syracusis dixit, illam ex quatuor urbibus constare ; idem quoque de Antiochia dici potest. Primus Triptolemus Argivus eam condidit, et ex ius nomine Ionem appellavit, ut scribit Libanius in *Antiochico*, et Stephanus in libro *De urbibus*. Postea Casus Cretensis colonis eam frequentavit, et Cassiotam urbem ædificavit. Postea Græci ex Peloponneso profecti, Heracleam condiderunt. Postremo Seleucus Nicator eam amplificavit, et Antiochiam nominari voluit, ut ibidem scribit Libanius. Vetus igitur urbs ea esse videtur, quam sub monte ædificavit Triptolemus Argivus. Ejusdem loci iterum meminit Theodoretus in lib. II, cap. 27, et in lib. III, cap. 2, ubi plura dicemus. Porro in ea regione urbis Antiochiæ, duæ fuere basilicæ : altera magna, quam ædificavit Philogonius ; altera minor, cujus meminit Theophanes in *Chronico*, pag. 60. Hanc porro ecclesiam παλαιὰν ἐκκλησίαν vocat auctor *Chronici Alexandrini*, pag. 688, id est, τὴν ἐν τῇ παλαιᾷ.

Καὶ μετὰ τὴν τελευτήν. Hunc locum correxi ex manuscripto codice Henrici Savilii, in quo ita legitur, καὶ μετὰ τήνδε τὴν αὐτοῦ γε Ἀρείου, et c. Quomodo etiam scriptum est in codice Leonis Allatii. Ita etiam edidit Jacobus Sirmundus, Denique Epiphanium Scholasticum in suo codice ita legisse ex versione ejus apparet.

In caput IV.

Pag. 9. *Εἴτε δι' ἄλλων.* Hæc verba in sua versione omisit Christophorsonus, et Jacobus Sirmundus : nec habentur apud Nicephorum, nec in editione Basiliensi. Quare non mirum est Camerarium in sua interpretatione ea omisisse. Habentur tamen in reliquis exemplaribus, Regio scilicet, Saviliano, et Allatii. Sed et Epiphanius Scholasticus in suo Exemplari ea legerat. Sic enim vertit : *Ne quis forte præsumat eorum in parœcias vestras accedere, vel per se, vel per alios.*

Ἄρειος γοῦν καὶ Ἀχιλλᾶς. In manuscripto codice Henrici Savilii et in editione Basiliensi Ἀχιλλεὺς scribitur, quomodo etiam legit Epiphanius Scholasticus. Ita quoque scribitur hoc nomen in epistola Alexandri episcopi Alexandriæ ad universas Ecclesias, ubi omnes Arii sectatores qui excommunicati fuerant, ordine recensentur : ac primus omnium nominatur Achilles. Sic enim scribitur in multis exemplaribus, et apud Gelasium Cyzicenum. Et Gelasius quidem Cyzicenus hanc Alexandri epistolam ad Alexandrum Constantinopolitanum episcopum silentio prætermisit : quod equidem satis mirari non possum. Cassiodorus vero in Historia tripertita hanc Alexandri ad Alexandrum Constantinopolitanum epistolam subjecit epistolæ ejusdem Alexandri ad universas Ecclesias. Existimo tamen hanc ad Alexandrum Constantinopolitanum epistolam priore loco scriptam fuisse. Idem sensisse video Nicephorum in lib. VIII, cap. 7 et 8 ; sed de hac re plura dicemus inferius in annotationibus ad paginam 19.

Ὁ μὲν γὰρ αὐτοῖς τούτοις ἐγκαλῶν. Christophorsonus hæc verba αὐτοῖς τούτοις, in neutro genere accepit. Sic enim vertit : *Ille enim quanquam eas ipsas res, quas isti, coarguere conabatur, tamen improbi sui instituti causam saltem simulatam habuisse visus est.* Reliqui vero interpretes, Epiphanius scilicet Scholasticus, Joannes Langus, Joachimus Camerarius, ac Sirmundus, in masculino acceperunt, et de Arianis intellexerunt, quos culpabat Colluthus. Quorum quidem sententiam magis probo. Nam in Christophorsoni interpretatione nullum sensum video. Quæ sunt enim illæ res quas Arius et Coluthus accusabant ? Verius omnino est, Colluthum accusasse Arium et sectatores illius. Nam cum esset presbyter unius ex parœciis Alexandriæ, quemadmodum Arius et Carponas ac Sarmatas ; ipse in parœcia sua perversam quamdam doctrinam, perinde ac Arius prædicavit, ut tradit Epiphanius in hæresi Arianorum. Unde orta est inter eos æmulatio, cum singuli suum dogma astruere conarentur. Id enim evenire solet inter hæreticos diversarum sectarum. Colluthus igitur cum Arium tanquam impium atque hæreticum apud Alexandrum accusasset, et Alexander Arium deponere aliquandiu distulisset, occasione arrepta, sese ab Alexandro sejunxit, et pro episcopo agens, presbyteros ordinavit. Vide Baronium ad annum Christi 315, cap. 28.

Μοχθηρᾶς προθέσεως. In codice Leonis Allatii scriptum est προαιρέσεως. Quomodo etiam legisse videtur Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit : *Ille namque hos ipsos culpans, pessimæ voluntatis suæ invenit occasionem.*

Τὴν ἐκείνου Χριστεμπορείαν. Colluthus cum esset presbyter Alexandriæ, arrogantia ac temeritate elatus, pro episcopo se gesserat, multosque presbyteros ac diaconos ordinaverat. Verum in synodo Alexandriæ congregata, cunctæ ejus ordinationes postea rescissæ sunt, et quicunque ab eo ordinati fuerant, in laicorum ordinem sunt redacti, ut testatur Athanasius in Apologetico secundo adversus Arianos. Hinc apparet, cur Alexander Colluthum Χριστέμπορον, vocet, eo quod, scilicet, ordinationes venderet, et ex manuum impositione ac reliquis sacramentis quæstum captaret.

Δόξης ἀλέκτου. In manuscripto codice Henrici Savilii et in editione Basiliensi legitur ἀλήκτου. Vulgatam tamen scripturam tuentur reliqui codices, et Epiphanii Scholastici interpretatio. Sed et in editione pro his verbis παρὰ τῷ πατρὶ legitur παρὰ τοῦ πατρός.

Δι' ἐντυχίας γυναικαρίων. Amplector interpretationem Camerarii qui sic vertit : *per interpellationes muliercularum*, etc. Nec male Epiphanius Scholasticus *aditiones* interpretatur. Intelligit enim libellos accusationum, quos mulieres ab Arianis subornatæ porrigebant judicibus adversus Alexandrum episcopum Alexandriæ. Sane ἐντυχία pro libello supplici sumitur ab Athanasio, ut observavi in annotationibus Eusebianis.

Pag. 10. *Παμψηφεὶ... τῆς Ἐκκλησίας ἐξηλάσαμεν.* Ex his verbis colligitur, hanc epistolam Alexandri scriptam esse post synodum Alexandrinam, in qua damnatus erat Arius cum sociis. Duas autem synodos episcoporum Ægypti adversus Arium ejusque socios collegit Alexander episcopus Alexandriæ, ut infra pluribus ostendemus, ad paginam 19.

Οἷα καὶ πᾶσιν εἶναι πέφυκεν ἀνθρώποις. Ita quoque legitur in editione Basiliensi, nisi quod οἷον scribitur pro οἷα. Verum in codice Henrici Savilii et in altero exemplari Regio rectius scribitur hoc modo οἷος καὶ πᾶς πέφυκεν ἄνθρωπος, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. In codice autem Leonis Allatii legitur hoc modo : Οἷος καὶ πᾶς εἶναι συμβέβηκεν ἄνθρωπος. Quomodo etiam in suo codice legerat Epiphanius Scholasticus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit : *Quia et aliquando factus est, qualem et omnem hominem esse contigit.*

Pag. 11. *Ἐρημώσαντες τοῦτό φασι.* Post hæc verba, in codice Leonis Allatii hæc adduntur : Οὔτε τινὰ ἔχοντα ἰδιότητα πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τρεπτῆς τυγχάνοντα φύσεως. Male quidem. Hæc enim verba inferius locum habent, ut videbimus. Epiphanius tamen Scholasticus eadem verba in suo codice legit hoc loco. Sic enim vertit : *Omni reverentia spoliantes semetipsos, aiunt : Nec aliquam habet proprietatem ad eum : sed cum sit ipse natura mutabilis, scivit de illo Deus præscientia et præcontemplatione*, etc.

Ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν. Duæ postremæ voces desunt in editione Roberti Stephani et in Basiliensi. Habentur tamen in codice Leonis Allatii, et in versione Epiphanii Scholastici. Sed et

Digitized by Google

Christophorsonus eas in libris suis repererat, ut ex interpretatione ejus apparet.

Pag. 12. *Καὶ ὑπεραῖρον τῆς τῶν γεννητῶν διανοίας.* Scribendum puto γενητῶν per simplex ν; atque ita legisse videtur Epiphanius, qui sic vertit : *Et creaturarum universam intelligentiam transcendentem.* Pro ὑπεραῖρον, in editione Basiliensi legitur ὑπερόριον, et in codice Allatiano, rectius, ut opinor.

Οὐδ' ὁμοστοίχοις συλλαβαῖς. In ms. codice Henrici Savilii et in editione Basiliensi scribitur ὁμοστιχοῖς, minus recte, ut equidem sentio. Certe Camerarius qui editionem Basiliensem Latine interpretatus est, ὁμοστουικοῖς legit, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit : *Ne eorumdem quidem elementorum complexione in voce facientis aut factorum uti ausus.* Hujus autem loci satis obscuri hic est sensus. Joannes evangelista cum originem Filii Dei vellet exponere, eam a rerum creatarum productione longe distinxit : cavitque diligentissime, ne in declaranda Filii essentia, iisdem verbis uteretur, quibus rerum creatarum originem exposuit. Nam in declaranda quidem Filii essentia usus est verbo *erat*. In exponenda autem origine rerum creatarum dixit ἐγένετο, id est *facta sunt*. Subjicit deinde Alexander, οὐχ ὅτι ἀγέννητος ἦν· ἓν γὰρ ἀγέννητον, ὁ Πατήρ. Id est : Non quod Filius Dei non sit genitus : unum enim est ingenitum, Pater scilicet. Quæ quidem Alexandri verba benigne intelligenda sunt hoc modo : Non quod Filius Dei principium originis suæ non habeat. Habet enim revera principium originis, Patrem ex quo genitus est. Sed quia nullum habet principium temporis, quippe qui ab omni æternitate genitus sit ex Patre, ἄχρονος καὶ ἀμεσίτευτος, ut Græci dicunt, id est sine ullo tempore ac medio.

Ἀλλ' ὅτι διανοίας μετὰ τῶν. Hunc locum correxi ex duobus manuscriptis codicibus, Allatii et Savilii, in quibus ita legitur : Ἀλλ' ὅτι τῆς ἐξεσμένης τῶν εὐαγγελιστῶν, τάχα δὲ καὶ ἀγγέλων καταλήψεως. Quibus consentit Basiliensis editio, nisi quod ἐξωσμένης habet vitiose scriptum pro ἐξεσμένης. Adverbium quoque quod sequitur ὑπερεπέκεινα, mutavi in ὑπερέκεινα, secutus scripturam codicis Allatiani et Basiliensis editionis.

Εὐσεβεῖς οὐκ οἶμαι λογιζομένους. Hunc etiam locum emendavi ex supradictis codicibus Allatii ac Savilii, quibus astipulatur editio Basiliensis, nisi quod τολμῶντας habet, non τολμῶντος. Epiphanius tamen Scholasticus in plurali numero legisse videtur λογιζομένους τοὺς τολμῶντας.

Πάντων τῶν ἐν κόσμῳ κίονας. Post hæc verba Jacobus Sirmundus in editione sua quatuor has voces addidit, τοὺς θεηγόρους φημὶ ἀποστόλους, nescio quos secutus codices. Certe in nostris exemplaribus et in Basiliensi editione non habentur, et scholium potius redolent cujusdam viri docti, qui ad latus libri sui id notaverat, per columnas significari divinos apostolos. Certe in Epistola Pauli ad Galatas, Petrus et Jacobus dicuntur columnæ fuisse Ecclesiæ. Porro initio hujus periodi scribendum : Ἤ καὶ αὐτὸς ὁ Σωτήρ, id est : *Quocirca Servator noster*, etc.

Τὴν περὶ τούτων γνῶσιν. In codice Leonis Allatii et in editione Basiliensi scriptum est περὶ τούτου, rectius, ni fallor. Neque aliter legit Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit hunc locum : *Nam et ipse Servator præstare volens omnibus in hoc mundo columnis, hujus notitiam ab eis exonerare festinavit.*

Καὶ τοῖς ἐμοῖς. Jacobus Sirmundus in editione sua expunxit hæc verba. Certe non habentur in codice Leonis Allatii, et superflua videntur hoc loco. Porro locus iste desumptus est ex capite XXIV Isaiæ, ubi Hieronymus notat verba illa : *Et dixi : Secretum meum mihi : secretum meum mihi*, non haberi in Septuaginta sed ex Theodotionis translatione ab Origene addita esse. Procopius autem Gazæus ex interpretatione Symmachi suppleta esse dicit.

Χρονικὴν ἔχον τὴν προβολήν. Optime in editione Basiliensi legitur ἔχοντα. Subauditur autem υἱόν. In codice Savilii scriptum est ἔχον ταύτην προβολήν, vitiose quidem, sed ita ut veræ lectionis vestigia serventur. Pro voce προβολὴν in codice Leonis Allatii habetur ὕπαρξιν. In altero vero codice Regio, cujus variantes lectiones Robertus Stephanus ad calcem editionis suæ notavit, legitur πρόθεσιν, pessime. Quam tamen vitiosissimam lectionem Sirmundus in editione sua amplexus est.

Αὐτόθεν δείκνυται τὸ ἐξ οὐκ ὄντων. Jacobus Sirmundus hunc locum ita edidit : Αὐτόθεν δείκνυται ἐκ τοῦ ἐξ οὐκ ὄντων. Et totum locum sic interpretatus est : *Quod vero extrema sit dementia Filium ex non exstantibus ortum existimare, atque in tempore productum, indidem patet, hoc est ex non exstantibus*, etc. Verum cum nulli codices ita scriptum habeant, vulgatam lectionem mutare nefas duco. Quod si conjecturam nostram licet proponere, existimo delenda esse hæc verba τὸ ἐξ οὐκ ὄντων, quæ scholii loco ad marginem ascripta, postea in textum translata sunt. Porro Epiphanius Scholasticus hunc locum ita vertit : *Non reor ignorare sapientes, quia vesanum est sapere ex non exsistentibus factum Filium, cum utique habeat temporale principium quod ostenditur ex non exsistentibus factum.* Unde apparet Epiphanium legisse χρονικὴν ἔχον τὴν προβολὴν τὸ ἐξ οὐκ ὄντων.

Pag. 13. *Ἀδιανόητον γάρ.* In codice Leonis Allatii scriptum est ἀνόητον, quod magis probo. Atque ita legit Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit : *Stultum est enim, et omni peccato plenum*, etc.

Δι' ὃ χρηματίζει πατήρ. In manuscripto codice Henrici Savilii legitur δι' ὃν, quomodo etiam legit Epiphanius Scholasticus.

Pag. 14. *Μέχρι πρὸς ἔννοιαν.* In codice Allatii legitur μέχρις ἐννοίας, omissa altera præpositione. Utramque tamen vocem agnoscit Epiphanius Scholasticus, qui sic vertit : *Impossibile est vel usque ad opinionem invenire vias serpentis.*

Καὶ νομίμοις ἐντολαῖς. In codice Leonis Allatii scriptum est καὶ νομίμους ἐντολάς. Quam scripturam in editione sua amplexus est Jacobus Sirmundus, et hunc locum ita vertit : *Qui autem ejus sunt creaturæ, homines et angeli, et benedictionem acceperunt, ut proficerent virtutem exercentes, et mandatorum leges, ne peccarent.* Atque hanc lectionem, re attentius examinata, veriorem puto. Ait enim Alexander, Deum duas res tradidisse hominibus et angelis, ut in virtute progressus facere possent. Primum benedictiones ; deinde mandata legis. Et mandata quidem legis ad hoc prosunt, ne crimina admittant quæ lege prohibita sunt ; benedictio vero ad hoc prodest, ut in virtutis exercitatione quotidie proficiant. Sed occurrit hoc loco difficultas. Angelis enim profectum attribuit, cujus tamen minime capax videtur eorum natura. Totos enim sese applicant angeli ad id quod semel amplexi sunt : nec paulatim progrediuntur ad id quod eligunt, sed primo impetu ad summum fastigium perveniunt, ita ut nec ulterius progredi, nec retro reverti valeant. Materiæ enim expertes sunt, quæ infirmitatem et inconstantiam gignit. Dicendum tamen est, angelos ita primum creatos esse a Deo, ut essent mutabiles, et virtutis capaces ac vitii, utque proficere possent in melius, aut in deterius labi. Hanc fuisse sententiam veterum theologorum, tum ex Alexandro patet, tum ex eo quod Arius ac cæteri asserebant, Filium Dei mutabilem esse, et virtutis ac vitii capacem. Nec ullus catholicorum eis unquam objecit, angelos non esse mutabilis naturæ. Sciebant enim id proprium esse solius Dei, qui in sacris Litteris diserte ait : *Ego sum et non mutor.* Angeli vero, licet difficile mutentur, mutationi tamen obnoxii sunt.

Digitized by Google

Τῆς πατρικῆς γεννήσεως. Rectius in manuscriptis codicibus Savilii et Allatii legitur *ματεύσεως*, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. Ita quoque legebatur in altero exemplari Regio.

Pag. 15. *Ὁ διαδεξάμενος Λουκιανός.* Baronius ad annum Christi 318, cap. 75, Alexandrum excusare conatur qui hæc de Luciano martyre scripserit. Et laudandus quidem est Baronius, qui martyrem Christi nefandæ hæresis suspicione liberare conatus est. Veritatem tamen cunctis rebus anteponere debemus. Quod si Baronius veteris cujuspiam scriptoris testimonium afferret, quo suam sententiam firmaret, et Alexandri testimonium subverteret, equidem libenti animo ei assentirem. Sed cum præter conjecturas nihil afferat, malim equidem Alexandri testimonio credere, qui Luciani temporibus vixit, ejusque doctrinam ac discipulos apprime noverat, qui se Conlucianistas vocabant. Certe Theodoretus, postquam hanc Alexandri epistolam retulit, diserte affirmat, eum nulla in re mentitum fuisse, sed veritatem ingenue protulisse. Accedit testimonium Epiphanii in hæresi 43, quæ est Lucianistarum, ubi Lucianum hunc de quo loquitur Alexander, Arianæ hæresi patrocinatum fuisse, et ab Arianis pro martyre habitum scribit. Certe discipuli ejus quos recenset Philostorgius, Ariani erroris labe omnes infecti fuere. Sed videamus quid de illo narret Alexander. Ait igitur primo Lucianum successisse Paulo Samosatensi; id est erroris illius successorem fuisse. Certe illum familiarem fuisse Pauli Samosateni credibile est. Fuit enim et ipse oriundus ex urbe Samosatensi, ut legitur in ejus Vita. Et cum Paulus ex ea urbe ad Antiochensem episcopatum evectus sit, Lucianus quoque Antiochiæ presbyter fuit. Ætas quoque utriusque in idem fere tempus incurrit. Paulus enim Aureliani temporibus depositus est, et post depositionem diu superstes vixit. Ponamus ergo illum ad Cari usque tempora pervenisse. Abhinc ad martyrium Luciani anni sunt plus minus viginti quinque. Ex quo apparet, Paulum ac Lucianum eodem oppido ortos, et ejusdem urbis sacerdotes, iisdem quoque vixisse temporibus.

Ἀποσυνάγωγος ἔμεινε τριῶν ἐπισκόπων. Hujus verbi vim non intellexerunt interpretes. Quos secutus Baronius ad annum 318, scribit Lucianum a tribus episcopis sibi continue succedentibus, Ecclesia ejectum fuisse. Atqui non hoc dicit Alexander, sed tantum ait Lucianum schisma fecisse in Antiochensi Ecclesia, et sub tribus episcopis continue sibi succedentibus collectas seorsum celebrasse. Id enim significat vox ἀποσυνάγωγος. Itaque Epiphanius Scholasticus non male hunc locum interpretatus est hoc modo: *Cui succedens Lucianus, extra synagogas mansit trium episcoporum plurimo tempore.* Basilius in epistola prima ad Amphilochium παρασυναγωγὴν usurpat eodem sensu: ubi distinguit inter hæresim et schisma et παρασυναγωγήν. Παρασυναγωγὴν autem ait esse illegitimos conventus, qui fiunt ab immorigeris presbyteris vel episcopis et laicis. Verbi gratia si quis criminis convictus et a ministerio sacro suspensus, judicio non pareat, sed ministerium suum obire velit, et populum colligat. Inter παρασυναγωγὴν autem et schisma parum distat. Porro causa schismatis Luciano fuit doctrina Pauli Samosatensis quam defendebat, ut docet Alexander. Cujus gratia diu separavit se a tribus episcopis, Domno, Tymæo ac Cyrillo. Tandem vero ad unitatem Ecclesiæ reversus est, ut ex Alexandro colligitur. Neque enim eum usque ad exitum vitæ in schismate mansisse Alexander scribit, sed tantum longo tempore separatum fuisse.

Ἐν Συρίᾳ χειρ. ἐπίσκοποι τρεῖς. Intelligit Eusebium Cæsareæ Palæstinæ episcopum, Theodotum Laodiceæ et Paulinum Tyri. Hos enim anathemate damnatos fuisse ab Alexandro Alexandriæ episcopo testatur Arius in epistola ad Eusebium Nicomediensem episcopum, quæ refertur infra. Porro ex hoc loco colligitur, epistolam hanc scriptam esse ab Alexandro ante epistolam ad omnes Ecclesias, priusquam Eusebius Nicomediensis patrocinium Arii suscepisset. Nam si posteriore loco scripta esset hæc epistola, nunquam profecto Alexander mentionem Eusebii Nicomediensis facere omisisset.

Ὑπαναχείσθω. In codice Leonis Allatii et in editione Basiliensi legitur ἀναχείσθω. Quomodo etiam scribitur apud Nicephorum.

Τὰς τῇ ὑποστάσει δύο φύσεις. Duas naturas dicit Alexander, non simpliciter et absolute duas, sed personaliter duas, eo quod in duabus personis exsistat una natura. Quare φύσις ἐν ὑποστάσει idem est quod persona.

Pag. 16. *Ὅν ὅμοιον ἐν Ψαλμοῖς.* Rectius in manuscripto codice Henrici Savilii et in editione Basiliensi scriptum est, ὧν ὅμοιον, id est, *quibus similia in Psalmis canunt sanctissimi Patres.* Epiphanius tamen Scholasticus vulgatam scripturam confirmat. Camerarius quoque, licet Basiliensem editionem secutus sit, ὃν tamen legit, et ad Patrem retulit. Christophorsonus vero ad Filium referre maluit. Sic enim vertit, *Filium porro Patri similem, in Psalmis pronuntiatum memorant sanctissimi viri*, etc.

Τιμᾷ τὸν Πατέρα. Epiphanius Scholasticus quædam hic addit quæ non leguntur in Græco. Sic enim habet: *Quapropter et qui honorat Patrem, honorat et Filium: et qui honorat Filium, honorat et Patrem, et recte.* Quam lectionem confirmant sequentia. Itaque error videtur librariorum, qui hanc pericopen omiserunt decepti vocum similitudine.

Καὶ μελαγχολικῆς ἠρμοσμένης δόξης. Lego μελαγχολικοῖς, quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus. Cujus tamen factum probare non possum, in eo quod lectionem nullius scripti codicis auctoritate firmatam in textum admittere non dubitavit: quam ad latus editionis suæ rejicere, aut in adnotationibus referre potius conveniebat. Apud Nicephorum in lib. VIII; cap. 7, legitur καὶ μελαγχολικῆς δόξης, omissa voce ἠρμοσμένης.

Ἀποσκιρώσαντος. In manuscripto codice Henrici Savilii scriptum est ἐνσκηνώσαντος. Epiphanius Scholasticus legisse videtur ἀποσκιρτήσαντος, sic enim vertit: *Sapientia Satanæ in animas eorum nequissimas vehementer insiliens.*

Ἡμαύρωσεν. Codex Leonis Allatii habet ἠμέρωσεν. Atque ita prorsus legit Epiphanius Scholasticus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit: *Non comministrorum concors reverentia de Christo ferocitatem eorum mansuefecit.*

Ἐπιπορεύσθω. Correxi ἐπαπορείσθω ex editione Jacobi Sirmundi. In Saviliano codice et in editione Basiliensi scriptum est ἐπηπορήσθω, quod magis placet: est enim in præterito.

Ἀπαιδεύτῳ ὕλῃ. Sic vocat dialecticas argumentationes quibus utebatur Arius adversus Christi divinitatem. In codice tamen Allatii pro ὕλῃ legitur ὑλαχῇ, id est latratu, quod non probo.

Pag. 17. *Ὃν μεσιτεύουσα φύσις μονογενής.* Benigne intelligendum est, quod hoc loco ait Alexander, naturam unigenitam mediam esse inter Patrem ingenitum et creaturas. Ubi naturam sumit pro persona. Intelligit enim φύσιν ἐν ὑποστάσει, ut paulo ante locutus est Alexander. Mediam autem vocat naturam unigenitam, non quod Unigenitus inferior sit Patre, sed quod per illum omnia facit Pater, ut ait Joannes evangelista. Unde, δι' οὗ, proprie tribuitur Filio, quemadmodum notat Basilius in libro de Spiritu sancto.

Πάσῃ τῇ γεννητῇ φύσει. Malim scribere γενητῇ, quemadmodum legisse videtur Epiphanius.

Digitized by Google

Vertit enim : *Omni creatæ naturæ imperscrutabili*, etc.

Υἱόν τε ἐμφερῆ. In codice Allatii et in editione Basiliensi deest particula τε. Vulgatam tamen scripturam confirmat Epiphanius Scholasticus.

Πάντων γὰρ εἶναι τὴν εἰκόνα. In codice Saviliano et in editione Basiliensi verbum interseritur hoc modo, πάντων γὰρ εἶναι δεῖ τὴν εἰκόνα πλήρη. Atque ita legisse videtur Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit : *Et omnino imaginem convenit esse plenam eorum, per quæ non desit aliquid ab æqualitate ejus cujus imago est*. Sed et Christophorsonus eamdem scripturam in libris suis repererat, nisi quod δεῖν in illis exemplaribus legebatur, melius fortasse. Refertur enim ad vocem δῆλον, quæ sequitur Quod si δεῖ legere malimus, tum scribendum erit δηλοῦται, ut legitur in codice Leonis Allatii, δῆλον.

Pag. 18. *Τὰ ἐκ μέρους αὐτοῖς γνωρισθέντα*. In manuscriptis codicibus Allatiano et Saviliano et in editione Basiliensi scriptum est γνωσθέντα. Videtur autem alludere Alexander ad locum Pauli apostoli in Epistola prima ad Cor., *Ex parte cognoscimus et ex parte prophetamus*. Ita certe hunc locum exposuit Epiphanius Scholasticus.

Ἅπερ δ' ἂν ᾖ, οὐκ ἔστι ταυτά. In iisdem exemplaribus Allatii ac Savilii, et in editione Basiliensi scriptum est ὅπερ δ' ἂν ᾖ, οὐκ ἔστι ταυτὸν, etc. Atque ita legit Epiphanius Scholasticus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit. *Igitur erat, et semper, et ante sæcula, quodcunque sit, non tamen est id quod ingenitum*. Pene omiseram monere lectorem, in codice Leonis Allatii scriptum esse οὐκ ἔτι ταυτὸν τῷ ἀγεννήτῳ, rectius procul dubio. Alioqui nisi ita legeris, addendus erit articulus hoc modo ὃ ὅπερ δ' ἂν ᾖ.

Τῷ Πατρὶ μόνον ἰδίωμα. In codice Leonis Allatii scriptum est μόνῳ. Sed reliqui codices vulgatam scripturam tuentur.

Τὸ καινίσαν. In codice Leonis Allatii scriptum est κινῆσαν quam scripturam licet reliqui codices refutent, haud tamen spernendam puto.

Αὐτῇ πολεμεῖν βουλεύηται. In manuscripto codice Savilii et in editione Basiliensi scriptum est βούληται.

Εὐθυρσεῖς ἡμᾶς κατασκευάσαντος. Magis placet scriptura quam in codice Allatiano et in Basiliensi editione reperi, κατασκευάζοντος. Confirmat hanc lectionem Epiphanius Scholasticus qui sic vertit, *securos nos faciente patre familias ejus*, etc.

Pag. 19. *Τούτους ἀναθεματισθέντας*. Intelligit Arium et Achillam et reliquos eorum socios ac fautores. Hos enim paulo supra nominavit ita scribens, ὧν ἐναντίοι γενόμενοι οἱ ἀμφὶ τὸν Ἄρειον καὶ Ἀχιλλᾶν καὶ οἱ τῆς ἀληθείας σὺν αὐτοῖς πολέμιοι. Quibus verbis Alexander non solum presbyteros ac diaconos Alexandrinæ Ecclesiæ notat qui Ario favebant, sed et episcopos illos tres provinciæ Syriæ intelligit qui Arii opinionem defendebant : de quibus supra locutus est. Non sine causa igitur Eusebius Cæsariensis episcopus et Paulinus Tyri, et Theodotus Laodicenus, anathematizatos se esse ab Alexandro querebantur, ut scribit Arius in epistola ad Eusebium Nicomediensem quam refert Theodoretus. Hoc enim loco, licet suppresso eorum nomine, anathematizantur ab Alexandro. De Eusebio autem Nicomediense nihil dicit Alexander in hac epistola synodica ad Alexandrum C. P., nec Arius inter episcopos qui anathematizati fuerant ab Alexandro, Eusebium Nicomediensem nominat : non omissurus utique, si ab Alexandro id factum fuisset. Ex quo intelligi datur, epistolam hanc synodicam scriptam esse ab Alexandro Alexandriæ episcopo ante epistolam illam Alexandri ad omnes Ecclesias, quam referunt Socrates ac Sozomenus. In hac enim posteriore Eusebius Nicomediensis denotatur ab Alexandro ut patronus et signifer Arianorum. Unde apparet epistolam istam posteriore loco scriptam esse, cum Eusebius Nicomediensis patrocinium Ariani dogmatis palam suscepisset. Sed et aliunde probari potest, epistolam hanc quam ad omnes omnium Ecclesiarum episcopos scripsit Alexander, scriptam esse post epistolam illam ad Alexandrum CP. Nam in epistola ad Alexandrum CP. decem tantum nominantur presbyteri ac diaconi anathematizati. In epistola vero Alexandri ad omnes omnium Ecclesiarum episcopos duodecim recensentur clerici anathemate percussi ; ac præterea duo episcopi, Secundus ac Theonas. Nempe post priorem illam synodicam, cum Carponas et Caius clerici Alexandriæ, et Secundus ac Theonas episcopi, sese Ario adjunxissent, id circa eorum nomina ascripta sunt in posteriore illa synodica quam refert Socrates ac Sozomenus. Duas igitur synodos vario tempore adversus Arium et socios collegit Alexander. In priore decem duntaxat damnati sunt clerici Alexandrini, et notati tres episcopi Syriæ. Epistola quoque synodica ab Alexandro scripta est ad Alexandrum episcopum Byzantii. In secunda synodo, in qua centum fere episcopi Ægypti sederunt, damnati sunt duodecim clerici Alexandrini, ac duo præterea episcopi, Secundus ac Theonas : et notatus est Eusebius Nicomediensis episcopus. Scripta est denique synodica ad omnes ubique terrarum collegas. Quonam autem anno scripta sit utraque synodica, obscurum est. Baronius quidem anno Christi 318 utramque scriptam esse existimat. Sic enim ratiocinatur. Scriptæ sunt epistolæ istæ ab Alexandro, priusquam Constantinus epistolam illam scripsisset ad Alexandrum et Arium. Atqui epistola illa Constantini scripta est an. 318, cum Constantinus victo Licinio Nicomediam ingressus esset, ut ipse testatur Baronius cap. 69. Sed facilis est responsio. Victus enim est Licinius anno Christi 324, ut ex Fastis Idatii et Chronico Alexandrino aliisque scriptoribus constat : qui si Baronii ætate editi fuissent, nunquam ille tot errores admisisset in rebus Licinii commemorandis.

Τοσοῦτον ἐπ' αὐτοῖς. Emendavi ex codice Leonis Allatii et ex Nicephoro τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοῖς. Quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus.

Pag. 20. *Καὶ τῷ τόμῳ συνυπογραψάντων*. Quisnam sic hic tomus seu libellus, cui plures episcopos jam subscripsisse ait Alexander, obscurum est. Baronius ad annum Christi 318 scribit esse libellum fidei ab Alexandro conscriptum. Quod ex Christophorsoni versione videtur hausisse. Sic enim Christophorsonus hunc locum interpretatur : *Qui libello adversus eos edito subscripserunt*. Ego vero per hanc vocem τόμῳ, hanc ipsam epistolam intelligi existimo, quam Alexander ad alios etiam episcopos miserat. Est enim hæc epistola encyclica, ut recte notat Baronius.

Ἀπίωνος τοῦ διακόνου. In codice Leonis Allatii et apud Nicephorum legitur τοῦ ἀρχιδιακόνου. Atque ita etiam legit Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet.

Πειθομένων καὶ ταῖς. Particula καὶ alieno loco posita est, et in suum locum sic restituenda, πειθομένων ταῖς τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν συγκαταθέσεσι, καὶ εἰς, etc.

Σὺν τῇ παρ' ὑμῶν ἀδελφότητι. Apud Nicephorum legitur παρ' ἡμῶν, quod rectius mihi videtur.

Τὴν Βέρροιαν, rectius in codice Leonis Allatii scriptum inveni τὴν Βερροιέων, quam scripturam confirmat Epiphanius Scholasticus.

Καὶ τοῖς ἄλλοις. Scripsit etiam Alexander ad Silvestrum episcopum urbis Romæ epistolam ejusdem argumenti, ut docet Liberius papa in epistola ad Constantium, his verbis : *Manent litteræ Alexandri episcopi olim ad Silvestrum sanctæ memoriæ destinatæ, quibus significat, ante ordinationem Atha-*

Digitized by Google

nasii, undecim tam presbyteros quam etiam diaconos, quod Arii hæresim sequerentur, se Ecclesia ejecisse, etc.

In caput V.

Pag. 21. *Ἐκ τῆς πόλεως ἀνθρώπους ἀθώους.* Emendavi ὡς ἀνθρώπους ἀθέους, ut legitur in codice Allatii, et apud Nicephorum, et in editione Jacobi Sirmundi. Ita quoque legit Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet.

Ἀγεννής ἐστιν. Hic etiam locus ex codice Leonis Allatii restitutus est, in quo legitur ἀειγεννής, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. In Nicephoro autem scribitur ἀειγενής per simplex ν, quemadmodum legitur etiam apud Epiphanium in hæresi Arianorum.

Ἀνάθεμα ἐγένοντο. Hæc ita intelligenda sunt, non quasi Eusebius Cæsariensis, Paulinus ac Theodotus et reliqui, nominatim anathemate percussi fuerint ab Alexandro: sed quoniam Arius cum sociis et fautoribus erroris ipsius ab Alexandro anathematizati fuerant, Eusebius, Paulinus ac Theodotus qui Arii opinionem tuebantur, eadem sententia percussi esse videbantur, ut superius observavi in notis ad epistolam Alexandri. Idem quoque sentit Baronius ad annum Christi 318, cap. 59.

Καὶ Ἑλλαδίκου. Erat hic episcopus Tripoleos, ut mox testatur Theodoretus. Qui postea jussu imperatoris Constantini, fraude atque insidiis Arianorum pulsus est episcopatu, sufficto in ejus locum Theodosio quodam, ut scribit Athanasius in epistola ad solitarios haud procul ab initio.

Τῶν τὸν Υἱὸν λεγόντων. Prior articulus deest in codice Allatii et apud Epiphanium ac Nicephorum: quos in editione sua sequitur Jacobus Sirmundus, rec e, meo quidem judicio. Sequitur enim οἱ μὲν, etc., ubi solœcismum notabunt studiosi. Dicendum enim erat τῶν μέν.

Παραπειλήσωσιν. In manuscripto codice Henrici Savilii et in editione Basiliensi scriptum inveni ἐπαπειλῶσιν, quomodo etiam legitur in Epiphanio ac Nicephoro.

Φιλογόνιον. Is est de quo Theodoretus supra locutus est in cap. 3 hujus libri. Huic egregium orthodoxæ fidei testimonium perhibet Athanasius in oratione prima contra Arianos: Philogenes vocatur a Nicephoro patriarcha in *Chronographia*.

In caput VI.

Pag. 22. *Ἡ ὑπὲρ ἀληθοῦς λόγου.* In codice Leonis Allatii et apud Nicephorum legitur σπουδὴ ὑπὲρ τοῦ ἀληθοῦς, etc. Paulo post ubi legitur οὔτε δύο ἀγέννητα ἀκηκόαμεν, codex Allatii addit adverbium πώποτε, quam scripturam confirmat Epiphanius Scholasticus.

Ἀλλ' ἀπὸ τῆς Γραφῆς. Codex Allatii et Nicephorus una voce auctiores sunt, hoc modo, τῆς ἁγίας Γραφῆς. Quam quidem scripturam agnoscit etiam Epiphanius Scholasticus.

Καὶ γεννητὸν τῇ οὐσίᾳ. Mallem scribere καὶ γενητὸν per simplex ν. Hoc enim magis convenit dogmati Arianorum qui Filium Dei factum et creatum esse dicebant. Certe ita legitur apud Nicephorum, tametsi interpres Nicephori verterit *genitum*, quasi legisset γεννητόν.

In caput VII.

Pag. 25. *Οἶκον μέγιστον ἐν τοῖς βασιλείοις.* Sumpsit hæc Theodoretus ex Eusebii libro III De vita Constantini, cap. 10, ad quem locum vide si placet quæ adnotavi. Neque enim hic repetere decrevi ea quæ illic satis prolixe adnotata sunt.

Πρῶτος ὁ μέγας Εὐστάθιος. Prima vox deest in codice Leonis Allatii, nec videtur admodum esse necessaria. Vide quæ notavi ad cap. 11, lib. III, De vita imp. Constantini.

Φιλογόνιος γάρ. Notandum est quod ait Theodoretus, Eustathium in episcopatu urbis Antiochenæ proximum successorem fuisse Philogonii. Hieronymus tamen in *Chronico* inter Philogonium et Eustathium, Paulinum quemdam interjicit. De quo videt, si placet, quæ observavi ad lib. IV Sozomeni, ubi agit de Sardicensi concilio. Cum Hieronymo consentit Nicephorus patriarcha in Indiculo episcoporum Antiochiæ, ubi post Philogenem, Paulum nominat, ac deinde Eustathium.

Ἠμείψατο. Post hanc vocem in Allatiano codice hæc adduntur, μετὰ τοῦτον δὲ πάλιν Εὐσέβιος ὁ ἐπίκλην Παμφίλου. Eadem verba in suo codice legerat Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet in lib. II Historiæ tripartitæ, cap. 5. Vide quæ notavi ad lib. III Eusebii De vita Constantini, caput 11. Mox ubi legitur παυσαμένου δὲ τούτου, idem codex Allatii habet παυσαμένων δὲ τούτων, perinde ac Epiphanius legit.

Pag. 26. *Θεωνᾶς ὁ Μαρμαρίτης.* Magis placet Μαρμαρικῆς, ut legitur in codice Leonis Allatii. Primo quia hic Theonas a cunctis scriptoribus vocatur episcopus Marmaricæ. Deinde quia Μαρμαρίτης dici non potest incola regionis Marmaricæ: Μαρμαρικεὺς potius dici deberet. Certe Epiphanius Scholasticus Theonam hunc Marmaricenum vocat. Videtur autem Marmarica regio, quæ et Libya proprie dicebatur, unum tantum episcopum habuisse, eo quod vici duntaxat et portus in eo tractu essent, quemadmodum ex Ptolemæo colligitur.

Πίστεως διδασκαλίαν. Intelligit formulam fidei quam Eusebius Cæsariensis primum synodo proposuerat, ut ipse scribit in epistola ad Cæsarienses quam referunt Socrates ac Theodoretus. Idque confirmat Eustathius Antiochenus in oratione quam scripsit in eum locum Proverbiorum: *Dominus creavit me*, etc. Cujus verba referuntur a Theodoreto in sequenti capite.

In caput VIII.

Βαδιοῦμαι δὲ ἐντεῦθεν. Ab iis verbis incipit locus Eustathii ex homilia in illud, *Dominus creavit me*, etc. Itaque ab iisdem verbis inchoandum est caput 8.

Τὸ γράμμα τῆς Εὐσεβίου βλασφημίας. Christophorsonus, eumque secutus Sirmundus, hunc locum ita verterunt: *Eusebii blasphemias ex ejus litteris perspicue deprehensa est.* Joachimus autem Camerarius ita interpretatus est: *Libellus proferebatur Eusebianæ blasphemiæ.* Quæ quidem interpretatio superiori illi longe anteponenda est. Nam et verbis Eustathii melius respondet, et ipsius Theodoreti auctoritate firmatur. Scribit enim Theodoretus in superiori capite, Arianæ factionis episcopos formulam fidei a se compositam obtulisse concilio, quæ ab omnibus uno consensu repudiata est. Ad quem locum observavi, formulam illam intelligi, quam Eusebius Pamphili in epistola ad Cæsarienses proposuisse se dicit. Hæc est igitur quam Eustathius hoc loco vocat γράμμα Εὐσεβίου. Nam γράμμα et γραφὴ pro formula fidei sæpissime sumitur, ut in libro IV Sozomeni legere memini. Sic Eustathius paulo post συμφώνοις γράμμασι dicit, de formula Nicænæ fidei loquens. Porro Eusebium hoc loco Cæsariensem intelligit, non autem Nicomediensem, ut colligo ex Socrate. Hic enim in libro primo *Historiæ ecclesiasticæ*, cap. 23, ait Eustathium Antiochenum in suis libris graviter perstrinxisse Eusebium Pamphilum, utpote qui fidem in concilio Nicæno stabilitam depravaret.

Pag. 27. *Ἐξοστρακισθεῖσιν.* Interpretes hoc verbum de exsilio acceperunt, cujus metu Arianæ factionis episcopi, Arii blasphemiam anathematizarint, et fidei Nicænæ subscripserint. Potest tamen hoc verbum simpliciter intelligi de excommunicatione, quemadmodum sumpsisse videtur Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit: *Ariani autem me-*

Digitized by Google

tuentes ne congregato in idem tanto concilio pellerentur. Construxit igitur Eustathii verba in hunc modum, ἐξοστρακισθεῖεν τῆς συνόδου, quod certe non displicet. Reliqui tamen interpretes verba illa τῆς συνόδου συγκεκροτημένης ita acceperunt, quasi in ablativo absoluto posita essent.

Τῶν δὲ προεδριῶν κρατήσαντες. Pessime hunc locum verterunt Christophorsonus ac Sirmundus hoc modo: *Verum ubi episcopatus huc illucque circumcursando adepti sunt.* Longe rectius Langus et Camerarius. Nam Camerarius quidem ita vertit: *Et præsidentiæ quidem suæ loca, plurimos assiduitate summa prehensantes, retinuere;* Langus vero adhuc clarius interpretatus est hoc modo: *Et episcopatibus suis per ambitionem et circumcursationem maximam retentis*, etc., optime. Etenim Eusebius Nicomediensis episcopus et reliqui Arianæ factionis antistites, cum formulam fidei suæ in synodo Nicæna explosam vidissent, seque tanquam Arianæ blasphemiæ fautores deprehensos esse, veriti ne utpote hæretici episcopatibus suis exuerentur, Constantinum principem obsecrarunt, opem ejus ac suffragium implorantes ne gradu suo dejicerentur. Testatur hoc Constantinus ipse in epistola ad Nicomedienses, quam paulo infra retulit Theodoretus. Non potest afferri illustrior locus ad expositionem verborum Eustathii. Idem enim dicunt Eustathius et Constantinus.

Pag. 28. *Ἀληθινοῦ λόγου τοῦ Πατρός.* Magis placet lectio quam reperi in codice Leonis Allatii ἀληθινοῦ γόνου. Nam ex eo quod Filius Verbum est Patris, non sequitur ipsum esse ex Patris substantia. Ex eo vero quod fetus est Patris, conficitur ex Patris substantia ortum esse.

Τοὺς δοκοῦντας ὀλίγους Ἀρειανούς. Postrema vox deest in codice Leonis Allatii et in editione Basiliensi, nec habetur apud Nicephorum, nec in vulgatis editionibus Athanasii. Epiphanius tamen Scholasticus eam agnoscit.

Ἐξῆλθε γὰρ, φησὶ, πᾶσα ἡ δύναμις. In codice Leonis Allatii scriptum est, καὶ ἐξῆλθε πᾶσα ἡ δύναμις. Atque ita legitur apud Nicephorum. In editione autem Basiliensi legitur, καὶ ἐξῆλθε μὲν πᾶσα, quomodo etiam præferunt vulgatæ editiones Athanasii. Ita quoque legit Epiphanius Scholasticus ut ex versione ejus apparet.

Ἀντιλήπτωρ ἡμῶν ὁ Θεὸς Ἰακώβ. Hæc verba desunt in codice Leonis Allatii et apud Epiphanium Scholasticum. Habentur tamen in reliquis exemplaribus.

Γενέμενος γὰρ ἀληθινὸς, ἀληθινός ἐστιν. Delenda est vox ἀληθινὸς quæ priore loco posita est. Certe nec in codice Allatii, nec in editione Basiliensi habetur. In vulgatis quoque editionibus Athanasii ac Nicephori non legitur. Proinde miror Jacobum Sirmundum eam in editione sua retinuisse.

Pag. 29. *Ἐννοουμένων λέξεων.* Pessime hunc locum verterunt Christophorsonus et Sirmundus, qui dictiones pie excogitatas interpretantur. Atqui Nicæni Patres nullas voces excogitarunt, sed usi sunt vocibus quæ aut in sacra Scriptura legebantur, aut ab antiquis doctoribus fuerant usurpatæ. Verum si manuscriptos codices consuluissent, veram hujus loci scripturam deprehendissent. Certe in codice Allatii et in editione Basiliensi legitur, νοουμένων. Ita quoque legitur in vulgatis editionibus Athanasii ac Nicephori. Sed et Epiphanius Scholasticus ita legerat. Sic enim vertit: *Propterea ex non scriptis sermonibus, pie tamen intellectis damnati sunt.* Intelligit autem Athanasius vocem ὁμοούσιον quæ in sacris quidem Scripturis non exstat, ab antiquis tamen scriptoribus fuerat usurpata, ut docet Eusebius in epistola ad Cæsarienses.

Πρὸ ἑτῶν ἐγγύς που ἑκατόν. Intelligit Dionysium episcopum urbis Romæ, et alterum Dionysium episcopum Alexandriæ; qui in libris suis damnarunt eos qui Filium Dei opus et creaturam esse dicerent, ut testatur Athanasius in libro De sententia Dionysii contra Arianos. Porro ab exordio episcopatus Dionysii Romani usque ad pontificatum Damasi, quo tempore Athanasius epistolam istam ad Afros scripsit, anni sunt centum et quod excurrit. Nam Dionysius sedere cœpit anno Christi 261. Epistola autem ad Afros scripta est anno Christi 369 aut paulo ante, ut censet Baronius. Itaque hoc loco scribendum puto ἑκατὸν τριῶν pro τριάκοντα.

Οἳ ἠτιάσαντο. In codice Leonis Allatii et in vulgatis editionibus Athanasii et Nicephori deest articulus postpositivus. Quam lectionem si admiserimus, expugendum erit ἦσαν quod præcedit. Certe verbum istud non habetur apud Athanasium et Nicephorum: nec Epiphanius Scholasticus illud agnoscit, ut ex ejus interpretatione colligitur.

Ἔγραψε καὶ τοῖς ἰδίοις. Magis placet scriptura codicis Allatiani, in quo ita legitur hic locus, ἔγραφε δὲ καὶ τοῖς ἰδίοις. Certe Epiphanius Scholasticus in suo codice ita scriptum inveneral. Sic enim vertit: *Scripsit autem et civibus suis*, etc.

In caput IX.

Ζάλης ἐνεπίμπλα. In optima editione Basiliensi scriptum inveni ἐνεπίπλα, rectius, ni fallor.

Μετὰ τὰς Ἀλεξανδρέων προεδρίας. Rectius in ms. codice Henrici Savilii legitur Ἀλεξάνδρου. Atque ita scriptum exhibet editio Basiliensis.

Pag. 31. *Μήτε χειροθετεῖν.* In codice Saviliano et in editione Basiliensi legitur χειροτονεῖν, ita quoque scribitur apud Gelasium Cyzicenum, qui tamen alteram quoque scripturam retinuit, sed et Epiphanius Scholasticus legisse videtur χειροτονεῖν: sic enim vertit: *Nullam vero omnimodis habere potestatem, neque eligendi, neque ordinandi.*

Μυστικωτέρα χειροτονία. In adnotationibus meis ad librum primum Socratis, cap. 9, hunc locum exposui de ordinatione episcopali. Exstitit postea vir doctus, qui in notis ad vitam B. Athanasii quam Gallico sermone scripsit, observavit χειροτονίαν hoc loco non pro ordinatione, sed pro simplici benedictione accipiendam esse. Ait enim tam Orientalem, quam Occidentalem Ecclesiam reordinationes nunquam probasse: idque pluribus testimoniis allatis astruere conatur. Memini quoque ab erudito quodam theologo id mihi quondam suggestum fuisse. Verum hanc eorum expositionem multis de causis probare non possum. Primum qui χειροτονία nil aliud significat quam *ordinationem.* Deinde μυστικωτέρα, satis ostendit ordinationis sacramentum hic intelligi. Neque enim simplex benedictio recte mystica diceretur. Comparant quippe sancti Patres ordinationem episcoporum quæ facta erat a Meletio, cum ordinatione legitima quam fieri jubent ab Alexandro. Et hanc longe sacratiorem esse dicunt ordinatione illa quæ præsumpta fuerat a Meletio. Postremo falsum est quod asserunt viri doctissimi, Ecclesiam illis temporibus non probasse reordinationes episcoporum ac presbyterorum. Certe Marcellinus presbyter in libello precum quem obtulit Theodosio imperatori, diserte testatur Theodorum catholicum episcopum urbis Oxyrinchi reordinasse presbyteros partis Meletii. Sic enim scribit pag. 83: *Sane hinc vult se catholicum videri, quod et ipse quosdam nunc presbyteros seu diaconos Apollonii facit suasu quodam laicos, et eos iterum ordinat, ut rideatur turpissimæ istius ordinationis vicem referre quam passus est.* Theodorus igitur catholicus cum Meletianos presbyteros iterum ordinavit, in eo secutus videtur decretum synodi Nicænæ. Adde quod Nicæni Patres in canone sexto diserte definiunt, eos qui citra consensum Metropolitani ordinati fuerint episcopi, episcopos habendos non esse. Cum igitur episcopi partis Meletii absque consensu Alexandri qui metropolitanus erat totius Ægypti, ordinati fuissent,

Digitized by Google

necesse fuit Patribus Nicænis ut eos denuo ordinari ab Alexandro decernerent, si quidem ipsos episcopatum suum retinere cupiebant.

Τοῖς μετὰ τῶν Ἰουδαίων. Tres postremas voces delevimus, quas Genevenses typographi ex Socratis Historia temere suppleverant. Desunt enim in nostris codicibus tam mss. quam editis.

Pag. 32. *Φρενοβλαβείᾳ συμβαίνουσιν.* In manuscripto codice Savilii, et in editione Basiliensi scriptum inveni συμβαίνοντα, ut referatur ad συστήματα. Vulgata tamen lectio ferri potest, si referatur ad vocem ἐπιτηδεύμασι.

In caput X.

Πέφυκε χάρις. In codice Allatii exaratum est πέφυκεν ἡ χάρις. Statimque legitur τοῦτόν τε πρὸ πάντων, etc. Quomodo etiam legitur in editione Basiliensi. Apud Eusebium vero in lib. III *De vita Constantini*, cap. 13. τοῦτον πρό γε πάντων.

Ἑκάστου τε τῶν προσηκόντων. Particula τε deest in codice Leonis Allatii, et apud Eusebium et Nicephorum : non videtur admodum necessaria.

Pag. 33. *Πάντων ἐφόρῳ Θεῷ.* In codice Leonis Allatii scribitur una voce παντεφόρῳ. Paulo post, ubi legitur καὶ φανερῷ λόγῳ, in manuscripto codice Savilii et in editione Basiliensi scriptum inveni λογισμῷ.

Ἦν ἐν καιρῷ τῆς. Hunc locum correxi ex codice Leonis Allatii, in quo ita legitur ἦν ἐκ πρώτης τοῦ πάθους ἡμέρας, etc. quemadmodum etiam legitur in Socrate atque Nicephoro.

Καὶ πρέπων καὶ νόμιμος In editione Basiliensi legitur καὶ νόμιμος καὶ πρέπων, rectius procul dubio. Sic enim habent Eusebius et Socrates. Nicephorus vero hunc locum interpolavit.

Οὐκ ἦμεν ἰκανοί. In manuscripto codice Henrici Savilii legitur οὐκ εἴημεν, quomodo etiam legitur apud Eusebium.

Pag. 34. *Ἐν μηδενὸς ὁμοιώματι.* Sic etiam legitur in editione Basiliensi. Codex tamen Allatii scriptum habet ὁμοιότητι. Quam scripturam confirmant Eusebius, Socrates ac Nicephorus. Mox post verbum κοινωνεῖν addidi δοκεῖν ex codice Leonis Allatii et ex editione Basiliensi, quibus suffragatur Eusebius. In Socrate tamen ac Nicephoro duæ voces adduntur hoc modo, κοινωνεῖν ἢ δοκεῖν, quod eamdem vim habet.

Τὸ κεφαλαιωδέστατον. In codice Leonis Allatii et apud Eusebium in libro III *De vita Constantini* legitur κεφαλαιωδέστερον.

Ἐν ᾗ οὐδὲ μία ἐστίν. In codice Allatii et apud Socratem, legitur οὐδὲ μία ἔσται, etc.

In caput XI.

Pag. 35. *Πρὸς τοὺς τῶν ἐθνῶν προστατεύοντας.* Præfectos prætorio intelligit, qui multas simul provincias administrabant. Hi enim curam gerebant annonæ, tam civicæ, quam militaris ac palatinæ : quippe qui per officiales suos tributa exigerent, quæ in speciebus solvebantur; non autem in auro atque argento, uti discimus ex Codice Theodosiano. Hæc idcirco annotavi, ne quis provinciarum præsides hic intelligeret.

Ὀλίγην ἐπολκι τότε τὴν εἰσφοράν. Male Camerarius eumque secutus Sirmundus hunc locum verterunt hoc modo : *Quod tunc fame grassante, vectigalia essent imminuta.* Nam Theodoretus hoc loco loquitur de annona quam Constantinus imperator Ecclesiis donavit. Hæc autem non pertinet ad vectigalia, sed ad tributariam functionem, ut videre est in titulo Codicis Theodosiani de annona et tributis. Εἰσφορὰ idem est quod tributaria functio atque illatio. Vectigalia vero proprie sunt portoria, et quæ a Græcis dicuntur τέλη.

Pag. 36. *Πρόχασιν ἐντεῦθεν λαβόντες.* In manuscripto codice Henrici Savilii legitur λαμβάνοντες, quod magis placet. Porro huic narrationi Theodoreti, similis est illa quam habet Rufinus in lib. x *Historiæ ecclesiasticæ*, cap. 2. Differt tamen in eo quod Rufinus quidem ait episcopos variis de causis inter se jurgantes, libellos criminationum adversus collegas Constantino obtulisse. Theodoretus vero libellos illos porrectos fuisse dicit a laicis, qui episcopos variis de causis accusabant. Deinde elogium Constantini libellos sibi oblatos comburentis, diversum est in Rufino ac Theodoreto.

Καταλαβεῖν ἕκαστον. Hic quoque καταλαμβάνειν scriptum habent codex Savilii et Basiliensis editio.

In caput XII.

Τὸν περὶ τῶν πραττομένων ἀκριβῆ λόγον. In manuscripto codice Henrici Savilii et in editione Basiliensi legitur πεπραγμένων.

Pag. 38. *Ὅπως εἴρηται αὖθις.* Apud Socratem in lib. I *Historiæ ecclesiasticæ*, cap. 8, legitur ὅπως εἴρηται αὐτοῖς, etc , quod magis probo. Paulo post, ubi legitur ἐβασανίζετο ὁ λόγος, corrigendum est ex Socrate ἐβασάνιζέ τε ὁ λόγος.

Pag. 39. *Καὶ αὐτοὶ συντιθέμεθα.* In manuscripto codice Savilii et in editione Basiliensi legitur συνετιθέμεθα· et paulo post pro παραιτούμεθα, idem codex Savilii scriptum habet παραιτούμενοι, ut legitur apud Socratem.

Ἐξεταζόμενος ὁ λόγος συνίστησιν. Codex Henrici Savilii et Basiliensis editio scriptum habent συνίστη, quod magis placet. Respondet enim verbo quod supra positum est συνετιθέμεθα.

Πρὸς τὰ γεννητὰ κτίσματα. Malim scribere γενητὰ per simplex ν, quemadmodum legisse videtur Epiphanius scholasticus. Sic enim vertit hæc Eusebii verba, *eo quod nullam æqualitatem ad creaturas factas Dei Filius habeat*, etc.

Μόνῳ δὲ τῷ Πατρί. In editione Basiliensi legitur μόνων δὲ τῷ Πατρὶ, etc., quod non displicet. Certe ita legitur apud Nicephorum in lib. VIII, cap. 22.

Pag. 40. *Πρὶν ἐνεργείᾳ γεννηθῆναι.* In his Constantini sive Eusebii verbis error est manifestus. Neque enim verbum fuit in Patre potentia, prius quam actu gigneretur ex Patre. Primum enim actus et potentia non distinguuntur in Deo. Deinde ex eo sequeretur Verbum non fuisse ab æterno. Nam et reliquæ creaturæ antequam actu crearentur, potentia erant in Deo. Nec tamen idcirco æternæ esse dicuntur. Porro observandum est totam hanc pericopen non haberi apud Socratem, nec in Epiphanio scholastico. Certe Socrates consulte eam prætermisisse mihi videtur, eo quod hæreticum sensum contineret.

Ἀεί τε καὶ κατὰ τὰ αὐτά. In Nicephoro deest particula καὶ, recte, meo quidem judicio.

Φανερὰ καθιστάντες. In editione Basiliensi scribitur καθιστῶντες, quemadmodum legitur etiam apud Socratem.

Ἐμφανῆ σύμπραξιν ἔχειν ἔδοξε τοῖς. Hic locus longe aliter legitur apud Socratem, hoc scilicet modo . ἐφάνη συντρέχειν τοῖς, etc., quod ut brevius, ita videtur et rectius.

In caput XIII.

Λέγει δὲ οὕπως. Locus Eusebii quem hic affert Theodoretus, exstat in lib. III *De vita Constantini*, cap. 13. Porro Theodoretus in hoc capite emendat errorem Socratis atque Sozomeni : modeste tamen, suppresso utriusque nomine. Socrates enim ac Sozomenus scribunt, quinque aut sex episcopos formulæ fidei in synodo Nicæna conscriptæ noluisse subscribere; et ob eam causam damnatos fuisse. Contra Theodoretus ait omnes episcopos qui Nicæam convenerant, in eamdem fidem consensisse, exceptis duobus, Secundo scilicet ac Theona. Idque demonstrat primum ex Eusebio in epistola ad Cæsarienses : deinde ex eodem Eusebio in lib. III *De vita Constantini.*

Digitized by Google

PAG. 41. *Γλυκερός τις ἦν.* Ita etiam legitur apud Eusebium. In ms. tamen codice Henrici Savilii et in editione Basiliensi scribitur γλυκερὸς δέ τις ἦν. Mox pro ἐλαύνων, iidem codices habent ἤλαυνεν.

In caput XIV.

PAG. 42. *Πλεῖστον οὗτος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ.* Mortem Arii non recte hoc loco refert Theodoretus. Diu siquidem post Nicænam synodum ea mors contigit. Sed neque verum est quod hic ait Theodoretus, Arium post synodum Nicænam diutissime moratum esse Alexandriæ. Quomodo enim diu illic morari potuit post concilium Nicænum, cum vixdum finito concilio missus sit in exsilium ab imperatore Constantino, nec posteaquam ab exsilio revocatus est, Athanasius eum unquam in Ecclesiam recipere voluerit, ut ipse docet in Apologetico secundo adversus Arianos. Scio quidem Rufinum in cap. 12 lib. x *Historiæ*, et Socratem atque Sozomenum scribere, Arium post exsilium Alexandriam redisse. Sed cum Athanasius id nuspiam dicat, imo vero diserte affirmet se Eusebii Nicomediensis et imperatoris Constantini litteris id minaciter præcipientibus, constantissime restitisse, Athanasii testimonio malim credere.

Ἐν τοῖς πρὸς Ἀπίωνα. Hæc epistola Athanasii in vulgatis editionibus inscribitur πρὸς Σεραπίωνα.

PAG. 44. *Μαθεῖν διδασκαλίαν.* In manuscriptis codicibus Allatii et Savilii legitur μεταμαθεῖν, quod magis placet. Utitur ea voce non semel Theodoretus.

In caput XV.

Τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ. In codice Leonis Allatii et apud Nicephorum in libro VIII, cap. 27, pro Χριστοῦ legitur Θεοῦ, quod magis probo. Apud Eusebium vero in lib. II *De vita Constantini* neutra vox habetur.

Ἐλάττονα τῆς ἀξίας. Basiliensis editio habet ἔλαττον adverbialiter, quod mihi non displicet. Paulo post, pro ἐκδιωχθέντος, in mss. codicibus Savilii et Allatii et in editione Basiliensi, necnon apud Nicephorum scribitur διωχθέντος.

In caput XVI.

PAG. 46. *Ἐκπεπορθῆναι.* Rectius in manuscripto codice Henrici Savilii scriptum est ἐκπεφορῆθηναι. Codex autem Allatii habet ἐκφορηθῆναι, quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus.

In caput XVII.

PAG. 47. *Αὐτοῖς συνόψεως γενομένης.* In manuscripto codice Leonis Allatii scriptum est αὐτός, rectius procul dubio. Apud Eusebium vero in lib. III *De vita Constantini*, et in Nicephori lib. VIII, cap. 28, legitur αὐτῆς συνόψεως, etc., quæ Joannes Langus ita vertit: *Quæ præstantissima et commodissima, operis ipsius forma summatim perspecta existimaveris esse, fac ad nos scribas.* Vide quæ notavi ad lib. III Eusebii *De vita Constantini*. Neque enim necesse est hic repetere ea quæ illic adnotata sunt.

In caput XIX.

PAG. 49. *Τὰς τῆς πίστεως ὁμολογίας συνέθεντο.* Longe rectius in manuscripto codice Savilii et in editione Basiliensi scribitur hic locus hoc modo: τῇ τῆς πίστεως ὁμολογίᾳ συνέθεντο ταῖς χερσί. Quæ Joachimus Camerarius ita vertit: *Ea enim de causa manus suas non subtraxere concordiæ fidei, quo induti ovium pelles, ut lupi grassari possent.* At Sirmundus vulgatam lectionem secutus ita vertit: *Quippe qui propterea fidei confessiones manibus suis obsignarant*, etc. Quæ interpretatio nullatenus ferri potest. Neque enim obsignare idem est quod subscribere. Hoc igitur sibi vult Theodoretus, Arianos illos non bona fide neque ex animo consensisse fidei Nicænæ: et manum quidem subscriptione eam approbasse; revera tamen aversatos esse. Idcirco enim ei subscripserant, ut hoc prætextu simpliciores postea deciperent. Porro emendationem nostram confirmat Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit: *Hujus enim causa in confessione fidei etiam manibus consenserunt*, etc.

Θεῖος ἐκεῖνος Ἀλέξανδρος. Alexandri episcopi Constantinopolitani obitum Socrates et Sozomenus in tempora imp. Constantii contulerunt. Verum Philostorgius, perinde ac Theodoretus noster, mortem Alexandri refert principatu Constantini Magni. De quo vide quæ notavi in lib. II *Observationum ecclesiasticarum* ad Socratem et Sozomenum. Et hac quidem in parte reprehendendus non est Theodoretus, quippe qui alios habeat suffragatores. Sed quod subjicit, Eusebium Nicomediensem post obitum Alexandri statim in Constantinopolitanam sedem invasisse, id excusari non potest. Alexandro enim successit Paulus, quo per fraudem Eusebii pulso, episcopatum ejus invasit Eusebius, ut docet Athanasius auctor certissimus.

Δεύτερον διὰ γραμμάτων πεποίηκεν. Vox δεύτερον quid hic significet, non video. Binas enim litteras a Constantino ad Nicomedienses scriptas esse adversus Eusebium nuspiam legitur. Itaque Jacobus Sirmundus hanc vocem in editione sua expunxit. Quod quidem ejus consilium laudare non possum. Licet enim interpreti verbum aliquod in versione sua prætermittere, quod sensum conturbat. In ipso autem textu auctoris, nihil immutandum aut delendum est, absque auctoritate veterum exemplarium; nam si hæc licentia semel concedatur, nullam editionem veterum scriptorum puram ac sinceram habituri sumus. Pro Sirmundo tamen facit Epiphanius Scholasticus, qui hanc vocem in versione sua perinde omisit. Ego vero libentius pro δεύτερον scripserim ὕστερον.

Τὸ τέλος τῆς ἐπιστολῆς. Scio multos fore, qui cum finem hujus epistolæ Constantini legerint, priorem ejus partem quæ a Theodoreto prætermissa est, desiderent. Est enim hoc egregium antiquitatis monumentum, ex quo multa discere possumus, quæ absque hac epistola procul dubio ignoraremus. Monendus itaque est lector, hanc Constantini epistolam integram haberi in *Annalibus* Baronii ad annum Christi 329, sed non suo loco. Scripta est enim hæc epistola antequam Eusebius ac Theognius in exsilium mitterentur. Missi sunt autem in exsilium tribus jam mensibus elapsis a synodo Nicæna, ut in lib. I sub finem, tradit Philostorgius, id est anno Christi 325, mense septembri. At Baronius hanc epistolam scriptam esse existimat anno Christi 329, et anno sequente Eusebium ac Theognium ab exsilio revocatos. Verum id jam abunde refutavimus in adnotationibus ad lib. I *Historiæ* Socratis, ubi ostendimus Eusebium anno Christi 328 revocatum esse a Constantino, et anno Christi 329 concilium episcoporum Antiochiæ congregasse adversus Eustathium Antiochenum. Est et alius error Baronii non omittendus. Reprehendit enim Theodoretum, quod hanc epistolam a Constantino scriptam esse crediderit, postquam Eusebius Nicomediensis, mortuo Alexandro, Constantinopolitanam sedem occupasset. Atqui Theodoretus non id dicit: sed tantum ait Eusebium jampridem relicta Beryto cujus erat episcopus, ad Nicomediensem Ecclesiam transiliisse, et ex ista Nicomediensium sede postea dejectum esse, ut testatur Constantinus in epistola ad Nicomedienses.

In caput XX.

Ὁ ταῦτα διδάξας. Quæret hic aliquis quæ sint ista mala dogmata quæ Nicomedienses docuerat Eusebius. Id vero discimus ex priore parte epistolæ Constantini, quam hic apponam, sicut edita est a

Digitized by Google

Baronio: *Quid igitur intelligitis, dilecti fratres, nam vos ipsos accuso. Christiani sumus, et medio in affectu dissentimus. Hæccine est nostra fides? Hæc sanctissimæ legis doctrina? Sed quæ causa est propter quam præsentis mali exitium suscitatum est? O flagitium! o odium supra modum, omnis indignationis magnitudinem superans! Quæ istius latrocinii atrocitas exstitit, quæ Filium Dei abnegat ex individua Patris substantia processisse, Nonne ubique est Deus, cum certe istum semper nobis adesse sentimus? Nonne per ejus virtutem omnium decoratio constat? Cum certe separatione, dissipatione careat. Num igitur vobis aliquid actum est? O dilecti fratres, considerate modo, deprecor, tormenta præsentis doloris. Confessores vos esse istius promittebatis, quem esse denegatis; in hoc vobis persuadente doctore in omnibus perdito.* Sequuntur deinde ea quæ Theodoretus retulit. Ex iis autem quæ adduxi, manifeste apparet Constantinum objicere Eusebio Nicomediensi, quod adversus Nicænæ fidei decreta palam in Ecclesia docuerit, Filium Dei non esse ex Patris substantia, nec consubstantialem Patri. Quod si quis Græca verba prioris partis hujus epistolæ Constantini legere desiderat, habentur apud Gelasium Cyzicenum in fine lib. III.

Συμμύστης. Epiphanius vertit excultorem, quod non probe. Jacobus Sirmundus consortem interpretatur, Christophorsonus vero administrum. Joachimus autem Camerarius sic transtulit: *Nimirum Eusebius crudelitate tyrannica initiatus.* Ego conscium malim interpretari, συμμύστης proprie est iisdem sacris initiatus, quem Latini vocant consecraneum.

Ὅτι γὰρ τῶν ἁγίων παντα χοῦ τοῦ τυράννου. Duæ postremæ voces desunt in editione Basiliensi et in manuscripto codice Henrici Savilii. Quas tamen necessarias esse nemo non videt. Certe Gelasius Cyzicenus et Epiphanius Scholasticus, et vetus interpres apud Baronium eas agnoscit. Delendæ potius sunt duæ voces quæ præcedunt τῶν ἁγίων, quæ sensum turbant, nec habentur in codice Leonis Allatii, nec apud Gelasium Cyzicenum, nec in versione Epiphanii Scholastici. Cæterum valde probo, quod Epiphanius et vetus ille interpres a Baronio relatus, πρόσφυγα verterunt clientem. Camerarius transfugam vertit pessime omnino, deceptus scilicet prava lectione codicis Basiliensis.

Ἐπραγματεύσαντο συνδρομαί. Vetus interpres hunc locum ita vertit: *Nihil enim de factis in me injuriis modo dicam, per quas cum maxime adversarum partium festinaverunt concursiones.* Epiphanius autem Scholasticus sic interpretatur: *Per quas quando maxime adversarum partium insidiæ discurrebant, iste etiam oculos contra me habebat intentos.* Ex iis apparet utrumque hoc loco legisse ὅτε μάλιστα, non ὅτι ut vulgo legitur. Ita quoque legit Joachimus Camerarius, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit: *Nam de illius erga me contumeliis nunc non loquar. Quibus cum sævirent maxime adversariorum concursiones, ipse oculos speculatores adversum me intendebat.* Nec dubito quin hæc verissima sit scriptura hujus loci. Sic enim sequentia cum antecedentibus egregie conveniunt. Sirmundus tamen et Christophorsonus vulgatam scripturam secutus ita vertit: *Nihil enim de illatis in me injuriis nunc dicam, per quas maxime adversarum partium concursus procurabantur.* Atqui πραγματεύεσθαι passivam non habet significationem.

Ὑφθαλμοὺς κατασκόπους. Presbyteros ac diaconos Eusebii intelligit, quos sub initium belli inter Constantinum et Licinium Eusebius ad Constantinum miserat, ut, sub legationis prætextu, Constantini consilia et apparatum bellicum explorarent, ut paulo post indicat Constantinus in hac epistola. Erat enim Eusebius sub ditione Licinii. Nec vero arguit eum Constantinus quod Licinii partibus adhæserat. Nam cum esset sub ditione Licinii, ut jam dixi, imperatori suo favere omnino debuit. Sed reprehendit, quod speculatores contra ipsum submisisset, ac propemodum militarem operam navasset Licinio. Quæ prorsus indigna sunt sacerdote.

Ὅ καὶ πάλιν ἐχρῆν. In editione Basiliensi legitur ὅπερ καὶ πάλην. Sed longe rectius in codice Leonis Allatii et apud Gelasium Cyzicenum scriptum est καὶ πάλαι ἐχρῆν, etc., absque articulo, qui elegantius omittitur quam repetitur. Atque ita legit vetus interpres hujus epistolæ apud Baronium; sic enim vertit: *Et jam pridem oportebat a vestro pendere judicio.*

Δεινῶς τῶν τότε. In codice Leonis Allatii et apud Gelasium Cyzicenum scriptum est δεινῆ. Sane deesse hoc loco vocabulum quod huic adjectivo respondeat, indicat interpretatio tum Epiphanii Scholastici, tum interpretis innominati. Nam Epiphanius quidem ita vertit: *Nisi prædictus Eusebius pessima consciorum suorum tuitione huc venisset.* Innominatus autem interpres sic transtulit: *Nisi prædictus Eusebius cum turbulenta magnitudine eorum qui eum sequebantur, huc pervenisset; et ordinis rectitudinem impudenter conturbasset.* Quibus verbis significat Constantius Eusebium ad episcopatum Nicomediensem pervenisse, non electione cleri ac populi, sicut ordo Ecclesiæ postulat, sed per vim ac potentiam eorum qui Eusebio favebant. Hortatur igitur Nicomedienses, ut jus suum recuperent, et exturbato Eusebio impietatis doctore, alium eligant orthodoxum episcopum.

Συνεπεπράχει. Corrupta vox: pro quo substituendum videtur συνετεταράχει. Atque ita plane legitur apud Gelasium Cyzicenum.

Μέμνηται ἡ ὑμετέρα ἀνεξικακία. Supra notavi, epistolam hanc ad Nicomedienses a Constantino scriptam esse, nondum tribus mensibus elapsis a synodo Nicæna. Verum hic locus sententiam nostram videtur refellere. Etenim Constantinus imp. Nicomedienses alloquens, in memoriam eis revocat synodum Nicænam, cui et ipse interfuerit. Id vero dici non potest de re adeo recenti, et ante tres menses gesta. Quare necesse est ut hæc epistola a Constantino scripta sit, anno ut minimum elapso post concilium Nicænum. Atque ita falsus fuerit Philostorgius, qui Eusebium in exsilium pulsum esse dicit post tres menses quam synodus Nicæna celebrata fuerat.

Pag. 51. *Ἀλεξανδρέας τινάς.* Baronius quidem hos Melitianos fuisse existimat, quos Constantinus post synodum Nicænam, cum tumultus Alexandriæ excitarent, Byzantium ad se evocaverat. Ego vero Arianos potius illos fuisse crediderim. Atque id plane testantur episcopi Ægypti in epistola synodica quam ad omnes Ecclesiæ catholicæ episcopos miserunt pro defensione Athanasii. Verba eorum hæc sunt: Οἴδατε γὰρ ἀκριβῶς, ὅτι Ἀμφίων μὲν ἐν Νικομηδείᾳ, Χρηστὸς δὲ ἐν Νικαίᾳ κατεστάθησαν ἀντ' αὐτῶν, διὰ τὴν οἰκείαν ἀσέβειαν, καὶ τὴν πρὸς τοὺς Ἀρειομανίτας κοινωνίαν, τοὺς ὑπὸ τῆς συνόδου τῆς οἰκουμενικῆς ἀποδοκιμασθέντας. Id est: *Bene siquidem cognitum habetis, Amphionem Nicomediæ, Chrestum vero Nicææ, in eorum locum ob impietatem et communionem quam cum Arianis a Nicæno concilio reprobatis habuerant, episcopos constitutos esse.* Sed et verba quæ sequuntur in hac Constantini epistola, satis indicant id quod dixi, Alexandrinos illos Arianos fuisse, non Melitianos. Sequitur enim τῆς ἡμετέρας πίστεως ἀναχωρήσαντας. Quod Arianis quidem optime convenit: de Melitianis vero dici non potest; quippe qui schismatici tantum essent, non autem hæretici; et quo tempore hæc epistola scripta est, nondum Arianis sese adjunxissent.

Τῇ τῆς συνόδου ἀληθείᾳ. Hunc locum correxi ex mss. codicibus Allatii et Savilii, quibus etiam

Digitized by Google

consentit Gelasius Cyzicenus et editio Basiliensis, in hunc modum : Οὓς ἡ τῆς συνόδου ἀλήθεια πρὸς μετάνοιαν τετηρήκει. Quam emendationem confirmat Epiphanius Scholasticus et anonymus interpres : sic enim vertunt : *Sed isti boni et optimi nimis episcopi, quos semel concilii veritas ad pœnitentiam reservabat.* Eusebium ac Theognium intelligit, qui cum ante Nicænam synodum et in ipsa synodo patrocinium Arii suscepissent, Patres synodi Nicænæ eos una cum Ario damnare primum voluerant. Postea tamen intercedente pro ipsis Constantino, cum Nicænæ fidei in speciem subscripsissent, synodus eis peperceret, ad pœnitentiam eos reservans, ut loquitur Constantinus. Porro ἀλήθεια hoc loco sinceritatem fidei significat, ὀρθοδοξίαν : opponiturque fraudi ac simulationi Eusebii et Theognii.

Τούτοις ἔκρινα πρᾶξαι. In edit. Bas. excusum est τοῦτο ἔκρινα πρᾶξαι : Optime modo utramque simul vocem retineamus.

Καὶ διαπράξασθαι οὕτως ἁγνούς. Jacobus Sirmundus hunc locum in editione sua aliter distinxit, hoc modo : Καὶ διαπράξασθαι οὕτως ἐπισκόπους ἁγνούς τε καὶ ὀρθοδόξους καὶ φιλανθρώπους χαίρωμεν. Et locum sic interpretatus est : *Atque ita perfecisse sanctos et orthodoxos, hominumque amantes episcopos gaudemus.* Verum hæc interpretatio ferri non potest. Expunxit enim Sirmundus verbum ἔχοντες, contra fidem atque auctoritatem omnium codicum. Sed longe facilius erat locum restituere absque ulla mutatione, hoc modo : Καὶ διαπράξασθαι οὕτως, ὡς ἐπισκόπους ἁγνούς τε καὶ ὀρθοδόξους καὶ φιλανθρώπους ἔχοντες χαίρωμεν. Atque ita legit anonymus interpres hujus epistolæ, jam toties a nobis laudatus. Sic enim vertit hunc locum : *Nunc vestrum est, ad Deum fide illa respicere, qua semper et fuisse constat et esse decet : et sic peragere ut episcopos castos et orthodoxos et clementes habentes gaudeamus.*

In caput XXI.

Καὶ ἐγγὺς βασιλέως φοιτῶν. In codice Savilii præpositio additur hoc modo, καὶ ἐγγὺς παρὰ, etc. In Basiliensi autem editione ita legitur καὶ θαμὰ παρὰ βασιλέως φοιτῶν quod magis placet. Errat autem hic Theodoretus, qui Eusebium Constantinopoleos episcopum fuisse putat, tunc cum Eustathium Antiochenum e sede sua exturbavit. Nam Eusebius in episcopatu Nicomediensi usque ad Constantini obitum perseveravit : quippe qui Constantinum paulo ante mortem baptizavit Nicomediæ, cum adhuc esset illius urbis episcopus, ut testatur Hieronymus in *Chronico*. Idem quoque probari potest ex Ammiano Marcellino, qui in lib. XXII scribit Julianum Nicomediæ educatum fuisse ab Eusebio episcopo ejusdem loci, quem genere longius contingebat. Atqui Julianus natus est anno Christi 331, ut notavi ad lib. XXV Marcellini. Quomodo igitur educari potuit Nicomediæ ab Eusebio episcopo, si Eusebius jam ante hunc annum, relicto Nicomediæ episcopatu, ad CP. sedem transierat. Omitto locum Athanasii in epistola ad solitarios, ex quo manifeste convincitur Eusebium non Alexandro, sed Paulo successisse in episcopatu CP.

In caput XXII.

Pag. 53. *Εὐλάλιον.* Post Eustathium, Antiochensis episcopus factus est Paulinus, qui tunc episcopus erat Tyri, ut notavi ad lib. X *Historiæ ecclesiasticæ* Eusebii. Cui successit Eulalius, quemadmodum testatur Philostorgius apud Suidam voce Ἀέτιος.

Εὐσέβιον μεταθεῖναι. Non possum assentiri Theodoreto, qui post mortem Eulalii Eusebium Cæsariensem ad episcopatum Antiochenæ urbis vocatum fuisse dicit. Nam Eusebius ipse in lib. III *De vita Constantini* aperte indicat, id statim post depositionem Eustathii factum fuisse. Sed et litteræ imperatoris Constantini ibidem ab Eusebio relatæ, id ipsum non obscure indicant. Hieronymus tamen in *Chronico* Eusebium post Euphronium ponit, cum tamen Eusebius nunquam fuerit Antiochenus episcopus.

Παλαιτίῳ. Hujus episcopi nomen variis modis scribitur. Interdum enim Πλάκιτος, alias Φλάκιτος exaratur, ut notavi ad *Historiam* Socratis. Sed verum hujus nomen fuit Φλάκιλλος, ut scribitur apud Eusebium in libris contra Marcellum, et apud Athanasium in *Apologia*. Ex quo discimus eum interfuisse concilio Tyri, quod factum est anno 335 natalis Dominici. Quare ante hunc annum episcopus antiochensis factus fuerit necesse est. Quod quidem egregie convenit cum supputatione annorum quos Eulalio et Euphronio tribuit Theodoretus ac Philostorgius. Etenim Paulinus, qui primus Eustathio suffectus est, sex tantum mensibus eo munere est perfunctus, teste Philostorgio in lib. III. Eulalium quoque brevi post electionem mortuum esse testatur Theodoretus. Euphronio autem annum et aliquot menses assignat. Ita tres illi episcopi trium circiter annorum spatio sedem illam administrarunt. Cum igitur Eustathius anno Christi 329 aut 330, exutus fuerit episcopatu, ut ad Eusebium demonstravi : Flaccillus circa annum Domini 333 ad episcopatum Antiochensem promotus videtur. Huic annos 12 episcopatus tribuit Nicephorus patriarcha, qui eum Φακέλλιον nominat et interfuisse scribit synodo Antiochenæ quæ in encæniis celebrata est anno Christi 342. quod testatur etiam Socrates in lib. II, cap. 8.

In caput XXV.

Pag. 57. *Βεβαίαις ἐλπίσι.* Hunc locum supplevi ex codice Leonis Allatii, cui consentit codex Savilii et Basiliensis editio : nisi quod in istis legitur Βεβαίαις σωτηρίας ἐλπίσι · sed melior est scriptura codicis Allatiani, quam confirmat Epiphanius Scholasticus.

Γεώδη λαμπηδόνα. Epiphanius Scholasticus locum hunc ita vertit : *Omnemque terrenam flammam nimis devito.* Vide quæ notavi ad lib. IV *De vita Constantini*, ubi hæc ad Saporem epistola refertur. Sed licet de incantationibus ac mysteriis paganorum hunc locum ibi exposuerim : nunc tamen re attentius examinata, malim hæc Constantini verba interpretari de igne quem Persæ colebant, ut cuncti sciunt.

Ὅλα γένη κατέῤῥιψε. In codice Leonis Allatii scriptum est, πολλὰ τῶν ἐθνῶν καὶ ὅλα γένη κατέτριψεν.

Pag. 58 *Δυναστείαν καταῤῥηγνύς.* Codex Allatii habet καταγνὺς, id est confringens

Ἥμῖν αὐτοῖς πέπεισμαι. Ita legitur etiam apud Eusebium in lib. IV *De vita Constantini*. Verum hæc locutio plane barbara est. Itaque codex Leonis Allatii substituit πεπείσμεθα. Sed melior est scriptura editionis Basiliensis, quam confirmat codex Savilii, πεπίστευται.

Ὅ ἐστι σοὶ κἀκείνοις. In manuscripto codice Savilii et in editione Basiliensi legitur, ὅτι σοὶ κἀκείνοις. Verum in codice Leonis Allatii scribitur, ὅτι σοὶ κἀκεῖνοι, id est, *Nam et illi, tui sunt.* Quæ scriptura omnium rectissima mihi videtur. Apud Eusebium in lib. IV *De vita Constantini*, legitur ὅτι σοὶ κἀκείνῳ, ubi vide si placet quæ notavi.

Pag. 59. *Ἁρμοδίως τῆς αὐτοῦ.* Rectius apud Nicephorum in cap. 38 lib. VIII legitur, Ἁρμοδίως τῇ σαυτοῦ φιλανθρωπίᾳ. Apud Eusebium quoque σεαυτοῦ scribitur.

In caput XXVI.

Μετὰ μῆνας πέντε. Idem scribit Athanasius in Apologetico secundo *Contra Arianos*, pag. 777 editionis Parisiensis : Οὔπω γὰρ πέντε μῆνες παρῆλ-

Digitized by Google

θον, καὶ ὁ μὲν μαχαίρης Ἀλέξανδρος τετελεύτηκεν.

Pag. 60. *Τοῦ χοροῦ δὲ τῶν διακόνων ἡγούμενος.* Id est *Archidiaconus*. Cæterum ex hoc loco manifeste colligitur, archidiaconos non stipendiorum ordine ad eum locum pervenire solitos, sed ex episcopi arbitrio ac voluntate promotos fuisse. Etenim Athanasius admodum juvenis fuisse dicitur a Theodoreto, quo tempore Alexandrinæ Ecclesiæ erat archidiaconus. Hinc est fortasse quod archidiaconus vulgo corepiscopi vocabatur, ut scribit Joannes abbas, in libro *De translatione reliquiarum sanctæ Glodesindis*, ubi ait : *Hujus rei novitas dum ad notitiam supra memorati pontificis pervenisset, morarum impatiens nox in crastinum ad hoc inspiciendum sacrorum ministros cum archidiacono majore, quem cor episcopi dicunt, direxit.* Olim tamen eo loco chorepiscopum scribendum esse existimabam. Sed nihil temere mutandum est in veteribus libris, quoties vulgata scriptura defendi non incommode potest.

Ἐπὶ Μελέτιος. In editione Basiliensi deest adverbium. Quam scripturam valde probo.

Τῶν στρατιωτῶν τινας. Hujus loci emendatio debetur codici Henrici Savilii, in quo ita legitur : Τῶν τούτου στασιωτῶν μισθωσάμενοι, etc. Ita quoque habet Basiliensis editio, nisi quod στασιαστῶν præfert. Sed melior est Scriptura codicis Saviliani. Græci enim στασιώτας vocant eos qui sunt ejusdem factionis in civilibus dissidiis, ut docent Hesychius et Favorinus. Sic loquitur Herodotus in lib. I, ubi de Pisistrato scribit. Certe vulgata lectio ferri non potest. Neque enim Eusebiani, milites conduxerunt, sed clericos quosdam ex Meletii factione, quemadmodum testatur Athanasius in Apologetico secundo adversus Arianos, ex quo hæc hausit Theodoretus. Confirmat hanc emendationem Theodoritus ipse in cap. 28 hujus libri.

Τελωνεῖ μὲν τὴν Αἴγυπτον. Prima accusatio Athanasii per Meletianos facta, fuit de tunicis lineis, quarum canonem Ægyptiis ab Athanasio impositum atque exactum fuisse finxerunt, ut scribit Athanasius in supradicto Apologetico iis verbis : Πλάττονται πρώτην κατηγορίαν περὶ στιχαρίων λινῶν, ὡς ἐμοῦ κανόνα τοῖς Αἰγυπτίοις ἐπιβάλλοντος. Improprie igitur locutus est Theodoretus. Nam τελωνεῖν proprie dicitur de vectigalibus. Hoc autem tributum fuit linearum vestium, quod Athanasius imposuisse dicebatur. Ipse enim *canonem* vocat : vox de tributis tantum dicitur.

In caput XXIX.

Pag. 62. *Οὕτω δὴ τῶν ἐπισκόπων.* In codice Leonis Allatii hic locus auctior est aliquot vocibus hoc modo : Οὕτω δὴ τῶν ἐπισκόπων περὶ τοὺς ἐξήκοντα συναχθέντων, etc. Verum hæ voces non sunt Theodoreti, seú Theodori Lectoris, qui eas supplevit ex *Historia* Socratis ac Sozomeni ; quod et alibi facere consuevit in Historia sua tripertita,

In caput XXXI.

Pag. 65. *Καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ δομηθέντας νεώς.* Unam duntaxat basilicam Hierosolymis ædificaverat Constantinus : ad cujus dedicationem evocavit episcopos qui erant tum congregati in urbe Tyro, ut testatur Eusebius in lib. IV. *De vita Constantini*. Improprie igitur locutus est Theodoretus, qui ecclesias in plurali numero dicit a Constantino exstructas. Nisi forte Anastasim et Martyrium seu basilicam Sanctæ Crucis pro duabus ecclesiis accepit. Sic certe videtur eas distinguere in Commentariis in Ezechielem cap. XLVIII : Ἔτι νῦν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἥ τε τοῦ Σταυροῦ ἐκκλησία καὶ ἡ Ἀνάστασις καὶ ἡ Ἀνάληψις, καὶ ἡ ἐν τῇ Σιὼν ἐκκλησία, καὶ ἡ ἱερὰ Βεθλεέμ, etc. Et paulo post : Ποῖον ἄρα τῶν εὐκτηρίων πλέον τὴν τοῦ Σταυροῦ ἢ τῆς Ἀναστάσεως. Vide, si placet, epistolam nostram de Anastasi, quam edidi ad calcem adnotationum Eusebianarum.

Συναπέλυσε δέ. In editione Basiliensi legitur *συναπέστειλε δὲ*, etc., quod magis placet.

Τριακοστὴν δὲ τούτῳ. Vide quæ notavi ad librum V Eusebii *De vita Constantini*, p. 248.

In caput XXXIII.

Pag. 66. *Κρύπτουσι μὲν τὴν ἀλήθειαν.* Magis placet scriptura quam reperi in manuscriptis codicibus Savilii et Allatii, et in editione Basiliensi : Κρύπτουσι μὲν τὴν πονηρίαν.

In caput XXXVI.

Τὰ νῦν περὶ τὴν θήκην καὶ τὸν ἀνδριάντα γινόμενα. Hunc locum non intellexerunt interpretes. Nam Joachimus quidem Camerarius ita vertit : *Quibus si qui fidem non habent, contemplati monumentum, statuamque illius, credant non solum scriptis, sed etiam Domino qui dixit*, etc. Camerarii versionem secutus est in editione sua Jacobus Sirmundus. Christophorsonus vero hunc locum ita interpretatur : *Quibus si quisquam minime fidem habeat cum magnifica illa opera, quæ circa ejus sepulcrum et statuam hodie* cernuntur, oculis aspexerit : credat saltem sacris Litteris *et Domino dicenti : « glorificantes me glorifico, »* etc. Atqui non hoc dicit Theodoretus, sed eos qui nolunt credere Eusebio, et aliis qui de honoribus Constantino post obitum delatis scripsere, admonet ut ea quæ ad sepulcrum et ad statuam illius fiunt, contemplari velint. Quænam vero sint illa quæ ad sepulcrum et ad statuam Constantini fiebant, docet nos Philostorgius in lib. II. *Historiæ*, cap. 18 : Οὗτος ὁ θεομάχος, καὶ τὴν Κωνσταντίνου εἰκόνα τὴν ἐπὶ τοῦ πορφυροῦ κίονος ἱσταμένην θυσίαις τε βλάσκεσθαι, καὶ λυχνοκαΐαις καὶ θυμιάμασιν τιμᾶν, καὶ εὐχὰς προσάγειν ὡς θεῷ, καὶ ἀποτροπαίοις ἱκετηρίαις τῶν δεινῶν ἐπιτελεῖν τοὺς Χριστιανοὺς κατηγορεῖ · *Hic etiam Dei hostis Christianos accusat, quasi Constantini imaginem in porphyretica columna stantem sacrificiis propitiarent, lucernis atque odoribus colerent, precesque velut Deo allegarent, et ad depellenda mala ei supplicarent.* Adde his ea quæ scribit auctor *Chronici Alexandrini*, pag. 665 et 667 ; sunt enim optimæ notæ. Porro hæc pompa celebrabatur quotannis die undecimo mensis maii, qui natalis erat urbis Constantinopolitanæ, ut ibidem scribit auctor ejus *Chronici* et Hesychius in *Originibus CPP.*

Digitized by Google

HENRICI VALESII

ADNOTATIONES

IN LIBRUM SECUNDUM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ THEODORETI.

In caput primum.

Pag. 69. *Ἔτη δύο καὶ μῆνας τέσσαρας.* Non possum assentiri Theodoreto, qui Athanasium biennii et quatuor præterea mensium spatio Treviris in exsilio commoratum esse scribit. Missus est enim in exsilium sub exitum anni 335, Constantio et Albino coss. Nam synodus Hierosolymitana quæ ad dedicationem Basilicæ Constantini convenit, congregata est mense Septembri, ut observavi in Adnotationibus ad librum IV Eusebii *De vita Constantini*. Post quam synodum cum episcopi a Constantino inde evocati ut gestorum rationem redderent, Athanasium apud ipsum accusavissent, deceptus ab iis imperator Athanasium in Gallias relegavit. Idem postea ab exsilio revocatus est anno Christi 337, XV Kalendas Julias, ut demonstravi in lib. I *Observationum ecclesiasticarum* ad Socratem et Sozomenum, cap. 1. Ex quo efficitur, Athanasium non toto biennio exsulasse.

In caput II.

Ἀπεσταλκέναι συνέβη. Recte in codice Saviliano scribitur ἀπεστάλθαι. Sed vox quæ sequitur delenda est ; quippe quæ nec apud Athanasium nec apud Socratem legatur. Quare merito eam Sirmundus expunxit,

Ἐπιπλεονάζειν. Rectius in editione Basiliensi, legitur ἐμπλεονάζειν.

Pag. 70. *Ἀστοὶ καὶ χωρητικοί.* Alexandrini rusticanos homines χωρικοὺς vulgo appellabant, ut observavi in Adnotationibus ad Eusebium, pag. 130, ac fortasse ita scribendum est hoc loco. Nam vox χωρητικοὶ non placet. Rustici enim dicuntur a Græcis χωρῖται ex quo formari potest χωριτικὸς ut ex ναύτης fit ναυτικός, quod nautam significat. Theophanes in *Chronico*, pag. 159, loquens de electione Dioscori junioris episcopi Alexandr. ἀνεχώρησαν inquit, τὰ πλήθη τῶν χωρικῶν. Ubi Anastasius Bibl. recte interpretatur multitudinem rusticorum.

In caput III.

Pag. 71. *Καὶ ἅμα φοιτᾷν.* Non dubito quin Theodoretus scripserit καὶ θαμὰ φοιτᾷν παρ' αὐτὸν ἐκελεύετο. Sic enim in lib. I, cap. 21, ubi agit de Eusebio Nicomediensi : Καὶ θαμὰ παρὰ βασιλέως φοιτῶν, sic enim legitur in editione Basiliensi ; quanquam commodius ibi scriberetur παρὰ βασιλέα. Nos igitur hoc loco editionem Sirmundi secuti sumus.

Κατιδὼν δὲ εὔριπον. Rectius in codice Leonis Allatii scribitur εὐρίπιστον. Nam εὔριπος adjective sumi non solet.

Θείων Εὐαγγελίων τὴν ἑρμηνείαν. Matthæi scilicet et Joannis, ut testatur Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis* ita scribens : *Theodorus, Heracleæ Thraciarum episcopus, elegantis apertique sermonis et magis historicæ intelligentiæ, edidit sub Constantio principe Commentarios in Matthæum, et in Joannem, et in Apostolum, et in Psalterium.* Paulo ante pro ἐλλόγιμος, in editione Basiliensi τῶν ἐλλογίμων legitur, quod magis probo.

In caput IV.

Τῷ τῆς Ἐκκλησίας ἐπόμενος νόμῳ. Obscurum est, quam legem hic intelligat Theodoretus. An legem qua jubetur ut nonnisi utraque parte audita promatur sententia? De qua lege loquitur Athanasius in apol. 2 *Adversus Arianos*, pag. 799 ; an legem qua licebat episcopo Romano reum et accusatores Romam evocare. Sed prior expositio magis placet.

Οἱ δὲ τὸ δρᾶμα εἰδότες ὡς καί. Tres postremæ voces desunt in codice Saviliano et in editione Basiliensi. Quocirca eas expunximus, præsertim cum verbum εἰδότες paulo post occurrat in hac periodo.

Pag. 72. *Ἐξ ἔτη δὲ θηρῶν.* Recte hoc loco Theodoretus annos enumerat, quibus Gregorius, pulso Athanasio, Alexandrinam sedem tenuit. Ordinatus enim est Gregorius in concilio Antiocheno quod in encæniis celebratum est, Marcellino et Probino coss., anno Christi 341. Mortuus autem est aliquot mensibus post Serdicense concilium, ut testatur Athanasius in epistola ad Solitarios, id est anno Christi 347. Itaque Theodoretus recte hoc loco emendat errorem Socratis atque Sozomeni, qui Gregorium paulo post ordinationem amotum esse tradunt. Sed quod addit Theodoretus illum ab Alexandrinis discerptum fuisse, vereor ne in hoc falsus sit, et Gregorium cum Georgio confuderit. Nam Gregorium sua morte obiisse testatur Athanasius in epist. ad Solitarios, iis verbis : Εἶτα μετὰ μῆνάς που δεκὰ τελευτήσαντος Γρηγορίου, μεταπέμπεται καὶ Ἀθανάσιον.

Ἦν ἐκεῖνος συνέλεξε. In editione Basiliensi scriptum inveni συνήλισε, quod non displicet.

In caput V.

Ἀλλὰ τοῦτον τηνικαῦτα οὐκ εἴασεν. Corrigit hoc loco Theodoretus errorem Socratis ac Sozomeni, qui Paulum ante Serdicense concilium una cum Athanasio ad Constantem profugisse scribunt, et in Serdicensi demum synodo restitutum esse. Contra vero Theodoretus affirmat, Paulum tunc cum Serdicensis synodus celebrata est, episcopatum Constantinopolitanum, nullo prohibente, obtinuisse, nec interfuisse Serdicensi concilio, sed a civibus suis prohibitum esse ne illuc se conferret. Certe ex epistola synodica Orientalium apud Serdicam episcoporum, aperte colligitur Paulum non interfuisse Serdicensi concilio.

In caput VII.

Pag. 73. *Πεντήκοντα καὶ διακόσιοι.* De numero episcoporum qui Serdicensi synodo interfuerunt, vide quæ notavi ad lib. II *Hist.* Socratis.

In caput VIII.

Pag. 74. *Νόθον γὰρ ὑποβαλόντες.* Apud Athanasium in Apologetico secundo contra Arianos, ubi hæc synodica Serdicensis concilii refertur, scriptum est, νόθην γὰρ ὑποβάλλοντες διδασκαλίαν, etc. In Basiliensi quoque ed. legitur ὑποβάλλοντες.

Σάρδεων πόλιν. Secuti sumus hoc loco scripturam editionis Basiliensis, quæ pro Σάρδεων habet Σαρδικησίων. In Athanasio, Σάρδων legitur. Græci enim hanc urbem confundere solent, modo cum Sardinia insula, modo cum Sardibus Asiæ. Infra tamen Basiliensis editio habet, Εἰς τὴν Σαρδέων πόλιν, etc., accentu mutato.

Digitized by Google

Ὡς καὶ τὰς ὑμετέρας ἀκοάς. Apud Athanasium hic locus ita legitur, καὶ ἴσως καὶ τὰς ὑμετέρας, etc., quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus. Epiphanius vero Scholasticus hunc locum sic legit, ὡς καὶ τὰς ἡμετέρας ἀκοὰς, etc. Sic enim vertit, *Forsan etiam ad vos ipsos detractiones hujusmodi pervenerunt, quomodo etiam nostras aures ventilare conati sunt.* Sed et codex Leonis Allatii scriptum habet, ὡς καὶ τὰς ἡμετέρας. Mihi quidem hæc scriptura valde placet. Vetus tamen interpres apud Hilarium in fragmentis libri de Synodis, particulam ὡς expungit, retenta in reliquis vulg. lect.

Pag. 75. *Καὶ δι' αὐτὰς τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον.* Apud Athanasium in secundo Apologetico scribitur, Καὶ δι' ἑαυτοῦ τὴν εἰς οὐρανὸν ἄνοδον πᾶσιν ἡμῖν δεδωκώς. Id est, *Qui aditum nobis omnibus in cœlum ascensione sua reseravit.* Nostri tamen codices nihil mutant : et Hilarius atque Epiphanius Scholasticus vulgatam lectionem tuentur. Sic enim vertit Hilarius : *Est enim gubernator Ecclesiarum Dominus, qui pro Ecclesiis et pro omnibus nobis mortem sustinuit, et propter eas Ecclesias, ascensum in cœlos omnibus nobis tribuit.* Epiphanius vero ita interpretatus est : *Et per eas ascensum ad cœlos nobis omnibus condonavit.*

Οἱ περὶ Εὐσέβιον καὶ Μάρι καὶ Θεόδωρον. Apud Athanasium in secundo Apologetico contra Arianos hic locus longe aliter legitur. Unius enim Eusebii fit mentio, qui litteras contra Athanasium misit ad Julium episcopum urbis Romæ. Reliquorum autem episcoporum nomina non habentur. Quam lectionem confirmat Hilarius in fragmentis : ubi Menophanti et Stephani episcoporum nomina omittuntur, optime meo quidem judicio. Etenim hæc epistola quam Eusebius Nicomediensis ad Julium scripsit, missa est aliquot annis ante Antiochense concilium quod in encæniis celebratum est, ut ostendimus in lib. I *Observationum ecclesiasticarum.* Atqui eo tempore Stephanus nondum Antiochensem episcopatum regebat; sed Flaccillus, qui Antiochensi synodo interfuit, ut docet epistola Julii papæ ad episcopos qui Antiochiæ congregati fuerant. Male ergo Theodoretus, sive quis alius Menophanti ac Stephani nomina hic apposuit. Plures quidem fuisse fateor qui una cum Eusebio litteras scripserunt ad Julium papam adversus Athanasium. Id enim manifeste testatur Julius ipse in epistola ad Orientales, quam refert Athanasius, pag. 745. Verum ex eorum numero non fuisse Stephanum, pro certo habeo.

Ἔγραψαν δὲ καὶ οἱ ἀπὸ τῶν ἄλλων μερῶν. Intelligunt Patres Serdicenses epistolam synodicam episcoporum Ægypti, scriptam ad Julium et ad omnes episcopos Ecclesiæ catholicæ, quam primo loco refert Athanasius in secundo Apologetico contra Arianos; et cujus mentionem facit Julius in ep. ad Orientales apud Athanasium, p. 745.

Εἰ καὶ τὰ μάλιστα. Apud Athanasium scribitur καὶ εἰ καὶ τὰ μάλιστα, etc. Mallem tamen scribere εἰ καὶ δὲ τὰ μάλιστα, etc., ut legit Camerarius.

Τούτοις καὶ εἰς πρόσωπον συστῆναι. Hilarius vertit : *Qui enim habent fiduciam probare ea quæ absentes dicunt, hoc præsentes parati sunt convincere.* Atque ita fere reliqui interpretes, uno excepto Camerario, qui vocem τούτοις non in neutro accepit, sed de reis ipsis intellexit. Sic enim vertit : *Qui enim se quæ dixere de aliis, probaturos esse confidunt, nein faciem quidem illos accusare metuunt.*

Pag. 76. *Ἀνέστη γοῦν συλλειτουργός.* Pessime hunc locum verterunt interpretes, Epiphanius scilicet, Camerarius et Christophorsonus, qui putarunt Theodulum episcopum comparuisse in Serdicensi concilio. Atqui Theodulus hoc loco diserte μακαρίτης appellatur, id est beatæ memoriæ. Quod nonnisi de mortuis dici solet, ut cuncti sciunt. Recte igitur Hilarius hunc locum ita vertit : *Decessit enim coepiscopus noster beatissimus Theodulus, fugiens ipsorum infestationem.* De hoc Theodulo Trajanopolis in Thracia episcopo vide Athanasium in epistola ad Solitarios, pag. 821; et in Apologetico quem de fuga sua conscripsit. Ex quibus tamen locis colligi videtur, Theodulum hunc adhuc superstitem fuisse post concilium Serdicense. Quod si ita est, tum hoc loco ἀνέστη vertendum erit, recessit, vel sedem suam reliquit. Porro in vulg. ed. Athanasii hoc verbum desideratur.

Αἰσχυνόμενοι γάρ. Apud Athanasium hic locus ita legitur ᾐσχύνοντο μὲν γὰρ ὁμολογεῖν ἃ ὀρθῶς ἔχασι· διὰ δὲ τὸ μὴ δύνασθαι λοιπὸν, etc. Vulgatam tamen Scripturam tuetur Hilarius et Epiphanius Scholasticus. Quanquam Hilarius verbum ὁμολογεῖν, quod apud Athanasium legitur, in sua quoque versione agnoscit. Sic enim habet : *Hæc igitur considerantes, in angusto se teneri pertidebant : erubescentes quidem confiteri ea quæ commiserant, eo quod de cætero non possent ea diutius occultare.*

Pag. 77. *Καὶ ἀποδυρομένων.* Post hæc verba duæ voces deerant in vulgatis editionibus, quas supplevi ex mss. codicibus Savilii et Allatii, et ex Athanasio in Apologetico secundo contra Arianos.

Ἄλλως τε λέγουσιν. Hic locus aliter legitur apud Athanasium, hoc modo, Ἄλλως τε ἃ λέγουσιν ὑπομνήματα ἔχειν κατ' αὐτοῦ, κατὰ μονομέρειαν συνέστηκε γεγενῆσθαι. Quomodo edidit Jacobus Sirmundus. Nec dubium est quin hæc scriptura vulgatæ lectioni anteponenda sit. Certe Hilarius legit συνέστηκε, ut ex versione ejus apparet.

Καὶ διαψεύσασθαι. Apud Athanasium et in editione Jacobi Sirmundi legitur, καὶ διελέγχθαι absque ullo sensu. Itaque malim legere, καὶ ἐλεγχθεὶς, etc. Emendationem nostram confirmat Hilarius in Frag., qui hunc locum ita vertit : *Namet ipse totius malitiæ Ischyrus commentator, erasisse Athanasium quemdam de divinis Scripturis librum dicebat; ac de hoc convictus confiteri coepit,* etc.

Pag. 78. *Καὶ τοὺς πάλαι κατηγορηθέντας.* Rectius apud Athanasium legitur καθαιρεθέντας, quomodo etiam scriptum habet codex Savilii. Atque ita legit Hilarius, ut ex ipsius versione apparet.

Ἀπὸ δὲ πρεσβυτέρων. Hunc locum male, ni fallor, acceperunt interpretes. Non enim simpliciter dicunt sancti Patres, Arianos promovisse quosdam presbyteros ad episcopatum (non enim grave id crimen fuisset); sed objiciunt Arianis quod multos, cum diaconos, tum presbyteros qui legitime depositi fuerant, non solum in communionem susceperint, sed etiam ad altiorem vexerint gradum, ἀπὸ πρεσβυτέρων. Igitur sunt depositi ex ordine presbyterii : quemadmodum ἀπὸ ἐπισκόπων, sunt episcopi depositi, ut legitur apud Palladium in Vita Joannis Chrysostomi.

Pag. 79. *Μακαρίου ἀπὸ Παλαιστίνης.* Ita legitur in cunctis exemplaribus et apud ipsum Athanasium. Scribendum tamen est ἀρείου, ut legitur apud Hilarium in Fragmentis. Sic enim Athanasius alibi eum vocat. Et inter episcopos qui Serdicensi concilio subscripserunt, recensetur Arius a Palæstina, et Asterius ab Arabia.

Διὰ τὸ ἀπειλεῖν καὶ ἐντέλλεσθαι. Apud Athanasium legitur καὶ ἐπαγγέλλεσθαι. Quæ si vera lectio est, necessario dicendum erit transposita esse vocabula, et verbum ἐπαγγέλλεσθαι priore loco reponendum. Vulgatam tamen lectionem interpretari commode possumus de mandatis imperatoris Constantii, quæ dederat diversis judicibus adversus eos qui ab Orientalium consortio recessissent.

Pag. 80. *Εἰ καὶ φοβηθέντες.* Rectius apud Athanasium scribitur εἰ καὶ φοβηθεὶς μὴ παρεγένετο. Et paulo post καθηρῆσθαι αὐτὸν διὰ τὸ καὶ τοῦτον, etc. Hæc enim de Georgio solo dicuntur, qui sibi metuens domi remanserat, nec una cum reliquis Orientis episcopis ad concilium venerat. Certe quæ sequuntur, aperte significant solum hic Georgium Laodicenum intelligi. Hic enim, dum esset

Digitized by Google

presbyter, ab Alexandro Alexandriæ episcopo depositus fuerat, ut testatur Athanasius, tum in *Apologetico ad Constantium*, tum in libro *De synodis Arimini et Seleuciæ*. Sed et Hilarius in Fragmentis, hunc locum non aliter legit atque accepit quam Athanasius.

Ὁμοῳωσίαν διασώζεσθαι. In his verbis claudit epistola synodica concilii Serdicensis, tum apud Athanasium in secundo Apologetico contra Arianos, tum apud Hilarium in Fragmentis. Et post hæc verba additur solemnis salutatio in hunc modum, Ἡ θεία πρόνοια καθωσιωμένους ὑμᾶς καὶ εὐθυμοῦντας διαφυλάττοι, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί. Apud Hilarium vero hæc adduntur : *Optamus, fratres, vos in Domino bene valere.* Cætera quæ sequuntur apud Theodoretum de expositione fidei, spuria sunt et adulterina, ut docet certissimus auctor Athanasius in epistola synodica ad Antiochenses, pag. 576 editionis Parisiensis. Ubi hæc adjecta fuisse dicit a quibusdam, absque consensu episcoporum qui concilio interfuerant. Quibus reliqui episcopi acriter restiterunt, proclamantes contentos se esse Nicæna fide, nec quidquam ei ulterius addendum : ne fides a sanctis Patribus edita, imperfecta esse videretur, neve aditus daretur malis hominibus novas subinde fidei formulas procudendi. Ac profecto satis mirari non possum, Theodoretum istud ignorasse, aut si scivit, id dissimulasse. Quorum neutrum in Theodoreto excusari potest.

Ὅτι γεννητός ἐστιν ἅμα καὶ ἀγέννητος. Hic locus corruptissimus est, nec ullum ex eo commodum sensum elicere potuerunt interpretes. Ego vero levissima mutatione eum ita restituendum esse existimo, γεννητός ἐστιν ἅμα καὶ γενητὸς, hæc enim erat hæresis Arianorum, qui Filium Dei simul genitum et factum esse dicebant ; et iis duobus vocabulis quæ unica littera inter se discrepant γεννητὸς et γενητὸς, imperitis hominibus illudebant. Hos igitur damnant sanctissimi Patres, seu potius ii qui appendicem istam composuerunt. Quantum porro discriminis sit inter ista duo vocabula, nemo est qui non videat. Idem dicendum est de duobus illis vocabulis ἀγέννητος et ἀγένητος. Nicetas in *Thesauro orthodoxæ fidei*, lib. II, cap. 34, hanc differentiam notat his verbis : « Sciendum enim est quod ἀγένητον, si per unicum ν scribatur, id significat, quod nec creatum nec factum est : ἀγέννητον vero per duplex ν, id significat, quod genitum non est. Jam priore significato, essentia differt ab essentia : alia enim essentia est increata seu ἀγένητος per unicum ν, aliaque item γενητὴ seu creata. Posteriore vero significato essentia nihil quidquam ab essentia differt. Omnis enim animantium speciei prima hypostasis ἀγέννητος, hoc est ingenita, non autem ἀγένητος, hoc est increata fuit, etc. Jam si priorem significationem sequaris, tres illæ divinæ hypostases inter se conveniunt. Nam consubstantiales et increatæ sunt : posteriorem vero si sequaris, haudquaquam conveniunt. Solus enim Pater ingenitus est, » etc. Idem longe ante Nicetam notarat Epiphanius in hæresi Origenistarum cap. 8, ubi reprehendit Origenem qui in Præfatione commentariorum in Psalmos, Filium Dei appellarat γενητὸν θεόν. Ac nonnullos quidem Origenem excusantes contendisse scribit, idem esse γεννητὸν et γενητόν. Contra vero affirmat Epiphanius hæc duo longe inter se differre. Γενητὸν enim esse id quod factum est et creatum.

Pag. 81. *Οὕτως ἑαυτούς.* Codex Leonis Allatii hic una voce auctior est, hoc modo οὕτως γὰρ αὐτοὺς νοεῖν, etc. Sequentia vero non dubito quin sic emendanda sint ὅτι οὗτος εἷς τῶν γεγενημένων ἐστί. Id est *sic, enim se intelligere profitentur genitum, quia ille sit unus ex iis quæ facta sunt.* Emendationem nostram confirmat Epiphanius loco citato.

Γένεσιν ἔχει. Primam vocem addiderunt typographi Genevienses ex libro Christophorsoni. Sed cum absit a mss. codicibus, nec habeatur in editione Basiliensi, nec in versione Epiphanii Scholastici, merito eam expunxi, licet Sirmundus eam retinuerit, et pro ὅπερ emendaverit ὅσπερ.

Ὃ ἐστι λόγος πνεῦμα οὐκ ἔχων. In editione Basiliensi duæ postremæ voces parenthesi includuntur, nec habentur in versione Epiphanii Scholastici. Ego vero etiam priores libenter expungerem, quippe quæ sensum hujus loci conturbant. Quod si quis eas retinere voluerit, locus interpungendus erit hoc modo : μηδὲ εἶναι δύνασθαι ὃ ἐστι λόγος, πνεῦμα οὐκ ἔχων. Id est, *nec verbum posse esse sine spiritu.*

Οὐ πάντοτε γὰρ εἶναι. Hoc loco verba transposita esse jampridem animadverti. Igitur ante hæc verba, collocanda est periodus quæ sequitur, hoc modo, ὅτι ὁ πάντοτε ὢν, ἀρχὴν οὐχ ἔχει Λόγος. Ita plana sunt omnia.

Ἀληθῆ δὲ Υἱὸν παραδιδόαμεν. Duæ priores voces desunt in ms. codice Savilii et in ed. Bas.

Διαρέμει δὲ τῇ κοινῇ κτίσει. In codice Leonis Allatii καινῇ κτίσει, optime meo quidem judicio. Sic enim Apostolus vocat resurrectionem. Aiunt igitur sancti Patres Christum vocari primogenitum juxta humanitatem. Licet autem sit primogenitus hominum, præstantiorem tamen esse reliquis hominibus ob resurrectionis gloriam.

Pag. 83. *Δύο δὴ οὖν τῶν εἰς τὴν σαρδικὴν.* Vincentium Capuæ, et Eufratam Coloniæ Agrippinæ episcopos intelligit qui a synodo Serdicensi ad Constantium per id temporis Antiochiæ degentem missi sunt, petituri ab illo ut episcopos synodali sententia restitutos, ad sedes suas redire pateretur, ut docet Athanasius in epistola ad Solitarios, pag. 822, ubi etiam narrat scenam illam meretricis a Stephano conductæ et in episcopi dormientis cubiculum introductæ. De qua Theodoretus in sequenti capite.

Σαλιαρὸς δὲ τούτῳ. Saliam verti, potius quam Salianum. Nam Salianus non est nomen Romanum. Salia vero vir fuit eo tempore celeberrimus, qui et consul fuit in Occidente anno sequente, qui fuit annus Christi 348 ; synodus autem Serdicensis celebrata est anno Christi 347. Hujus Saliæ mentio fit, tum in fastis consularibus, tum apud Prudentium, qui se eo consule in lucem editum esse testatur. Fuit enim consul in Occidente, ut jam dixi. Hunc ergo Saliam hic a Theodoreto designari existimo, quia Constante Augusto missus est ad Constantium anno Christi 347. Unde cum rediisset, ob confectam legationem consulatum accepit. Fuit et alter Salia comes thesaurorum sub Valente Augusto, ut scribit Marcellinus in lib. XXIX.

Ὁ τῶν ὠδίνων κοινωνός. Interpretes collegam et curarum participem iis verbis significari existimarunt. Ego vero fratrem potius intelligi crediderim. Atque ita cepit Camerarius qui sic vertit : *Pollicetur facturum se omnia quæ vellet socius dolorifici partus suus.* Quæ interpretatio barbara quidem est et indigna Camerario, viro Latini sermonis peritissimo : sensum tamen Theodoreti recte exprimit. Proprie quidem κοινωνὸς τῶν ὠδίνων. Fratres geminos significat, qui eodem partu sunt editi. Potest tamen extendi etiam ad fratres non geminos, qui ex eodem utero sunt editi.

In caput IX.

Pag. 84. *Τὰ κατὰ τῶν ἀρίστων παρανόμως.* Hunc locum restitui ex manuscripto codice Henrici Savilii, in quo legitur τὰ κατὰ τῶν ἀστῶν. Optime, meo quidem judicio. Vox ἀρίστων ex superiore linea perperam repetita est, nec sensum ullum habet. In altero codice regio ex quo variantes lectiones Stephanus exscripsit, τῶν εἷς τῶν legitur corrupte.

Pag. 85. *Τοὺς παρανόμους δικαστὰς ἔσεσθαι.* Hunc locum emendavi ex mss. codicibus Savilii et

Digitized by Google

Allatii hoc modo, τοὺς τῆς παρανομίας δικαστὰς ἔσεσθαι προσδοκῶντας. Atque ita etiam edidit Jacobus Sirmundus. Sed locum male interpretatus est hoc modo, *Improbos appellans eos qui se impietatis judices futuros confidebant.* Atqui Euſratas et Vincentius nequaquam se judices fore sperabant. Quomodo enim judices esse possent, qui accusatorum partes acturi erant? Vertendum itaque erat: *Injustos appellans eos, qui iniquitatis istius judices atque ultores brevi se habituros sperabant.* Neque enim Theodoretus dixit αὐτοὺς δικαστὰς ἔσεσθαι, sed simpliciter δικαστὰς ἔσεσθαι.

In caput X.

Pag. 86. *Λεόντιος.* Hunc Leontium inter Arianos antistites semper numerat Athanasius, et ἀπόκοπον, id est castratum, appellat. Ejus tamen elogium exstat in Chronico Alexandrino, consulatu Sergii et Nigriniani, qui fuit annus Christi 350. Quod quidem Chronicum nescio cur Raderus Alexandrinum vocaverit. Ego certe Antiochenum vocare mallem. Etenim auctor illius Chronici diligentissimus est in rebus Antiochensium commemorandis, et mensibus eorum perpetuo utitur, ut olim notavi in epistola ad Jacobum Usserium.

Καὶ ἅπαξ καὶ δίς. In codice Savilii et in editione Basiliensi, verba transposita sunt hoc modo, Καὶ ἅπαξ, καὶ μέντοι καὶ δὶς καὶ τρίς.

In caput XIII.

Pag. 87. *Σεβαστιανὸν ἐξέπεμψε στρατηγόν.* Male Sirmundus magistrum militum interpretatus est. Neque enim Sebastianus magister militum erat, sed dux Ægypti, ut jampridem notavi ad lib. XXIII Ammiani Marcellini. Cæterum falli quoque mihi videtur Theodoretus, qui eum ducem seu στρατηλάτην, cujus mentionem facit Athanasius in loco infra citato, existimaverit esse Sebastianum. Non enim Sebastianum, sed Syrianum ducem intelligit Athanasius, ut ipsemet testatur in epistola ad Solitarios, ubi hæc distinctius enarrat.

Στήσας τοὺς στρατιώτας σύνεγγυς. Epiphanius Scholasticus hunc locum ita vertit, *Statuens milites sibimet cohærentes, ut nullus posset egredientium ab ecclesia eorum manus evadere.* Atque ita quoque Sirmundus interpretatus est, *Densos circum milites locans*, etc. Christophorsonus vero verbum σύνεγγυς non de militibus inter se densius junctis intellexit, sed de iisdem quamproxime juxta ecclesiam collocatis.

Pag. 88. *Ἀναβάντες εἵλκυσαν.* Erat tunc Athanasius sedens in cathedra, ut ipsemet supra testatus est. Erant autem cathedræ episcoporum super absidam collocatæ, quæ gradus habebat, ut dixi in Annotationibus Eusebianis.

Τοὺς δὲ λαοὺς ὑπακούειν. Scribendum puto ὑπηχεῖν, id est, ut populus succineret clausulam psalmi. Ita certe legisse videtur Epiphanius Scholasticus qui hunc locum ita vertit: *Præcepi ut diaconus psalmum legeret, et populi responderent: « Quoniam in sæculum misericordia ejus. »* Id Græci proprie dicebant ὑπηχεῖν· sic Basilius in epistola 63, ad clericos Neocæsarienses.

In caput XIV.

Πυρὰν ἀνάψας. In mss. codicibus Savilii et Allatii et in editione Basiliensi legitur πῦρ ἀνάψας, levi discrimine.

Pag. 89. *Καὶ ἁρπαγαί.* Apud Athanasium in *Apologetico*, pag. 704, legitur καὶ ἄρτοι. Et locus distinguitur hoc modo, ὀρφανῶν καὶ χηρῶν ἡρπάζοντο αἱ οἰκίαι καὶ ἄρτοι.

Pag. 90. *Θαπτομέναις ὑμῖν.* In manuscripto Savilii et in editione Basiliensi legitur θαπτομένοις, quæ scriptura non displicet, dummodo legamus ἡμῖν. Nam si ὑμῖν legeris, vulgata lectio retinenda erit, cum epistola scripta sit ad Virgines. Porro hæc Athanasii epistola hodie, quod sciam, non exstat.

Ἡ καταστροφή. Camerarius vertit, ultimum actum; Sirmundus vero, catastrophen.

Κομισθῆναι αὐτοῦ τὴν κεφαλήν. Magis placet scriptura codicis Allatii, quam Basiliensis quoque editio confirmat. In iis enim legitur κομισθῆναί οἱ τὴν κεφαλήν.

In caput XV.

Σύνοδον συναγεῖραι. Melius scriberetur συναγεῖραι, quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus. Vulgata tamen lectio minime rejicienda est, contra consensum omnium librorum.

Καθέκαστον ἐν Τύρῳ. Primam vocem in editione sua expunxit Jacobus Sirmundus, satis audacter, cum in omnibus nostris exemplaribus habeatur. Ego vero hanc vocem non expungendam omnino, sed transponendam duntaxat existimo, hoc modo, ἐν Τύρῳ γεγενημένῃ καθαιρέσει καθέκαστον συνθέσθαι. Quam lectionem in versione mea sum secutus.

In caput XVI.

Pag. 92. *Διάλογος Λιβερίου.* Dialogum verterunt interpretes. Sed magis probo versionem Joachimi camerarii, qui vertit, *Colloquium Liberii Rom. episcopi et Constantii imp.* In vetusto codice bibliothecæ Thuanæ, inscribitur *Disputatio imp. Constantii et Liberii Rom. pontificis.* Verum si proprie loqui velimus, nec *dialogus*, nec *colloquium*, nec *disputatio* Liberii cum Constantio vocari debet, sed potius *Interrogatio Liberii episcopi Rom. facta in consistorio*, sive *Acta habita in consistorio, præsente Constantio Aug. Imperator Constantius dixit*, etc. Hæc enim erat forma Actorum in consistorio, ut videre est in codice Theodosiano, titulo *De his quæ administrantibus vendita sunt.* Et in titulo *De fide testium et instrumentorum*, citatur pars Actorum habitorum apud imp. Julianum Aug. Mamertino et Nevitta coss, x Kalendas Aprilis CP. in consistorio, astante Jovio viro clarissimo quæstore, Anatolio magistro officiorum, Felice com. sacrarum largitionum, etc., imperator Julianus Aug. dixit, etc.

Pag. 93. *Τὸν καιρὸν διαπαίζει.* Epiphanius Scholasticus vertit, *Sed ille, sicut ab initio, tempus eludit.* In manuscripto codice Thuano quem supra citavi, legitur inludit. Eodem fere modo vertit Camerarius. *Sed ipse a primis temporibus omnes illudit.*

Οὐ κρίναντες κατεδίκασαν. Longe elegantiori mihi videtur scriptura quam in duobus codicibus Savilii et Allatii, et in editione Basiliensi reperi, οὐ κρίναντες κατέκριναν.

Καὶ ἐν τῇ συνόδῳ κατεψηφίσαντο. In codice Leonis Allatii scriptum est ἐν ᾗ συνεψηφίσαντο. Quod magis placet.

Κατεψηφίσαντο ἀλόγως. Postrema vox deest in codice Allatii, nec habetur in versione Epiphanii Scholastici.

Ἐν τῇ συνόδῳ τῇ κατὰ Νίκαιαν. Nescio quid sibi voluerit hic Eunuchus. Certum est enim Athanasium in concilio Nicæno pro fide catholica acriter decertasse, nec a Nicænis Patribus alienum a fide catholica declaratum esse. Sed stultus stulta loquitur. Ac fortasse adverbium ἀλόγως ad hanc periodum referri debet hoc modo: Ἀλόγως Εὐσέβιος εὐνοῦχος εἶπεν. Verbum autem ἀπεδείχθη significat apparuisse seu visum esse.

Πέντε μόροι ἔκριναν. In codice Leonis Allatii scribitur ἐπέκριναν: quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus. Sed hic quæri merito potest, quomodo verum sit quod ait Liberius, quinque solos episcopos condemnasse Athanasium in synodo Tyri, cum in ea synodo quam plurimi fuerint episcopi. Huic objectioni ita respondendum videtur. Quinque episcopi missi sunt in Mareotem a synodo Tyri, ut in re præsenti cognoscerent de sacro poculo quod ab Athanasio fractum fuisse dicebatur, et de aliis criminibus quæ illi fuerant objecta. Illi quinque episcopi cum in Mareotem venissent, falsa illic acta

Digitized by Google

conscripserunt. Quæ cum postea retulissent ad synodum, ex illorum fide statim damnatus est Athanasius. Recte ergo hi quinque soli Athanasium damnasse dicuntur, cum ex eorum falsa relatione damnatus fuerit Athanasius.

Τῶν συμπλευσάντων αὐτῷ. Vox *αὐτῷ* deest in codice Leonis Allatii, et videtur omnino expungenda. Neque enim hi quinque episcopi una cum Athanasio navigarunt in Mareotem; imo queritur passim Athanasius, quod quæstio illa in Mareote habita sit ipso absente. In ms. codice Henrici Savilii totus hic locus ita legitur πέντε μόνοι ἐπικριθέντων συμπλεῦσαι αὐτῷ.

Ἀπὸ τούτων τῶν ἀποσταλέντων. Joachimus Camerarius hunc locum ita vertit : *Ab hisce missis hujus rei causa, Serdicæ suffragia collecta sunt.* Sirmundus vero ita exposuit : *Ab hisce apud Serdicam hac de re sententia exquirebatur.* Christophorsonus autem sic interpretatus est : *A quibus ad eam rem missis, in concilio Sardicensi sententia de hac controversia lata est.* Quæ quidem interpretatio duabus aliis longe anteponenda est. Sed quis non miretur, tres viros doctissimos non animadvertisse vitium hujus loci, nec vidisse pro ἀπὸ ταύτων scribendum esse κατὰ τούτων. Id est contra hos quinque qui missi fuerant a synodo Tyri in Mareotem, sententia lata est in synodo Serdicensi. Nihil certius hac emendatione, quam confirmat epistola synodica ejusdem concilii ; in qua tamen nulla fit mentio Maris Chalcedonensis episcopi, quod satis miror.

Οἱ ἐν τῇ συνόδῳ βιβλία. Intelligit libellum satisfactionis quem Ursacius et Valens Julio obtulerunt, orantes ut in communionem reciperentur. Cave autem intelligas libellum hunc oblatum esse in synodo Serdicensi. Oblatus est enim Romæ Julio papæ, ut docet Athanasius in secundo *Apologetico* contra Arianos, Hilarius in Fragmentis et Socrates atque Sozomenus, biennio post synodum Serdicensem, id est anno Christi 349. Quare synodi nomine hic intelligenda est synodus Romana.

Ἡ τοῖς νῦν τούτων κατυψηφισαμένοις. Serdicenses Patres intelligit, a quibus Ursacius et Valens ac Theodorus fuerant condemnati, ut discimus ex epistola synodica concilii Serdicensis. Sane illud notandum est, ex quinque episcopis quos supra commemoravit Liberius, tres tantum illos quos dixi, in Serdicensi concilio fuisse damnatos. De Theognio autem et Mari nihil dicitur in epistola synodica : ideo fortasse quod minus noxii essent quam reliqui tres ; et quia Theognius jam ex vivis excesserat.

Συλλογισάμενος τὸν βασιλέα. Jam pridem hunc locum sic emendandum esse conjeceram, Ὡς συλαγωγησάμενος τὸν βασιλέα. Neque enim Græce dici posse existimo συλλογίζεσθαί τινα pro superare aliquem disputando ; συλαγωγεῖν vero optime dicitur. Sic enim apostolus Paulus dixit : Μή τις ὑμᾶς συλαγωγήσῃ· *Ne quis vos decipiat.* Ferri tamen potest vulgata lectio. Sic enim loquitur Theodoretus in *Philotheo*, cap. 8 : Τῷ τῆς ἀπολογίας δικαίῳ συλλογισθείς.

Καταδικάζεις ἄνθρωπον. Magis placet scriptura codicis Allatiani καταδικάζετε. Paulo post ex eodem codice emendavi προχωρῆσαι, ubi antea legebatur προχειρίσαι. Quam emendationem confirmat alter ex codicibus regiis.

Καὶ ὁ ἀντιποιούμενος αὐτῶν. Camerarius vertit *et defensores eorum.* Id est, tam rei quam accusatorum patroni ac suffragatores.

Εἰσφέροντος τῷ ἀνθρώπῳ. In manuscripto codice Henrici Savilii, et in editione Basiliensi legitur, εἰσφέρων πρὸς τὸν ἄνθρωπον.

Κατὰ Μαγνέντιον. Mallem scribere κατὰ Μαγνεντίου καὶ Σιλβανοῦ

Χαραχθῆναι δοκιμασθῇ. In codice Leonis Allatii scribitur ταραχθῆναι. Quod magis placet.

Ἡ ἐννοῆσαι. Melius in codice Leonis Allatii scribitur ἐννόησαι, qui est aoristus passivi imperativi. In eodem codice legitur, καὶ εἰ βούλει ὑπογράψας, etc.

Πεντακοσίους ὁλοκοτίνους. In editione Basiliensi legitur ὁλοκοττίνους. In codice Leonis Allatii, πεντακόσια ὁλοκότινα, quod nomen Græcumne sit, an barbarum, plane ignoro. Neque enim alibi legere memini. Assentior tamen Epiphanio qui, solidos vertit. Ὅλος enim quod præcidit in hujus nominis compositione, solidum significat. Jacobus Sirmundus pro ὁλοκοτίνους edidit γρυσίνους, quod nescio undenam hauserit. Vocem ὁλοκότινα reperi tandem apud Theophanem in gestis Leonis Isauri, pag. 345. Διετάξαμεν τοῖς διοικηταῖς καὶ ἀπαιτοῦσιν εἰς κανόνα κατὰ ὁλοκοτίνιν τὸ μιλιαρήσιον. Anastasius vertit : *Per singulos aureos nummum argenteum unum.*

Γενοῦ Χριστιανός. Eusebius præpositus cubiculi erat Arianus, ut cuncti sciunt. Catholici vero Arianos non habebant pro Christianis, ut docet Athanasius in epistola ad Solitarios pag. 829, 831 et 836. Idem docet Hieronymus in dialogo adversus Luciferianos in principio dialogi.

In caput XVII.

Τῶν ἐν τέλει καὶ ἀξιώμασιν. Melius in codice Allatii ac Savilii et in editione Basiliensi legitur καὶ ἀξιωματικῶν. Sunt autem ἀξιωματικοὶ honorati, ut notavi ad lib. 14 Ammiani Marcellini.

In caput XIX.

Pag. 97. *Ἔκ τε τῆς.* Exstat hæc epistola synodica apud Socratem in lib. II. *Historiæ*, cap. 37, ubi vide si placet quæ notavi.

Pag. 98. *Ἄτοπον ἐνομίσαμεν.* Verbum ἐνομίσαμεν deest in codice Leonis Allatii et in editione Basiliensi, nec habetur apud Athanasium et Socratem, ut illic notavi.

In caput XX.

Pag. 100. *Ἀλλὰ μὴν ἐκεῖνο δ ἀπηγγέλμεθα.* Totus hic locus longe aliter legitur apud Socratem in lib II, *Historiæ*, cap. 37. Sed et universæ epistolæ interpretatio multum discrepat ab hac versione Theodoreti. Socratis versionem in excerptis seu collectaneis suis posuit Theodorus lector, eo quod elegantior esset ac planior altera illa Theodoreti versione. Cæterum Socratis interpretatio habetur etiam apud Athanasium ad calcem libri *De synodis Arimini et Seleuciæ*. Pro verbo ἀπηγγέλμεθα codex Savilii habet ἐπηγγέλμεθα.

In caput XXII.

Pag. 102. *Ἀδελφοῖς τοῖς ἐν Ἰλλυρικῷ καθεστῶσιν.* Hæc epistola Damasi papæ, nuper edita est in collectione Romana Lucæ Holstenii, pag. 165 : sed titulus epistolæ aliter ibi concipitur quam apud Theodoretum, hoc scilicet modo : *Damasus, Valerianus, Vitalianus et cæteri qui ad audiendam causam Auxentii, exponendamque fidem, in urbe Roma convenerunt. episcopis catholicis per Orientem constitutis in Domino salutem.* Ego in Adnotationibus ad lib. 6 Sozom., cap. 23, jam monui, errorem esse in collectione Romana, ubi hæc epistola Damasi scripta esse dicitur ad episcopos per Orientem constitutos. Consulet igitur lector adnotationes nostras, ne hic repetere cogamur ea quæ illic observavimus.

Τὴν ἁγίαν πίστιν ὑμῶν. In ms. codice Henrici Savilii et in editione Basiliensi legitur ἡμῶν, quomodo etiam scribitur apud Sozomenum in lib. 6, cap. 23. Nec aliter legit Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet.

Ταύτην ὑμᾶς κατέχειν. In codice Leonis Allatii et apud Sozomenum deest vocabulum ὑμᾶς, quod tamen necessarium videtur si in priore membro legerimus τὴν ἁγίαν πίστιν ἡμῶν. Certe Epiphanius Scholasticus, qui priore loco πίστιν ἡμῶν legerat, ὑμᾶς hic legit.

Digitized by Google

PAG. 103. *Κατακεκρίσθαι προγέγραπται.* Codex Savilii et Basiliensis editio habent προσγέγραπται. Intelligit autem Damasus Auxentium jam antea ob hæresim Arianam sæpius damnatum fuisse,

Καὶ οἱ ἐκ τῆς Ῥωμαίων ἀγιωτάτης ἐπίσκοποι. Tota hæc pericope deest in codice Saviliano et in editione Basiliensi, nec habetur apud Sozomenum nec apud Epiphanium Scholasticum. In Romana tamen collectione leguntur hæc verba : *Majores nostri* CCCXVIII *episcopi, atque ex parte* sic lego, *sanctissimi episcopi urbis Romæ directi, apud Nicæam confecto concilio, hunc murum adversus arma diabolica struxerunt.* Non igitur sine causa hæc verba retinenda esse censui. Tantum pro voce ἐπίσκοποι, ex Sozomeno, Epiphanio ac Theodoro lectore, emendavi ἐπίλεκτοι. In quo studiosos lectores mihi assensuros esse confido. Non enim episcopi a sede Romana ad concilium Nicænum missi sunt; sed presbyteri Vito et Vincentius.

In caput XXIII.

PAG. 104. *Καὶ ὡς δράματα μὴ ἔχοντα ἰσχύν.* Jacobus Sirmundus δράγματα emendavit ex Epistola Athanasii ad Afros. Sed videndum ne Athanasius potius emendandus sit ex Theodoreto. Neque enim intelligo quomodo Arianorum synodi comparari possint manipulis vim non habentibus : quasi manipuli vim habere possint. Itaque magis probo scripturam codicum nostrorum. Recte enim Arianorum formulæ comparantur fabulis seu figmentis. Apud Athanasium legitur in singulari ὡς δράγμα ἰσχὺν οὐκ ἔχον. Sic etiam in codice Leonis Allatii scribitur ὡς δρᾶμα μὴ ἔχον ἰσχύν.

PAG. 105. *Καὶ τὰς παρ' ἐκείνων.* In edit. Rob. Stephani pag. 104. et in Basil. legitur καὶ τὰ παρ' ἐκείνων. Primi Genevenses typographi τάς emendarunt ex Athanasii epistola ad Afros. Altera tamen scriptura tolerari potest. Præcessit enim, τὰ δὲ ἐν τῇ Θράκῃ πραχθέντα, etc. Paulo post, ubi legebatur καὶ ὁμολογήσαντες, emendavi ὡμολόγησαν, ut legitur in editione Basiliensi, et apud Athanasium.

In Caput XXIV.

PAG. 106. *Αὐτουργὸς γενόμενος τῆς τόλμης.* Magis placet scriptura quam in variis lectionibus ad calcem editionis suæ exhibuit Robertus Stephanus ex altero codice regio τῆς τομῆς. Intelligit autem Theodoretus canonem primum Concilii Nicæni, qui est de his qui se absciderunt.

Κεκωλυμένος. In edit. Basil. excusum est κεκωλυμένως adverbialiter, quod magis placet.

Τὴν μὲν δι' οὗ πρόθεσιν. Joachimus Camerarius in margine versionis suæ lectorem admonuit, scribendum esse διὰ non δι' οὗ, quem secutus Jacobus Sirmundus in editione sua διὰ excudit. Verum uterque falli mihi videtur. Putarunt enim glorificationem seu δοξολογίαν nihil aliud esse quam versum illum qui ad calcem psalmorum vulgo cani solet : *Gloria Patri et Filio*, etc. In qua etiam opinione fuisse videtur Epiphanius Scholasticus : cum tamen δοξολογία generaliter dicatur omnis glorificatio quæ tam in fine psalmorum, quam ad calcem orationum et homiliarum addi solebat a Christianis, quemadmodum discimus ex Basilio Magno in libro II, de Spiritu sancto. Porro in fine orationum et sermonum ad populum, antiqui Patres fere dicebant : Δι' οὗ, *Per quem Omnipotenti honor et gloria*, etc., ut videre est, tum apud Basilium in dicto loco, tum in opusculis Eusebii Pamphili a Jacobo Sirmundo olim editis. Vide Philostorgium in lib. III, cap. 13.

Κατὰ τῶν τῆς Ἐκκλησίας. Amplector scripturam codicis Allatiani, in quo legitur : Κατὰ τῶν τῆς ἀληθείας ἐτεχνάσατο συνηγόρων. Atque ita legit Epiphanius Scholasticus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic etiam edidit Jacobus Sirmondus.

PAG. 107. *Ἐκ διαδοχῆς ᾄδειν.* De hoc more antiphonatim psallendi, vide quæ notavi ad Socratem, pag. 78.

Τοὺς τῶν θείων ἐραστάς. Monachos videtur intelligere. Horum enim multitudinem Antiochiæ collegit Flavianus, ut scribit Philostorgius in lib. III, cap. 13.

Καὶ τοὺς συνεργάτας. Emendavimus συνεραστάς ex manuscriptis codicibus Savilii et Allatii. Sirmundus tamen ἐραστὰς edidit, cui favere videtur Epiphanii versio. Sed nostra emendatio longe præstat. Non enim amatores Flaviani et Diodori hic intelliguntur, sed ii qui una cum illis, rerum divinarum amore flagrabant. Qui cum antea ad Basilicas martyrum pernoctare soliti essent extra urbem, et illic psalmos canere, postea hortatu Leontii, in ecclesiis intra urbem id egerunt.

In caput XXVI.

PAG. 110. *Περὶ πρωτείων.* Huic contentioni occasionem præbuerat canon septimus concilii Nicæni, qui episcopo Hierosolymorum, eum honoris gradum quem ab ultimis temporibus habuerat, jusserat conservari, salva tamen Cæsariensi episcopo metropolitani dignitate. Quo tamen canone omnis potestas ac jurisdictio servata erat episcopo Cæsariensi : Hierosolymorum autem episcopo nihil præter honorem ac reverentiam tributum fuerat.

Τοῖς κοινωνοῖς. Recte Jacobus Sirmundus emendavit τοῖς κοινοῖς, quemadmodum scribitur in codice Leonis Allatii, et in altero codice Regio, cujus variantes lectiones edidit Stephanus.

Ὁ Κύριλλος τοῦ συνεδρίου. In manuscripto codice Henrici Savilii hæc adduntur, καὶ τῶν βουλευμάτων. Quæ licet in reliquis codicibus non legantur, proba tamen mihi videntur, nec rejicienda.

In caput XXVII.

Κωνστάντιος γὰρ ἀπὸ τῆς ἑσπέρας. Ab his verbis inchoavi caput 27, Basiliensem et Roberti Stephani editionem secutus. In his enim editionibus caput 27, incipit ab his verbis, nota numerali insignitum, qui in Basiliensi quidem editione prænotatur capitulo, in editione vero Stephani ascripta est ad latus. Ipsum autem titulum capitis qui secundo libro præfixus est in codice capitulorum, emendavi ex conjectura. Priorem enim partem, quæ erat de synodo Seleucena, conjeci in titulum capitis 26, in quo agitur de synodo Nicæna. Quod quidem recte et cum judicio a nobis factum esse, nemo, ut opinor, negabit. Id enim res ipsa postulabat.

PAG. 113. *Τὴν τοῦ θείου βαπτίσματος λειτουργίαν.* Hunc locum de baptismi sacramento intellexerunt interpretes. Ego vero de festo Epiphaniorum die malim intelligere, quo Christus in Jordane est baptizatus. Hunc enim diem præcipuo honore colebant Hierosolymitani, eo quod apud ipsos Christus tinctus fuisset. Eoque die infantes baptizari apud illos solebant, ut legere memini in Typico monasterii sancti Sabæ, ubi etiam officium illius diei refertur. Λειτουργία igitur hoc loco, vel missam illius diei significat, vel totum officium. Sic λειτουργίαν usurpat Theodoretus supra in cap. 24, hujus libri, pag. 107. Porro ex hoc loco apparet, quam vetusta sit consuetudo sacrarum vestium in Ecclesia.

PAG. 112. *Γεώργιος δὲ ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων.* Idem de Aetio testatur Gregorius Nyssenus in lib. I *Contra Eunomium*, ubi Aetii vitam describit : Ἐπὶ τούτοις τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου βασιλικῇ δυναστείᾳ τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας μετατεθέντος, Γεωργίου δὲ τοῦ Ταρβασθηνίτου τὸν ἐκείνου λαὸν διασπῶντος, πάλιν Ἀλεξανδρεὺς ὁ Ἀέτιος, etc.

Κωνσταντινουπολιτῶν Ἐκκλησίας εὐδόξιος. Id factum est Constantio Aug. x et Juliano Cæsare III coss., anno Christi 360, die 27 mensis Januarii, præsentibus episcopis 72 : Mari, Acatio, Georgio, Serra, Uranio, Theodosio, Eusebio, et cæteris quorum nomina recensentur in *Chronico*

Digitized by Google

Alexandrino. Sed in eo Chronico perperam excusum est Μαριακεσίου, confusis in unum duobus vocabulis. Illi sunt episcopi qui synodo Constantinopolitanæ interfuerunt, de qua hic loquitur Theodoretus, et sub quorum præsentia dedicata est magna ecclesia Constantinopoli, præsente Constantio, mense Februario, quemadmodum legitur in eodem Chronico. Neque enim assentior Baronio, qui synodum CP. confert in annum Christi 359, quanquam fateri cogitur, eam in annum sequentem esse propagatam.

In caput XXVIII.

Pag. 114. *Σερᾶς καὶ Στέφανος.* Rectius in ms. codice Savilii et Allatii et in edit. Basil. legitur Σερβᾶς. Hic Serras primum presbyter fuit Libyæ, tempore concilii Nicæni, ut docet Hieronymus in *Dialogo adversus Luciferianos.* Postea vero a Secundo Ptolemaidis episcopo factus est episcopus Libyæ una cum Stephano, ut docet Athanasius in libro *De synodis Arimini et Seleuciæ*, et Philostorgius in lib. III. Fuit autem episcopus Parætonii in Libya, ut testatur Epiphanius in hæresi Semiarianorum, ubi inter episcopos partis Acacii qui Seleuceno concilio subscripserunt, recensetur, Σέρας ἐπίσκοπος ἐκ Παρατονίου τῆς Λιβύης. De Stephano et Heliodoro ac Theophilo vide Philost. Porro Σέρβας scribi debet accentu acuto in priore syllaba, ut legitur in edit. Basil.

Ἀπὸ τῶν ἀποστόλων μέχρι νῦν. Tres priores voces desunt in codice Leonis Allatii. Epiphanius tamen Scholasticus ea verba legisse videtur in suo codice. Sic enim vertit hunc locum: *Dicebat enim eum asperiora præsumere, atque dixisse, Quoniam ea quæ Deus hactenus celasset apostolis, revelata sibimet affirmaret.* Quæ quidem interpretatio rectior mihi videtur quam illa Christophorsoni ac Sirmundi. *Deum sibi ea revelasse quæ ab apostolicis usque temporibus occultarat.*

Μετὰ τοὺς μανιώδεις. In edit. Basil. legitur μετὰ τοὺς μανικούς, levi discrimine.

Συμπεριεψηφίσθημεν αὐτοῖς. Hanc vocem corruptam esse suspicor. Neque enim hoc verbum eo sensu usurpatum uspiam legi. Ac fortasse scribendum est συμπεριηνέχθημεν. Verbum enim συμπεριφέρεσθαι, eo sensu frequenter occurrit in veterum scriptis. Atque ita legisse videtur Epiphan. qui sic vertit: *Verumtamen nos multa longanimitate detenti, multo tempore sustinuimus eos*, etc.

Pag. 115. *Διὰ φιλανθρωπίαν ἀνθρώπων.* Rectius in codice Savilii legitur διὰ φιλίαν, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. Atque ita etiam scriptum habebat alter codex Regius, cujus varias lectiones edidit ad calcem Robertus Steph.

Ἧττον φροντίσαντες. Pro his verbis integram pericopen addidimus ex codice Leonis Allatii et ex altero codice Regio, cujus variantes lectiones in calce editionis suæ Stephanus excudit. Totus igitur locus ita legi debet: Καὶ φιλίαν ἀνθρώπων, τῶν κανόνων τῆς Ἐκκλησίας καὶ τῆς πρὸς ἡμᾶς φιλίας προτιμήσαντες τότε, etc. Ita certe legit Epiphan. Scholast., ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit: *Si vero sine pœnitentia permanerent, amicitiasque hominum regulis Ecclesiæ et concordiæ nostræ præponerent, tunc eos*, etc.

In caput XXX.

Pag. 117. *Περιττὸν οἶμαι καὶ πάρεργον.* Hujus loci emendatio debetur codici Leonis Allatii, in quo legitur καὶ παρέλκον, quomodo etiam edidit Jacobus Sirm.

Pag. 118. *Ὑπερκλύζον τὸ χῶμα.* In ms. codice Savilii, et in edit. Basil. legitur ὑπερεκβλύζον, rectius procul dubio. Nam βλύζειν Græce significat ῥύειν et πηγάζειν, ut testatur Hesychius. Paulo post ex iisdem codicibus emendavi σφοδροτάτην οὖσαν τὴν προσβολήν, cum antea in genitivo legeretur σφοδροτάτης, etc. Sed et codex Allatii emendationem nostram confirmat.

Τὴν ῥώμην οὐκ ἐνεγκόν. Rectius in mss. codicibus Savilii et Allatii legitur ῥύμην; et paulo post pro ἀκμητί, in iisdem codicibus scriptum est ἀκονιτί. In Basiliensi autem editione legitur ἀπονητί.

Τὸν Θεῖον Ἰάκωβον. Multipliciter hic fallitur Theodoretus. Primum enim duas obsidiones urbis Nisibenæ inter se confudit. Deinde tempus obsidionis illius quam hic describit, perperam assignat post synodum Ariminensem ac Seleucenam, id est post annum Christi 359. Atque hunc duplicem errorem Theodoreti jampridem notavit Dionysius Petavius in Annotationibus ad orationem primam Juliani imp. Tertius error est Theodoreti a Petavio minime animadversus. Secundam enim obsidionem Nisibis, Jacobi Nisibeni episcopi precibus solutam esse dicit: cum tamen eo tempore quo secunda obsidio Nisibis facta est sub Constantio, id est anno Christi 350, non Jacobus, sed Vologesus esset Nisibenæ urbis episcopus, ut docet auctor *Chronici Alexandrini.* De tribus autem obsidionibus urbis Nisibenæ sub Constantio, vide quæ notavi ad lib. XX Ammiani Marcellini, pag. 181.

In caput XXXI.

Pag. 120. *Τρίτος Μελέτιος.* Primus sermo quem Meletius habuit ad populum Antiochenum, refertur ab Epiphanio in Hæresi Semiarianorum, cap. 29, ubi multa subjungit de Meletio, et quodnam fuerit hominum ejus ætatis de illo judicium.

Pag. 121. *Τὴν ἐν τῇ καλουμένῃ παλαιᾷ.* Supplendum πόλει. Antiochia enim ex multis urbibus constabat, ut ex Libanii Antiochico jam supra notavi. Harum una vocabatur παλαιά, quæ scilicet primum constructa fuerat. In ea regione urbis Antiochiæ sita erat ecclesia quam Theodoretus *apostolicam* vocat, id est, ab apostolis fundatam, in qua Petrus apostolus primum resederat; unde ecclesia illa etiam παλαιὰ dicta est, tum quod ipsa esset vetustissima ac veluti mater cæterarum: tum quod sita esset in regione urbis ita cognominata. Certe auctor *Chronici Alexandrini* ecclesiam illam παλαιὰν vocat, ubi agit de reditu Meletii regnante Juliano. Athanasius quoque in epistola synodica ad Antiochenos, ecclesiam illam sic appellat.

Τριάκοντα μὲν γὰρ ἔτη. Eustathius episcopatu Antiocheno exutus est anno Christi 330, ut observavi in Annotationibus Eusebianis, pag. 235. Post ejus depositionem, scribit Theodoretus Catholicos Arianis permistos mansisse, nec se ab eorum communione separasse per annos 30, donec pulso Meletio Euzoius Arianus Antiochenam sedem occupavit. Id factum est anno Christi 361. Nam Meletius anno Christi 360, ad Antiochenam sedem translatus fuerat, si Baronio credimus. Verius enim mihi videtur hæc Meletii translatio conferri posse in annum Christi 361. Quippe Meletius, pulso Eustathio, episcopus Sebastiæ factus est in synodo Constantinopolitana anno Christi 360, ut supra notavi ex *Chronico Alexandrino.* Nec verisimile est eodem anno translatum illum fuisse ad sedem Antiochenam, aut eodem anno duas magnas synodos fuisse celebratas, Constantinopoli scilicet et Antiochiæ. Certe Socrates in lib. II, diserte scribit, Antiochenam synodum cujus hic meminit Theodoretus, celebratam fuisse Tauro et Florentio coss., id est anno Christi 361. Porro Theodoretus, tam translationem quam depositionem Meletii junctim in hoc capite retulit, eo quod modicum temporis spatium inter utramque intercessisset. Causam autem depositionis seu prætextum potius, refert Hieronymus in Chronico, et Epiphanius in hæresi Semiarianorum, quod scilicet clericos ab Eudoxio depositos in communionem suscepisset.

In caput XXXII.

Pag. 121. *Τὸν ἔγγραφον ἔλεγχον.* In manuscripto codice Savilii scriptum est ἔγγραπτον. Codex vero Leonis Allatii habet ἀνάγραπτον.

Digitized by Google

HENRICI VALESII

ADNOTATIONES

IN LIBRUM TERTIUM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ THEODORETI.

In caput III.

PAG. 127. *Καὶ πελτῶν καὶ δοράτων.* Malim legere. Nam παλτὸν Græce telum significat, sic dictum ἀπὸ τοῦ πάλλειν quod est vibrare. Ferri tamen potest vulgata lectio. Nam et πέλτης jaculum significat teste Hesychio. Unde καταπέλτης bellica machina videtur dicta.

Ἀμυήτοις γὰρ συμπολεμεῖν. Hanc Theodoreti narrationem de Constantio valde suspectam habeo. Quomodo enim Constantius milites in exercitu habere voluisset sacro lavacro minime tinctos, cum ipse eo tempore nondum esset baptizatus. Etenim diu postea, cum adversus Julianum expeditionem suscepisset, Antiochiæ baptizatus est ab Euzoio episcopo.

In caput IV.

Ὁ ἐκ τῆς Ἰταλίας. Rectius in edit. Basil. excusum est plurali numero οἱ ἐκ τῆς Ἰταλίας, licet Hilarius non ex Italia, sed ex Galliis fuerit oriundus.

Ἐν τῇ καλουμένῃ παλαιᾷ. Ejusdem loci mentionem facit Theodoretus in lib. II *Historiæ*, cap. 31, ubi notavi Ecclesiam quoque ex loco in quo sita erat, ita cognominatam fuisse. Certe auctor *Chronici Alexandrini* id diserte testatur, de Meletii reditu ita scribens : Οὕτως οὖν καὶ Μελέτιος ὁ ἐπὶ ἀσεβείᾳ καὶ ἑτέροις κακοῖς καθηρημένος, ἐπανελθὼν ἐν Ἀντιοχείᾳ τὴν παλαιὰν ἥρπασεν ἐκκλησίαν, συνδραμόντων αὐτῷ καὶ τῶν ἤδη ἐκ τοῦ κλήρου καθαιρεθέντων ἐνθέσμως ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου. Ἐν οἷς ἦν μάλιστα καὶ Διογένης ἀπὸ πρεσβυτέρων, τῶν ἄλλων πλείω συντρέχων, καὶ Βιτάλιος λαϊκὸς ἐν ἐπιθέσει ἀεὶ ζήσας. Ὃς δὴ ἀπὸ πολλοῦ προϊὼν, καὶ ὕστερον λυπηθεὶς μετὰ χρόνον πρὸς τὸν Μελέτιον, ἀπεσχίσθη ἀπ' αὐτοῦ, καὶ αἵρεσιν γέλωτος καὶ αὐτὴν ἀξίαν οὖσαν συνεστήσατο, etc. Quem locum quia interpres non intellexit, hic Latine eonversum apponam : *Ita ergo Meletius qui ob impietatem et alia crimina depositus fuerat, Antiochiam reversus, veterem ecclesiam per vim occupavit : adjunctis illi clericis qui jam antea legitime depositi fuerant a sancta synodo. Inter quos præcipuus erat Diogenes ex presbytero, præ reliquis omnibus concursans et partes adjuvans : et Vitalis laicus, qui semper fraudes atque imposturas exercuerat. Hic ulterius progressus, ad extremum offensus Meletio, ab illo sese abrupit, et hæresim ipse quoque ridiculam condidit.* Sunt hæc optimæ notæ, et ex veteri quodam auctore descripta, qui Meletio haudquaquam favebat. Ac, nisi me fallit opinio, Arianus fuit scriptor ille, ex quo collector Alexandrini Chronici hæc desumpsit. Nam ut superius observavi, Leontium Antiochenum episcopum mirifice prædicat, quem tamen constat Arianum fuisse.

Τὰς λειτουργίας ἐπετέλουν τὰς θείας. Hinc Athanasius Meletianos vocat τοὺς ἐν τῇ παλαιᾷ συναγομένους, distinguens eos ab illis qui erant sub Paulino, id est ab Eustathianis, ut videre est in ejus epist. synodica ad Antiochenos, pag. 575 et 576.

In caput V.

PAG. 120. *Πέντε γὰρ καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη.* Baronius ad annum Christi 408, capite 51, ait corruptos esse hoc loco Theodoreti codices. Neque enim quinque et octoginta annorum spatio durasse id discidium Ecclesiæ Antiochenæ, sed quinque tantum et quadraginta. Cœpisse enim ait hoc schisma ab ordinatione Paulini, quæ facta est anno Christi 362. Sed pace maximi viri dictum sit : non ab eo tempore discidium illud orditur Theodoretus, sed ab ipsa depositione Eustathii, quæ facta est regnante Constantino, anno Christi 330, ut notavi ad cap. 31, lib. II. Ab illo enim tempore Eustathiani separatos conventus habuerunt. Neque enim audiendus est Theodoretus, qui in dicto cap. 31, lib. II, scribit post depositionem Eustathii, saniorem Ecclesiæ partem, id est orthodoxos, per annos 50 patienter tulisse Arianorum perfidiam, mutationem aliquam temporum opperientes. Postquam vero Meletium pelli in exsilium, et Euzoium Arianum in sede Antiochena collocatum viderunt, tum demum ab Arianis discessisse, et seorsum in Palæa conventus habuisse. Id quidem verum est de Meletii sectatoribus ; qui licet cum Arianis initio communicassent, post depositionem Meletii se ab eorum communione abjunxerunt. Eustathiani vero jam antea sese ab Arianis separaverant, et seorsum collectas agebant, ex quo Eustathius per fraudem et calumniam Arianorum, exutus fuerat episcopatu, ut ipse testatur Theodoretus in lib. I, cap. 22. Notabit igitur lector errorem Theodoreti, qui, in Meletium nimis propensus, sanam Ecclesiæ partem appellat *sectatores Meletii*. Sic enim in cap. 31. l. II. Et in hoc capite vocat eos τοὺς τῆς εὐσεβείας ἀντεχομένους. Quasi id solis conveniret Meletii sectatoribus, nec commune illis esset cum Eustathianis. Ex his igitur apparet, discidium illud Antiochensis Ecclesiæ cœptum esse a depositione Eustathii, id est ab anno Christi 330, vel certe 329. Cui si octoginta quinque annos addideris, fiet annus Christi 414 aut 415, quo Alexander Antiochensis episc. Eustathianos reliquo Ecclesiæ corpori adjunxit. Quo posito, Alexandri Antiochensis obitus non anno Christi 411, ut vult Baronius, sed serius contigerit necesse est.

Ἐπωνυμίαν εἰλήφασι. In codice Savilii et in editione Basiliensi legitur *ἐδέξαντο*.

In caput VII.

PAG. 130. *Ἐν τῇ Κωνσταντίνου.* Epiphanius Scholasticus Κωνσταντίου, quod magis probo. Vulgatam tamen lectionem confirmat auctor *Chronici Alexandrini* in rebus gestis Juliani.

Διονύσῳ τῷ γυναιώδει. Rectius in editione Basiliensi legitur τῷ γύνιδι, quomodo etiam legitur apud Epiphanium Scholasticum. Est autem γύνις idem quod Androgynos, ut testatur Suidas. Quod quidem Baccho egregie convenit, quem Androgynum fingunt fabulæ poetarum. Dicitur etiam γύννης per duplex ν, ut scribitur apud Philostratum in *Vita Æliani sophistæ*.

Τοῦ τῆς Θράικης ἁπάσης ἄρχοντος. Jacobus Sirmundus præsidem Thraciæ vertit, dissimulato vocabulo τῆς ὅλης, quod tamen minime otiosum est. Multæ enim erant provinciæ Thraciarum, quarum singulæ suum præsidem habebant. Tota vero diœcesis Thraciæ uni parebat vicario, sub quo

Digitized by Google

erant provinciæ infra scriptæ : Europa, Thracia, Hæmimontus, Rhodope, Mœsia secunda, et Scythia, ut docet Notitia imperii Romani.

Pag. 131. *Δυοῖν θάτερον δρᾶσαι.* Verbum δρᾶσαι deest tam in editione Basiliensi quam in editione Roberti Stephani; et a Genevensibus typographis adjectum est ex libro Christophorsoni. Certe in ms. codice Henrici Savilii idem verbum legitur hoc modo, δοῦσαι δυοῖν θάτερον ἀναγκάζοντες.

In caput XI.

Pag. 134. *Τοῦτον ἤροντό τινες.* Totam hanc historiam desumpsit Theodoretus ex Ruffini lib. x *Historiæ ecclesiasticæ*, ubi Ruffinus ipse testatur id se ex Theodoro sciscitatum esse.

In caput XII.

Ἰουλιανῷ δὲ τῆς ἑώας ὑπάρχῳ. Male Epiphanius et reliqui interpretes præfectum Orientis verterunt. Quin et Sirmundus, ut rem apertius exponeret, præfectum prætorio Orientis interpretatus est. Atqui Julianus avunculus imperatoris Juliani, non præfectus prætorio, sed tantum comes erat Orientis, ut docet Ammianus Marcellinus in lib. XXIII, initio, ubi de ejus obitu scribit.

Ἐλπίδιος δέ. De hoc Elpidio loquitur Libanius in *Oratione pro Aristophane Corinthio*, pag. 218, ubi amicos et suffragatores Aristophanis enumerat, præcipuos amicorum Juliani. Ac primo quidem Maximum et Priscum philosophos : deinde vero Elpidium ac Felicem. Ac de Elpidio quidem ita dicit : Ἀλλ' οὐδ' Ἐλπίδιος, ὃν κατὰ σοφίαν μὲν λείπεσθαι συμβαίνει τοῖν ἀνδροῖν. Τῇ δὲ περὶ τὸ θεῖον σπουδῇ καὶ τῷ περὶ σὲ φίλτρῳ μάλιστα αὐτοῖν ἐοικέναι, etc. Id est : *Sed neque Elpidius, qui quantum quidem ad sapientiam pertinet, inferior est Maximo et Prisco : studio vero erga deos et amore erga te, illis est simillimus*, etc.

Κόμητα πριβάτων. Scribendum est πριβάτων ut legitur in mss. codice Savilii et in edit. Basil.

In caput XIII.

Pag. 135. *Ἀποκρίσεως κόκρου.* Postrema vox deest in editione Basiliensi et in ms. cod. Henrici Savilii, prorsusque superflua mihi videtur.

In caput XIV.

Pag. 136. *Τῆς παρ' αὐτῆς κηρυττομένης.* Codex Savilii scriptum habet παρ' αὐτῶν· vulgata tamen scriptura rectior videtur.

Pag. 137. *Εἰς τὴν καμάραν καθίσασα.* Epiphanius Scholasticus et Christophorsonus *cameram* interpretati sunt; Camerarius vero et Sirmundus, *conclave*: Ego vero *basternam* potius intelligi crediderim, quæ lectica erat matronarum. Erant autem basternæ tectæ in modum camerarum. Unde Hieronymus *caveas basternarum* vocat. Ait igitur Theodoretus, matronam illam collocasse secum in vehiculo juvenem illum, et ad Meletium episcopum deduxisse. Quod si καμάραν cubiculum interpreteris, non video cur matrona illa juvenem muliebri habitu indutum secum in cubiculo sedere jusserit.

In caput XV.

Παῤῥησιαίτερον. In edit. Basil. legitur παῤῥησιέστερον, levi discrimine.

Πεζῖται τροι. Rectius in ms. codice Savilii et in editione Basiliensi legitur πεζέταιροι. Tractum id nomen est ab Alexandri magni militia, qui honoratiores equites ἑτέρους vocari instituit, pedites vero πεζεταίρους, ut docet Anaximenes apud Harpocrationem. Quanquam in Harpocrationis Lexico corrupte scribitur πεζαιτέρους. Porro de his militibus, Juventino et Maximo, exstat homilia Joann. Chrysost. Vide etiam quæ notavi ad lib. XXII Amm. Marcellini, pag. 229.

Pag. 137. *Τῶν ὁμοτραπέζων ἐκείνων.* Mallem scribere ἐκείνῳ : quam lectionem in versione mea sum secutus. Atque ita legisse videtur Epiphanius Scholasticus.

In caput XVI.

Τῶν ἐν τέλει καὶ ἀξιώματι. Codex Savilii scriptum habet καὶ ἀξιωμάτων. Basiliensis autem editio ἀξιωτάτων. Mihi scribendum videtur καὶ ἀξιωματικῶν. Eumdem errorem supra notavi in lib. II.

Pag. 139. *Τοῖς γὰρ στρατιωτικοῖς καταλόγοις.* Hanc Juliani fraudem adversus milites Christianos perstringit Gregorius Nazianzenus in priore invectiva adversus Julianum, pag. 84. editionis Parisiensis. Ubi etiam narrationem illam subjungit de quibusdam militibus Romanis, qui cum aurum accepissent a principe, et tus imprudentes adolevissent : agnito postea scelere suo, aurum ad principis pedes projecerunt. Quam rem refert Theodoretus in capite sequenti.

Παρεπέθηκε. Magis placet scriptura quam in editione Basiliensi reperit παρέθηκε.

In caput XVII.

Pag. 140. *Ἔξη Ῥωμανός.* Hic videtur esse Romanus tribunus scutariorum qui cum Vincentio item tribuno in exsilium missus esse dicitur a Marcellino in lib. II, pag. 222.

Κακομήχανος. In manuscripto codice Savilii et in editione Basiliensi legitur κακότεχνος.

In caput XIX.

Pag. 141. *Ἰωάννης γὰρ ὁ τῶν Ἀντιοχέων.* Auctor Menologii Joannem Chrysostomum hic a Theodoreto designari credidit. Sic enim scribit : *Die 9 mensis Octobris sancta Publia, imperante Juliano, in urbe Antiochia, probitate morum celeberrima, viri sui consuetudine paucos annos usa, peperit fructum Deo dignum, admirabilem illum Joannem cognomento Chrysostomum.* Verum Baronius ad annum Christi 362, cap. 153, reprehendit auctorem Menologii, et alium quam Joannem Chrysostomum hic intelligi existimat. Nam mater Chrysostomi Anthusa dicebatur, non Publia : nec anus erat eo tempore, ut recte probat ibidem Baronius. Deinde quod ait Theodoretus, Joannem hunc Publiæ filium, diutissime archipresbyterum fuisse Antiochiæ, id non convenit Joanni Chrysostomo. Neque enim hic admodum diu presbyter fuit Antiochensis Ecclesiæ. Porro Henricus Savilius ad latus sui codicis hoc loco ista adnotarat : *Hunc Chrysostomum fuisse quidam falso opinantur.* Joannem igitur hic intelligo eum qui postea episcopus Apameæ a Meletio ordinatus est, ut refert Theodoretus in lib. V, cap. 4.

Τινὶ τῶν δορυφόρων. Jacobus Sirmundus edidit τισὶ nescio quos codices secutus. Nostri enim nihil mutant.

In caput XX.

Pag. 142. *Συναπέστειλε ἄρχοντα.* Alypium intelligit, teste Ammiano in lib. XXIII, initio.

Καὶ ἅμας καὶ κοφινίδας. Basiliensis editio scriptum habet καὶ ἁμᾶς καὶ κοφίνους. Quod magis probo.

Τοὺς παντελῶς ἀμυήτους. Gentiles intelligo. Hi enim penitus divinorum sacramentorum expertes sunt. Ait igitur Theodoretus, ejusmodi fuisse hunc terræ motum, ut etiam eos terreret qui verum Deum non agnoscebant : nedum Judæos qui non sunt penitus ἀμύητοι.

In caput XXII.

Pag. 144. *Τῶν γὰρ αὐτόθι πολιτευομένων.* Curiales seu decuriones a Græcis dicuntur πολιτευόμενοι seu πολιτευταί, ut jampridem notavi in Commentariis ad Ammianum Marcellinum. Mirum est tamen interpretes in hujus vocis interpretatione omnes lapsos esse, præter Epiphanium Scholasticum

Digitized by Google

qui hunc locum ita vertit : *Is enim nobilis erat, et ejus civitatis curiæ præsidebat.*

Ὁ ζῆλος ἀπέδειξε. in codice Savilii et in editione Basiliensi legitur ἀπέφηνε.

Τοὺς ἐν τέλει καὶ ἀξιώμασ . Recte Epiphanius Scholasticus hunc locum interpretatus est hoc modo. *Cumque venisset in Beræam, nobiles et honoratos convocavit ad prandium.* Reliquos interpretes nihil moror, qui hæc nullatenus intellexerunt. Unum tamen est quod in Epiphanii versione non probo. Nobiles enim vertit τοὺς ἐν τέλει, cum decuriones potius vertere debuisset. Certe decuriones et honorati sæpe junguntur in vetustis inscriptionibus, ut notavi ad Ammianum Marcellinum. Cæterum hoc loco codex Savilii et Basiliensis editio scriptum habent τοὺς ἐν τέλει καὶ ἀξιωτάτους, ut et supra in capite 16.

In caput XXV.

Pag. 146. *Ἄλλοι μέν τινα.* Non dubito quin scribendum sit disjunctis vocabulisc ἀλλ' οἱ μέν, etc., sequitur enim οἱ δὲ, etc.

Δῆλον ὅτι ὃς. Hunc locum Sirmundus in editione sua ita excudi jussit, δῆλον ὡς τοῦτο δέδραχε τῶν θείου νεύματος γεγονὼς ὑπουργόν. Nostri tamen codices nihil mutant.

In caput XXVIII.

Pag. 148. *Τῶν Ἀντιοχέων θήσω φωνήν.* Sirmundus hunc locum ita edidit : Τὴν ἀξιάγαστον αὐτῶν ἐνθήσω φωνήν quemadmodum legitur in altero ex codicibus Regiis, ex quo varias lectiones Robertus Stephanus excerpsit : nisi quod θήσω habet Regius codex. In editione Basiliensi sine præpositiva particula legitur hic locus ἐγὼ δὲ ἀξιάγαστον τῶν Ἀντιοχέων θήσω φωνήν.

Τὴν ἄξιον λήθης Ἰουλιανόν. In manuscripto codice Henrici Savilii scriptum est τὸν ἐξάγιστον Ἰουλιανόν, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus nisi quod postremam quoque vocem expunxit.

Ἐκεῖνος ἔφη σαφῶς. Rectius in editione Basiliensi legitur, εἶδει σαφῶς, εἶδει positum pro ᾔδει. Id est, norat.

HENRICI VALESII

ADNOTATIONES

IN LIBRUM QUARTUM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ THEODORETI.

In caput I.

Pag. 151. *Τοῖς ἀγῶσι τοῖς μείζοσι.* Id est in certaminibus pro fide. Hæc enim certamina graviora sunt certaminibus bellicis.

Ἐπὶ τὰ χείρω. Quam hic mutationem intelligat, obscurum est, utrum mutationem fidei et religionis, an mutationem suffragiorum. Malim tamen mutationem religionis intelligere. Nam milites Romani a Christiana religione ad gentilium cultum desciverant, regnante Juliano.

Μαθήμασιν εὐσεβέσι. In Manuscripto codice Savilii, et in editione Basiliensi legitur μαθήμασιν εὐσεβείας.

In caput II.

Pag. 152. *Τῆς πολεμίας ἐξέβαλε.* Verbum ἐξέβαλε non convenit huic loco. Restituendum itaque mihi videtur ἐξέλαβε. Certe interpretes hunc locum ita verterunt, quasi legissent ἐξήγαγε.

Γραφῆναι αὐτῷ παρακαλῶν. In editione Basiliensi legitur γραφῆναί οἱ παρακαλῶν. Quod mihi quidem videtur elegantius.

In caput III.

Ἐπιστολὴ συνοδική. Baronius ad annum Christi 365, cap. 132, hanc epistolam ab Athanasio scriptam esse existimat Alexandriæ in synodo episcoporum totius Ægypti, quos Athanasius, accepto Joviani imperatoris edicto, statim Alexandriam evocaverat. Quæ quidem conjectura admodum probabilis est. Suspicor tamen hanc epistolam scriptam esse ab Athanasio Antiochiæ, quo una cum aliquot episcopis Ægypti ac Libyæ se contulerat, ut Jovianum imperatorem illic salutaret. Cumque imperator Jovianus regulam fidei ab illo et a reliquis episcopis flagitasset, ut testatur Gregorius Nazianzenus in oratione funebri de laudibus Athanasii Athanasius collatione habita cum episcopis Ægypti ac Libyæ qui ipsum comitabantur, epistolam de fide scripsit ad Jovianum. Conjecturam nostram confirmat titulus ipsius epistolæ, qui sic habet : Ἀθανάσιος καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι, οἱ ἐλθόντες ἐκ προσώπου πάντων τῶν ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου, etc. Id est, *Athanasius et reliqui episcopi qui venerunt ex persona omnium episcoporum Ægypti*, etc. Sic enim interpretanda sunt hæc verba. Male Christophorsonus ita vertit : *Athanasius et reliqui episcopi, qui nomine omnium Ægypti, Thebaidis et Libyæ episcoporum, in unum convenerunt.* Quæ Christophorsoni interpretatio imposuisse videtur Baronio. Atqui non hoc dicit Theodoretus, episcopos illos in unum convenisse. Neque enim in Græco est οἱ συνελθόντες, sed tantum οἱ ἐλθόντες. Quo verbo significatur, episcopos illos qui cum Athanasio erant, missos fuisse ab universis episcopis Ægypti ac Libyæ, ut pro Athanasio testimonium redderent apud imperatorem Jovianum. Etenim Ariani qui Alexandriæ degebant, legatos suos miserant Antiochiam, qui Athanasium coram Joviano principe accusarent, ut constat ex libello precum eorumdem Arianorum, qui editus est in secundo tomo operum Athanasii. Ad eos igitur refutandos, episcopi Ægypti quosdam ex suo numero Antiochiam miserunt, qui pro Athanasio testimonium dicerent coram Joviano.

Pag. 155. *Καρδίαν ἔχοις.* In codice Savilii et in editione Basiliensi legitur ἔχεις, quomodo etiam legit Epiphanius Scholasticus. Apud Athanasium tamen scribitur ἕξεις. Posterior autem pars hujus periodi in vulgatis Athanasii editionibus desideratur : eamque Baronius adjectam esse existimat ab Ariano quopiam, qui Athanasium irridere vellet tanquam falsum vatem. Neque enim imperium Joviani diu stetit. Mihi tamen nihil hic adulterinum ac suppositum videtur. Nec vituperandus idcirco est Athanasius, si Jovianus non tot annos in principatu vixit, quot Athanasius eum vivere optaverat.

Αἱρέσεως καὶ σχισμάτων. Forte scribendum est διαιρέσεως, id est divisionis ac discidii in Ecclesia catholica auctores fuerant.

Οἱ ἅγιοι τελειοθέντες. Verti etiam potest, *in hac*

Digitized by Google

enim baptizati sancti, etc. Nam τελειοθῆναι est baptizari, ut monui in Adnotationibus Eusebianis, pag. 253.

Ἀδόλως γινωσκομένη. Primam vocem Genevenses typographi adjecerunt ex Christophorsoni versione et ex libro Athanasii. In cunctis tamen nostris exemplaribus non habetur, nec in versione Epiphanii Scholastici.

Τινὲς μὲν αὐτὴν τὴν ἐν Νικαίᾳ. In vulgatis Athanasii editionibus hic locus aliter legitur : sed ex Theodoreto emendandus est. Duo enim genera Arianorum hic perstringit Athanasius, quorum alii vocem ὁμοούσιον penitus rejiciebant, Filium Dei ex nihilo creatum asserentes ; alii vero admittebant quidem τὸ ὁμοούσιον, sed perperam interpretabantur, nec Spiritum sanctum Deum esse credebant : cujusmodi erant Macedoniani. Idem testatur Gregorius Nazianzenus in oratione funebri de laudibus Athanasii, loquens de libello fidei quem scripsit ad Jovianum Aug.

Pag. 154. Ὑπὸ τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπισκόπων. In vulgatis editionibus Athanasii numerus episcoporum non habetur. Certe numerus ille trecentorum decem et octo episcoporum qui Nicææ in unum convenerunt, licet ab antiquis Patribus traditus reperiatur, apud Athanasium tamen, si bene memini, nusquam integer legitur. Nam in epistola ad Solitarios, pag. 854, ait Nicæam convenisse episcopos plus minus trecentos.

In caput IV.

Pag. 155. Ἐβεβαίωσεν. Pessime Christophorsonus hunc locum interpretatus est hoc modo : *Cognitio imperatoris quam de rebus divinis imbiberat.* Atqui non hoc dicit Theodoretus ; sed Jovianum acceptis Athanasii litteris, legem tulisse qua Nicæna fides confirmabatur. Si quis tamen sensum Christophorsoni sequi maluerit, non magnopere repugnabo : præsertim cum Jovianus nullam legem tulerit de religione, sed unicuique colendi pro arbitrio suo numinis liberam reliquerit facultatem, ut docet Themistius in oratione ad Jovianum.

Καὶ νόμον ἕτερον ἔγραψε. Hæc est secunda constitutio Joviani pro Ecclesiis. Prima enim ejus constitutio fuerat de episcopis ab exsilio revocandis, et in sedes suas restituendis, ut legitur in cap. 2 hujus libri.

Τὸ τριτημόριον. Hic locus prava interpunctione deformatus est. Sic igitur eum distinguendum puto : Τὰς εἰσφορὰς, τῆς Κωνσταντίνου συντάξεως τὸ τριτημόριον, etc., quam distinctionem ipse confirmat Theodoretus in lib. I, cap. II.

In caput V.

Pag. 156. Αὐξεντίου γάρ. Nullum hic ordinem temporum servat Theodoretus, nam cum res a Valentiniano Aug. in Ecclesia gestas dicere aggrediatur, qui regnare cœpit anno natalis Dominici 364, ab Auxentii morte et Ambrosii ordinatione eas orditur, quæ facta est anno Christi 374 decem annis integris post exordium principatus Valentiniani.

Ἡμετέρας ὑποκλίνωμεν κεφαλάς. Solebant olim christiani occurrentibus episcopis caput submittere, ut ab iis benedictionem acciperent. Cujus moris multa supersunt vestigia in veterum libris. Primo enim Hilarius in libro contra Constantium ita scribit : *Osculo sacerdotes excipis, quo et Christus est proditus : caput benedictioni submittis, ut fidem calces. Convivio dignaris, ex quo Judas ad proditionem egressus est. Censum capitum remittis, quem Christus ne scandalo esset, exsolvit.* Philostorgius in *Historia ecclesiastica* scribit Leontium Tripoleos episcopum cum reliqui omnes episcopi Eusebiam Augustam, uxorem imperatoris Constantii, adirent, eamque ex more adorarent, nunquam adduci potuisse ut eam inviseret, nisi ea conditione ut Augusta venienti ipsi assurgeret, et caput submitteret, postulans ut benediceretur. Verba Philostorgii refert Suidas in Leontio. Simile est quod scribit Marcus diaconus in Vita Porphyrii Gazensis episcopi, Eudoxiam Augustam ipsis in Palatium venientibus non semel occurrisse, et priorem ipsos salutasse, atque ut sederent jussisse, et inclinato capite postulasse ut benedicerent. Idem quoque de eadem Augusta testatur Sozomenus in lib. VIII, cap. 13, ubi de Ammonio loquitur et fratribus monachis qui Longi dicebantur. Palladius, in dialogo de Vita Joannis Chrysostomi ubi de eo loquitur in exsilium proficiscente, ait illum Olympiadi et Pentadiæ ac Salvinæ dixisse, ut quicunque sine ambitu eligeretur episcopus, ei capita submitterent perinde ac ipsi. Nefas hic arbitror præterire insignem locum Joannis Chrysostomi ex homilia 3, ad populum Antiochenum, ubi de Flaviano episcopo qui ad comitatum principis profectus erat, ita loquitur : Ἄρχων ἐστὶ καὶ αὐτὸς, καὶ ἄχρων ἐκείνου σεμνότερος. Καὶ γὰρ αὐτὴν τὴν βασιλικὴν κεφαλὴν οἱ ἱεροὶ νόμοι ταῖς τούτου ψέροντες χερσὶν ὑπέταξαν. De eodem more loquitur auctor vitæ sancti Fulgentii : *Altercantibus omnibus quis primo salutaret agnoscendus, quis benedicenti caput supponeret.* Denique incertus auctor *Quæstionum Veteris et Novi Testamenti*, quæst. 109. Nostri autem sacerdotes super multos quotidie nomen Domini et verba benedictionis imponunt. Sed in paucis effectus est. Est iterum quando meliores se benedicunt. Quamvis enim quis sanctus sit, curvat tamen caput ad benedictionem sumendam. Postremo Honorius et Valentinianus Augusti, de accusatione episcopi, presbyteri vel diaconi ita rescribunt ad verum præfectum prætorio : *Audemus quidem sermonem facere solito plus timore capti, de sanctis et venerabilibus sacerdotibus, et secundis sacerdotibus, vel etiam Levitis ; et eos cum omni timore nominare quibus omnis terra caput inclinat.*

In caput VIII.

Pag. 158. Αὐτοκράτορες μέγιστοι. Baronius in *Annalibus ecclesiasticis* hanc epistolam non a Valentiniano imperatore, ut scribit Theodoretus, sed a Valente potius scriptam esse existimat, anno Christi 365, quo Valentinianus et Valens consules fuere. Sed, pace ejus dixerim, dupliciter fallitur, tum in anno quo scripta est hæc epistola, tum in eo quod Valenti eam assignat. Nam cum in titulo qui epistolæ præfixus est, una cum Valentiniano et Valente Gratianus quoque Augustus nuncupetur, procul dubio ante annum Christi 367. hæc epistola scribi non potuit. Eo enim anno Gratianus Augustus nuncupatus est, ut constat ex Ammiano Marcellino, et ex Fastis Idatii, Lupicino et Jovino coss. Argumenta vero quibus Baronius nititur ut Valenti eam epistolam assignet, refutationem non merentur. Primum enim ait, Valentis nomen in titulo hujus epistolæ præponi : quod est falsissimum, ut ex Theodoreto nostro, et ex versione Epiphanii Scholastici apparet. Deinde quod ait res Asianæ diœceseos nihil ad Valentinianum attinuisse, neque id verum est. Etenim ex Ammiano Marcellino didicimus, Valentinianum seniorem, licet Valenti fratri Orientis imperium tribuisset, cuncta tamen pro arbitrio suo esse moderatum ; et Valentem *instar apparitoris*, ut Ammiani nostri verbis utar, ei morigerum semper fuisse. Denique quod addit Baronius, Valentinianum tunc fuisse in Galliis, non autem in Illyrico, fateor id quidem. Neque enim Valentinianus relictis Galliis in Illyricum profectus est nisi anno Christi 374, Gratiano et Equitio coss., ut docet idem Marcellinus. Sed nihil obstat, quominus in Galliis positus, legatos Illyricianæ synodi ad se missos audierit. Porro hujus epistolæ Valentiniani ad episcopos Asiæ meminit etiam Theophanes in Chronico, eamque *edictum* appellat.

Digitized by Google

Καροφρυγίας Παχατιανῆς. Ita legitur in omnibus nostris exemplaribus, et apud Epiphanium Scholasticum. Sirmundus tamen post vocem Καροφρυγία addidit distinctionem : quasi tres essent Phrygiæ ; Phrygia scilicet proprie dicta, Carophrygia, et Phrygia Pacatiana. Sed cum in veterum libris duæ tantum Phrygiæ nominentur, Phrygia scilicet Pacatiana, et Phrygia salutaris, malim hoc loco scribere Καρίας, Φρυγίας Παχατιανῆς. Desunt autem hic nomina reliquarum provinciarum diœceseos Asianæ. Quæ si quis scire desiderat, habentur in *Notitia imperii Romani* hoc ordine recensita, Pamphylia, Lydia, Pisidia, Lycaonia, Phrygia Pacatiana, Phrygia Salutaris, Lycia, Caria.

Πατέρος καὶ Υἱοῦ. Rectius in codice Saviliano et in editione Basiliensi legitur : Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα.

Οὐδὲ ὅλως ἐκκλίνοντες. Pessime hunc locum vertit Christophorsonus, cui prava hujus loci distinctio fraudi fuit. Nam post verbum ἐκκλίνοντες apposita est subdistinctio tum in Basiliensi, tum in Roberti Stephani editione. Verum Henricus Savilius et Jacobus Sirmundus eam distinctionem merito expunxerunt. Per λειτουργίας autem non ecclesiasticum munus, sed functiones publicas intelligere debemus, a quibus, licet Constantini rescripto immunes declarati essent clerici, tamen episcopi Illyrici liberi esse nolebant, ut hic testatur Valentinianus : evangelicum illud sequentes : *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, et quæ sunt Dei Deo.* (*Matth.* XXII. 21) Idem infra testatur Valentinianus his verbis, καὶ τὰ δημόσια κατὰ νόμους εἰσκομίζειν ἴσασι.

Ὅτι ἀνῆκαμεν. Codex Savilii scriptum habet ὅτι ἀνῆκε. Basiliensis autem editio excusum habet ὅτι ἦκε θρησκεία sine : subscripto, optime meo quidem judicio, id est, *Sed ne quis dicat : Venit religio principis.*

PAG. 159. *Τὰ τῆς ἀποδείξεως ὑμῶν.* Decreta interpretatur Christophorsonus, Sirmundus Placita. Ego professionem fidei malim exponere. Sic enim loquitur imperator initio hujus epistolæ : Ἀπέδειξαν οἱ τρισμακαριώτατοι.

Παύσασθαι ἀποκρᾶσθαι. Vetat hic Valentinianus ne episcopos orthodoxos qui Nicænam fidem sequebantur, persequantur ii qui alterius erant opinionis ac sectæ : neve ex eo quod imperator Valens ipsis favebat, occasione arrepta, impugnent alios qui non idem cum ipsis sentiebant. Inter quos ait quosdam reperiri viros bonos ac pios et religiosos. Quippe Valentinianus senior liberam unicuique religionis suæ retinendæ potestatem reliquit, quemadmodum testatur Ammianus Marcellinus in lib. XXX.

Ἡμεῖς μὲν ἐχρησάμεθα τῷ ἄλῳ. Hic locus valde obscurus est. Et Epiphanius quidem Scholasticus ita eum vertit ; *Et nos quidem subjicimur ei, qui primus est et novissimus : vos autem vobismet arrogatis.* Quæ interpretatio, meo quidem judicio, ferri non potest. Camerarius vero sic interpretatur : *Nos quidem ordine a primo ad ultimum processimus tractatione nostra : ipsi vero vosmetipsos abalienastis.* At Christophorsonus ita vertit : *Nos patientia semper a principio usque ad finem usi sumus : vos contra animi vestri impotentiæ obsecuti estis.* Cujus interpretationem secutus est ex parte Jacobus Sirmundus : nam in posterioris membri versione Epiphanium Scholasticum sequi maluit. Mihi videtur verbum χρῆσθαι hoc loco idem significare quod communicare et commercium habere. Cujusmodi est illud in Evangelio : *Non conutuntur Judæi Samaritanis.* (*Joan.* IV. 9.)

Μὴ θέλοντος αὐτὸν ἀπελεῖν. Jacobus Sirmundus in editione sua excudi jussit μὴ θέλοντες ei paulo post παρακληθείς. Satis audacter cum manuscripti codices nihil mutent. Quod vero addit Valentinianus, Pilatum ad orientem solem conversum manus suas lavisse, in Evangeliis nostris, quod sciam, non legitur. Itaque suspicor id sumptum esse ex Evangelio secundum Hebræos. Ideo autem Valentinianus hoc videtur adjecisse, quod Orientales episcopos alloquebatur qui erant in Asiana diœcesi.

Μεταξὺ τοῦ παρακεκλημένου. Totus hic locus densis tenebris obvolutus est. Joachimus quidem Camerarius ita vertit : *Ac cum illo confirmato ad cruciatus pati testamentum ipsius quasi in sanguine Zachariæ.* Christophorsonus vero ita interpretatus est : *Ne regnantibus nunc nobis nihil hinc emolumenti consecuti, postea una cum sceleris exhortatore in ea quæ testamenti ipsius sunt damna incurratis, id quod in Zachariæ sanguine eveniebat.* Eodem fere modo vertit Jacobus Sirmundus. Ego vero quod ad hæc verba attinet μεταξὺ τοῦ παρακεκλημένου, assentior Christophorsono et Sirmundo qui sceleris hortatorem interpretati sunt. Idem enim est quod paulo post dicit Valentinianus : μετὰ τοῦ συνδραμόντος αὐτοῖς δαίμονος. Sed pro verbo πατεῖν, scribendum affirmo πατεῖν, quod est conculcare. Alludit enim Valentinianus ad *Historiam* Zachariæ, qui paulo ante adventum Christi occisus est juxta altare, ut legitur in Evangelio. Quo tempore conculcatum est sanctuarium Domini a militibus, qui introgressi in sanctuarium, Zachariam occiderunt juxta altare. Porro vestigia sanguinis Zachariæ adhuc sua ætate mansisse tradit auctor *Itinerarii Hierosolymitani*, his verbis : *In æde ipsa ubi templum fuit quod Salomon ædificavit, in marmore ante aram sanguinem Zachariæ ibi, dicas hodie fusum. Etiam parent vestigia clavorum militum qui eum occiderunt, in tota area, ut putes in cera fixum esse.*

Ἐπ' Ἀμεγετίου. In editione Basiliensi aliter scribuntur hæc nomina, in hunc modum, Ἐπ' Ἀμεγητίου καὶ Κικερωνίου. Apud Epiphanium autem Scholasticum ita leguntur : *Hæc præcepimus in Megetio, et in Ciceronio, et Damasco, et Lampone, et Brintisio.* Et Baronius quidem existimat hos fuisse presbyteros Ecclesiæ Romanæ. Ego vero libentius crediderim hos fuisse legatos synodi Illyricianæ, qui ad Valentinianum imperatorem missi erant, ut gesta synodi ei significarent. Id enim moris fuit jam inde a temporibus Constantini.

Πατέρας ἐκείνους καλοῦντες. Intelligit episcopos Antiocheni concilii quod in encæniis celebratum est. Hos enim Patres vocare consueverant Semiariani, ut docet Socrates in lib. II, sub finem, ubi de Seleuciensi synodo loquitur.

PAG. 160. *Ἀλλὰ γράψαντα.* Magis placet Scriptura codicis Saviliani, in quo legitur γράψαντας. Atque ita edidit etiam Jacobus Sirmundus. Vulgatam tamen lectionem confirmat Epiphanius Scholasticus.

Καθὸ ὁ υἱός. Mallem scribere, καθὼς ὁ υἱὸς, etc.

In caput IX.

Οἱ ἐπίσκοποι τοῦ Ἰλλυρικοῦ. Hanc synodum Illyricianam Baronius in *Annalibus* confert in annum Christi 365. Verum epistola Valentiniani imperatoris quam superiori capite retulit Theodoretus, ejus sententiam aperte refutat. In hujus enim epistolæ titulo, Gratianus una cum Valentiniano et Valente Augustus nominatur. Porro Gratianus a patre Augustus nuncupatus est anno Christi 367, quare non ante hunc annum synodus ista Illyriciana potuit congregari. Baronium vero, ut ita sentiret impulit epistola synodica concilii Illyriciani hic a Theodoreto relata : in qua mentio fit Eustathii episcopi. Hunc Eustathium Baronius existimat esse Sebastenum episcopum, qui a Lampsacena synodo una cum duobus aliis episcopis legatus ad Liberium missus fuerat anno 365. Verum hanc Baronii sententiam refellit Socrates in lib. IV, cap. 12, ubi hanc legationem Eustathii assignat anno Christi 368. Consulat igitur lector quæ illic adnotavi.

Digitized by Google

Ἐλπιδίου τοῦ πρεσβυτέρου. Baronius quidem existimat hunc esse Elpidium Romanæ Ecclesiæ presbyterum, qui una cum Philoxeno missus olim fuerat a Julio papa ad Orientales episcopos. Dubitare tamen jure quis possit, utrum hic Elpidius Romanæ Ecclesiæ presbyter fuerit. Etenim episcopi Illyrici diserte scribunt, hunc Elpidium a se missum esse ad Asianos. Quod si Elpidius Ecclesiæ Romanæ fuisset presbyter, et quidem legatus a Liberio papa, ut vult Baronius, episcopi Illyrici nunquam dicerent se illum ad Asianos misisse. Adde quod Elpidium fratrem suum et comministrum appellant. Quibus titulis episcopus potius designari videtur quam presbyter. Proinde existimo Elpidium hunc fuisse episcopum Illyrici, quem episcopi Illyriciani legatum miserunt ad episcopos diœceseos Asianæ, inspecturum utrum vera essent quæ Eustathius Sebastenus ipsis renuntiaverat : Asianos scilicet Spiritum sanctum Patri ac Filio consubstantialem non credere. Hæc est conjectura nostra de Elpidio. Certe in manuscripto codice Henrici Savilii, pro πρεσβυτέρου scriptum est πρεσβύτου. Denique in fine epistolæ aiunt hunc Elpidium ex suo corpore missum esse ad Asianos ἕνα ἐκ πάντων, id est, unum ex omnibus electum fuisse qui hanc legationem obiret. Quibus verbis aperte declaratur, Elpidium fuisse ex numero episcoporum Illyrici. Quod nisi me conjectura fallit, hic est Elpidius episcopus, ad quem Basilius magnus scripsit epistolam 322. In ea enim epistola rogat Elpidium Basilius, ut, si necessarium judicaverit, tempus ac locum concilii indicat, scribatque litteras ad episcopos ut ad certam diem conveniant. Quod optime convenit huic Elpidio nostro, qui ab episcopis Illyrici missus fuerat in Asiam ad rectam fidem stabiliendam.

Ἐγὼ δὲ Χριστοῦ. Tria hæc verba desunt in manuscripto codice Savilii et in editione Basiliensi, nec ea agnoscit Epiphanius Scholasticus.

Pag. 161. Ὅτι αὐτόθι κηρύσσετε. Verbum κηρύσσειν hoc loco accipitur pro prædicatione sive doctrina. Hoc enim sensu passim usurpatur in reliqua epistola. Vocabulum igitur φόβον quod huic verbo jungitur, pro blasphemia seu impietate accipere debemus, quam prædicabant episcopi diœceseos Asianæ, Spiritum sanctum a Deo Patris ac Filii substantia separantes. Porro hic mirari subit, quomodo Eustathius Sebastenus in synodo Illyriciana accusaverit episcopos Asiæ, quod de Spiritu sancto male sentirent. Ipse enim legatus erat Macedonianorum, qui Spiritus sancti deitatem negabant. Verum Macedoniani eo quidem tempore impietatem suam et blasphemiam in Spiritum sanctum adhuc tegebant, nec in apertum proferebant. Cæterum pro vocabulo φόβον libentius hic legerem ψόγον, id est probrum.

Ἀπὸ τῆς βασιλευούσης Ῥωμαίων ἀρχῆς. Jacobus Sirmundus hunc locum aliter distinxit. Expuncta enim virgula quæ post hæc verba apposita est in nostris exemplaribus, ita exposuit hunc locum : *Sed necessitas nobis imposita est, ut ad vos mitteremus dominum et comministrum nostrum Elpidium, a regio Romanorum principatu litteras habentem.* In quo Sirmundus videtur secutus versionem Epiphanii Scholastici. Sic enim ille : *Quamobrem necessarium habuimus ad vos destinare dominum nostrum et comministrum Elpidium, a regio principatu Romanorum has litteras deferentem.* Verum hæc versio ferri non potest. Nam ἡ βασιλεύουσα τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς procul dubio est urbs Roma. Rectius itaque Camerarius et Christophorsonus hunc locum de urbe Roma exposuerunt. Sed ambiguum est utrum Elpidius dicatur missus ab urbe Roma, an potius Elpidius ab urbe Roma, id est urbis Romæ, presbyter intelligendus sit. Sic enim loqui solebant tam Græci quam Latini, præsertim cum de episcopis loquuntur.

Μηδὲ ἑτεροδοξεῖν. Jacobus Sirmundus nescio quos secutus codices, edidit ἑτεροκενοδοξεῖν, pessime.

Καὶ ὑπόμνησιν ἔχοντες. Hunc locum optime interpretatus est Christophorsonus hoc modo : *Dum hac de re scriberemus ad vos, commonefacti sumus, ut in his nostris litteris scriberemus etiam de episcoporum institutione.* Quam interpretationem ex parte secutus est Jacobus Sirmundus. Porro episcopi Illyrici, ut de ordinationibus episcoporum scriberent, admoniti fuerant ab Eustathio episcopo Sebasteno : eo quod apud Asianos, ut verisimile est, vitiose fierent ordinationes. Certe hoc malum din postea in Asia viguisse temporibus Joannis Chrysostomi, docet Socrates, Sozomenus ac Palladius.

Ἡ καταστα θέντων. Hanc vocem Camerarius de præterito interpretatur tempore, cum tamen de futuro intelligi debeat. Sic supra in hac epistola καταμαθόντα positum est pro καταμαθήσοντα. Recte ergo Jacobus Sirmundus vertit : *De comministris episcopis creatis vel creandis.*

Τῶν ἐν τέλει χρησαμένων ἐπισκόπων ὑγιεῖς. Christophorsonus quidem hunc locum ita vertit : *Ut si quoquo modo fieri queat, e magistratibus qui episcopatu functi, probata spectataque fide fuerunt, cooptentur.* Quæ interpretatio nullo modo ferri potest. Quid enim sibi volunt ista, ut e magistratibus qui episcopatum gesserint, ordinentur episcopi? Vidit hoc Jacobus Sirmundus. Itaque ut huic vitio mederetur, vocem ἐπισκόπων expunxit, et ὑγιεῖ reposuit pro ὑγιεῖς audacter quidem, sed infeliciter. Quis enim unquam ita locutus est Græce, aut quem sensum habet hæc ejus interpretatio : *Si quidem fuerint ex sano et probo magistratu functis.* Ego vero hunc esse sensum existimo horum verborum, ut si qui episcoporum jam vita functorum filii reperiantur orthodoxi, ii reliquis omnibus præferantur. Itaque delenda est præpositio ἐν, ut pote superflua. Sed dicet aliquis quodnam exemplum habeamus hujus rei. Habemus exemplum et quidem illustre in domno, qui Antiochenæ Ecclesiæ episcopus factus est, cum esset filius Demetriani ejusdem urbis episcopi, ut legitur apud Eusebium in lib. VII *Historiæ ecclesiasticæ*.

Σὺν Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι. In editione Basiliensi legitur tantum σὺν ἁγίῳ Πνεύματι : quæ scriptura magis placet.

Pag. 162. Πολυχρόνιος, Τηλέμαχος. Hi et qui sequuntur episcopi Illyrici, Arianæ perfidiæ assertores erant, atque ideirco depositi a synodo Illyriciana. Hæc porro synodus habita est sub pontificatu Damasi, ac, nisi fallor, post epistolam synodicam ab eodem Damaso scriptam ad episcopos Illyrici, quam supra retulit Theodoretus in lib. II, et Sozomenus in lib. VII.

Εὐχόμεθα τῷ Πατρί. Epiphanius Scholasticus vertit : *Valere vos optamus Patri et Filio cum sancto Spiritu*, quomodo etiam vertit Jacobus Sirmundus. Camerarius vero et Christophorsonus vertere maluerent in Patre ac Filio, etc. Verti tamen posset locus hoc modo : *Oramus Patrem ac Filium cum sancto Spiritu, ut quam diutissime valeatis.*

In caput X.

Ἀνόητος γενόηκε. Hunc locum restitui ex editione Basiliensi et ex manuscripto codice Henrici Savilii, redactis in unam duabus periodis, quæ perperam divulsæ erant. Emendationem nostram confirmat Theodoretus in lib. IV *Hæreticarum fabul.*, cap. 10.

Ἐπειδὴ δέ τινες. Particulam δὲ expunxi, secutus auctoritatem codicis Henrici Savilii et Basiliensem editionem.

In caput XI.

Pag. 163. Εὐχίτας. In manuscripto codice Savilii et in editione Basiliensi scribitur εὐχήτας. De his plura vide apud Epiphanium in libro de hære-

Digitized by Google

sibus, et apud nostrum Theodoretum in libris *Hæreticarum fabularum*.

Ὡς πονηράν. In codice Savilii et in editione Basiliensi legitur πονηρίαν Quod magis probo.

Καὶ Ἀδέλφιος. De hoc Adelphio monacho loquitur Nilus in libro *Περὶ ἀκτημοσύνης*, id est de voluntaria paupertate. Cujus locum, quia auctor ille nondum editus est, hic apponam : Ἀλλ' ὅρα μὴ τῇ τῶν ἁγίων διηνεκεῖ περὶ τὸ θεῖον ἀσχολίᾳ, τοῖς ἀπὸ Ἀδελφίου τοῦ τῆς μέσης τῶν ποταμῶν καὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ πρὸς ὀλίγον τὴν βασιλευομένην Κωνσταντίνου πόλιν θολώσαντος ἀργίας ἀνοίγωμεν θύραν, προκάλυμμα τῆς περὶ τὴν ἐργασίαν ὀκνηρίας, τὸ διαπαντὸς δοκεῖν προσκαρτερεῖν τῇ προσευχῇ πεποιημένοις, καὶ νέοις παισὶ καὶ ἀνδράσι σφριγῶσιν ἔτι κατὰ τὴν ἰσχὺν τοῦ σώματος, καὶ ταύτην πολλοῖς ὀφείλουσι καταλῦσαι πόνοι-, νομοθετήσασι τὸ μὴ ἐργάζεσθαι· τῇ ἀνέσει καὶ τὰ πάθη αὐτοῖς ἐπεγείρασι, καὶ τῷ λογισμῷ παρασχοῦσιν ἄδειαν, ταῖς τούτων ὕλαις ἐνευκαιρεῖν, ἕως ἂν ἡ ὀκνοῦσα προσευχὴ, οὐκ οὖσα δὲ τοῦτο ὅπερ λέγεται, πάντη ἀπόληται. Id est : *Sed vide ne assidua sanctorum hominum in rebus divinis occupatione, discipulis Adelphii Mesopotameni, et Alexandri illius qui Constantinopolim brevi temporis spatio perturbavit, desidiæ januam aperiamus. Qui suam ad opus faciendum pigritiam eo velamento tegebant, quasi perpetuo orationi incumberent. Et adolescentibus ac viris robore corporis adhuc vigentibus, et qui vigorem illum multo labore conterere opus habebant, præcipiebant ne opus facerent : desidia perturbationes animi in eis excitantes; et cogitationi liberam concedentes facultatem, ut in perturbationum illarum materia oblectaretur, quoadusque imaginaria illorum precatio, sed quæ revera precatio non est, penitus interiret.*

Ἀποκρύπτουσι τούς. Hunc locum emendavi ex duobus mss. codicibus, Saviliano scilicet ac regio, in quibus scribitur ἀποκηρύττουσι. Quam lectionem confirmat ipse Theodoretus in lib. IV *Hæreticarum fabularum*, cap. 11, de Messalianis ita scribens : Ἀναθεματίζουσιν εὐπετῶς τοὺς τούτων τι λέγοντας.

Ἐν τῇ ψυχῇ περιφέρουσι. Codex Savilii et Basiliensis editio scriptum habent ἐν ταῖς ψυχαῖς.

Ληστῶν. In ms. codice Savilii et in editione Basiliensi Ληστῶς scribitur, rectius ni fallor. Exstant ad illum aliquot epistolæ Basilii magni.

Ἀμφιλόχιος. Hic synodum viginti quinque episcoporum adversus Messalianos collegit in urbe Sida, de qua Photius in *Biblioth.*, cap. 52, multa habet scitu digna.

Pag. 164. *Ἐν Ἐδέσῃ*. Basiliensis editio scriptum habet Ἐδέσσῃ. Porro hæc facta sunt regnante Theodosio. Tunc enim Flavianus ad episcopatum Antiochensis Ecclesiæ promotus est : sub cujus administratione erat Edessa et omnes Orientis provinciæ. Proinde Theodoretus, occasione Messalianorum arrepta, ordinem temporum antevertit.

Ἔλεγξέ σε τὸ σὸν στόμα. In altero codice regio, cujus variantes lectiones ad calcem editionis suæ Stephanus excudit, scribitur ἐλέγξαι, et paulo post similiter καταμαρτυρήσαι, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus.

In caput XII.

Pag. 165. *Στρατιάν τε συναθροῖσαι καὶ*. Rectius in codice Savilii et in editione Basiliensi hic locus scribitur hoc modo, στρατιὰν συναθροήσας στρατεῦσαι, etc. De hac expeditione Valentis adversus Gothos consule Ammianum Marcellinum.

Οὐ δορυάλωτος μόνον. Vocem μόνον et conjunctionem quæ sequitur expunxi, secutus auctoritatem codicis Saviliani et Basiliensis editionis. In quibus totus hic locus ita scribitur : Καὶ γέγονεν οὐ δορυάλωτος· ἀλλ' ἀπάτῃ τῶν γυναικείων ῥημάτων ὑπήκοος.

In caput XIII.

Pag. 166. *Στρατιωτικὸν ἀμπεχόμενος*. Duo notanda sunt in hac narratione, vel potius tria. Primum, quod episcopus sumit habitum militarem, id est chlamydem et balteum. Deinde, quod tiaram capiti imponit. Ex quo apparet, episcopos eo tempore tiaram non gestasse. Nam si eam gestare soliti essent episcopi, non id ut novum atque inusitatum notaret in Eusebio Theodoretus. Tiaram igitur sumpsit Eusebius, more Syrorum ac Persarum, qui caput tiara tegebant adversus solis ardorem. Tertium; quod hic notandum occurrit, est ordinatio non solum presbyterorum ac diaconorum, verum etiam episcoporum. Quæ omnia cum sint contraria legibus ecclesiasticis, extra ordinem gesta sunt ab Eusebio Samosatensi, divino spiritu ad hæc eum impellente, ut Arianorum furori obsisteret. Hujusmodi plurima, et tunc, et alias gesta sunt a præstantissimis episcopis. Qui ubi Christianam religionem periclitari videbant, parvipendere solebant regulas et canones Ecclesiæ, dummodo Ecclesiam ipsam salvam atque integram conservarent. Itaque in hujusmodi discriminibus valebat hæc regula : *Salus Ecclesiæ suprema lex esto.*

In caput XIV.

Ἑσπερινὴν λειτουργίαν. Epiphanius et reliqui interpretes de vespertino officio hunc locum intellexerunt. Ego vero de missarum vespertinarum sacrificio malim intelligere. Etenim λειτουργία non nisi de missarum solemnibus usurpari solet. Vespertinæ autem missæ fiebant in quadragesima. Qui mos diutissime permansit in Ecclesia, ut docet Amalarius in lib. *De Eccl. officiis*, cap. 7.

Παρ' αὐτοὺς γάρ. In codice Savilii et in editione Basiliensi rectius scribitur παρ' αὐτῷ γὰρ τοῦ ἄστεος τῷ περιβόλῳ.

Pag. 167. *Καὶ πόρρω κειμένην*. In editione Basiliensi et in mss. codice Savilii legitur καὶ ἐκὰς κειμένην, quod verius puto. Nam Theodoretus poeticis vocabulis uti solet.

In caput XV.

Τῶν τὴν πόλιν οἰκούντων. Codex Savilii vocem interserit hoc modo, τὴν πόλιν ἐκείνην οἰκούντων.

Ἐν τοῖς θόλοις. Sic loquitur Ammianus Marcellinus in lib. XXVIII : *Tales ubi comitantibus singulos quinquaginta ministris tholos introierint balnearum*, etc. et ante illum Athenæus in lib. II, βαλανείων θόλους dixerat.

Pag. 168. *Διὰ τῶν τοῦ ὄρους ποδῶν διαβῆναι*. Rectius in ms. codice Savilii et in editione Basiliensi legitur ἐκκυλισθῆναι. Non enim proprium est pilæ διαβαίνειν, sed κυλίεσθαι.

Πῦρ ἀράψαντες. Posset scribi πυρὰν ἅψαντες, et fortasse rectius. Sequitur enim καὶ τὴν σφαῖραν διὰ τοῦ πυρὸς ἀκοντίσαντες. Esset autem inelegans, eandem vocem in eadem linea bis repetere. Scio quidem Jacobum Sirmundum edidisse διὰ τῆς φλογὸς ἀκοντίσαντες. Sed nostri codices reclamant.

Τῆς Εὐσεβίου συγγενείας. Mallem scribere τῇ συγγενείᾳ κοσμούμενος, ut legisse videtur Epiphanius Scholasticus.

Ἰωβιανός. Jacobus Sirmundus edidit Ἰωβῖνος ex altero codice regio, cujus variantes lectiones ad calcem editionis suæ Robertus Stephanus adjecit. Nostri tamen codices et Epiphanius Scholasticus vulgatam scripturam tuentur.

Pag. 169. *Δεξιᾶς δεξαμένης μυστήρια*. Jovianus episcopus Pergæ, cum Arianis aliquandiu communicaverat : communionis autem inter episcopos hoc erat symbolum, ut alter ab altero acciperet Eucharistiam. Hujus rei exemplum occurrit ad Evagrium in lib. I, cap. 13. Aversatur ergo Antiochus dextram Joviani, quæ ab Arianis sacerdotibus sacramenta susceperat.

In caput XVI.

Φιλῶ δὲ τούτῳ ὅμοια. Sic legitur in nostris co-

Digitized by Google

dicibus et apud Nicephorum in lib. XI, cap. 22. Magis tamen placet scriptura quam ex altero codice regio Robertus Stephanus in variis lectionibus exhibuit : Εἰς φρούριον ἔσχατον τοῖς ἐκεῖ γειτονεῦον βαρβάροις, Φηνὼ δὲ τοῦτο ὄνομα, etc. Quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. Ita certe legit Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus appareat. Sic enim ille : *Quoddam castrum extremum, barbaris vicinum, cui nomen est Pheno, senex dignus cœlesti urbe deductus est.* Est autem Phæno seu Phœno viculus Palæstinæ, in quo erant æris metalla, ad quæ noxii damnabantur, ut ex Eusebio, Athanasio et Hieronymo notavit pridem Ortelius.

In caput XVII.

Pag. 170. *Καὶ παλιον.* Codex Savilii scriptum habet γέλωτα νομίζει καὶ παίγνιον. In editione Basiliensi legitur καὶ παιδιάν.

In caput XVIII.

Pag. 171. *Τούτων κοινωνῆσαι ὑμῖν παρήνεσα.* Prima vox expungenda est, utpote superflua. Certe in editione Basiliensi non habetur.

Τὰ Εὐνομίου γράμματα πεπαιδευμένος. Ita legitur in omnibus nostris exemplaribus, nec aliter in suo codice scriptum repererat Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit : *Protogenes autem Eunomii litteris eruditus.* Sirmundus tamen ex regio codice cujus variantes lectiones Stephanus nobis exhibuit, locum emendavit hoc modo : Τὰ ἐκ νόμου γράμματα πεπαιδευμένος, et sic vertit : *Legitimis litteris eruditus.* Quod quid sibi velit nescio. Mallem certe ita interpretari : *Legalibus litteris eruditus.* Certe Nicephorus in lib. II, cap. 23, cum hunc Theodoreti locum describeret, pro iis verbis quæ retuli, hæc substituit : Ὁ δὲ πρωτογένης, τὰ ἱερὰ Γράμματα ἐκπεπαιδευμένος. Sed et quæ sequuntur in Theodoreto, hanc emendationem confirmant. Ait enim Protogenem cum sacris Litteris apprime instructus esset, ac præterea notarum peritus, ludum litterarium aperuisse, ut pueris artem scribendi traderet, et hac occasione eos sacras Litteras edocuisse.

Pag. 172. *Δεσποτικὴν ἐπιθεῖναι σφραγῖδα.* Id est, *baptismum conferret.* Veteres enim baptismum vocabant σφραγῖδα, ut notavi ad *Historiam* Eusebii. Cæterum Protogenes ideo hunc honorem tribuebat Eulogio, quod Eulogius senior esset presbyter, et primus presbyterorum Ecclesiæ Edessenæ, ut indicat Theodoretus. Eulogium enim vocat ἡγούμενον πάντων, hoc est archipresbyterum.

In caput XIX.

Pag. 173. *Βασίλειος ὁ μέγας.* Duæ postremæ voces absunt ab editione Basiliensi, recte, ut opinor. Sufficit enim elogium quod proxime sequitur.

Πρὸς τὴν ζωὴν τοῦτον ὑποστρέψειν. In ms. codice Henrici Savilii et in editione Basiliensi legitur ἀναστρέψαι, rectius, ni fallor.

Καὶ τῷ θυσιαστηρίῳ. Valens Epiphaniorum die in ecclesiam Cæsariensem ingressus est, et consueta dona obtulit ad altare, et intra velum admissus, Basilium auscultavit, ut narrat Gregorius Nazianzenus, in Orat. funebri de laudibus Basilii. Verum Gregorius hæc omnia contigisse testatur priusquam Valentis filius in morbum incidisset. Cui quidem utpote oculato testi, fidem habere malim quam Theodoreto.

Δημοσθένης τῶν βασιλικῶν προμηθούμενος ὄψων. Hujus Demosthenis mentionem facit Gregorius Nyssenus in lib. I Contra Eunomium, ubi hanc Basilii cum Valente ac Modesto ejus præfecto congressionem describit. Verba ejus hæc sunt : Ὥσπερ τοίνυν διὰ τοῦ μαγείρου Ναβουζάρδαν ἐπὶ τῶν Ἱεροσολύμων ποτὲ ὁ Ἀσσύριος τὴν τοῦ ναοῦ καθαίρεσιν τῶν Ἰσραηλιτῶν κατειργάσατο, οὕτω καὶ Δημοσθένει τινὶ τῷ ἐπὶ τῶν ὄψων τεταγμένῳ καὶ τῶν μαγείρων ἄρχοντι, ὡς ἰταμωτέρῳ τῶν ἄλλων τὴν τοιαύτην ὑπηρεσίαν προστάξας, κρατήσειν ὤετο τοῦ παντὸς ἐγχειρήματος. Castrensem sacri palatii intelligit. Sic enim vocabatur hæc dignitas. Eumdem Demosthenem tacite designat Gregorius Nazianzenus, in Orat. funebri jam citata, Nabuzardan cum appellans periude ac Gregorius Nyssenus. Vide Basilium magnum in epistola 308.

Τὸ σῶμα ἅπαν λελωβημένοι. Epiphanius Scholasticus hæc verba de leprosis exposuit, recte, ut opinor.

Πρώτην τοῦ Οὐάλεντος προσβολήν. Ter omnino a Valente impugnatus est Basilius. Prima incursio fuit, dum Basilius adhuc esset presbyter Cæsariensis Ecclesiæ, ut refert Gregorius Nazianzenus in Orat. funebri de Laudibus Basilii. Secunda ac tertia incursio Valentis in Basilium aliquandiu post contigit, cum Valens venisset Cæsaream, et Basilius ejusdem loci episcopatum administraret. Primum quidem Valens Demosthenem et alios ex palatio suo, Modestum denique præfectum prætorii adversus eum immisit. Qui cum nihil profecissent, Valens constantiam Basilii miratus, ab ejus oppugnatione paulisper destitit, et in ecclesiam in qua Basilius collectas habebat, festo Epiphaniorum die intravit. Postrema incursio fuit, cum Valens ab Arianis impulsus, Basilium episcopatu pelli et in exsilium mitti præcepit. Cumque præceptum imperatoris ea de re perscriberetur, morbus filii imperatoris consilium illud interrupit, ut testatur Gregorius in Orat. funebri.

Πάλιν ἦκεν αὐτός. Olim suspicabar scribendum esse αὐτόσε, ut legisse videtur Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit : *Cum vero postea reversus illuc fuisset*, etc. Utrum autem tertia hæc Valentis incursio alio anno contigerit quam secunda, mihi quidem incompertum est, cum nec Gregorius, nec Theodoretus id dixerint.

In caput XX.

Pag. 175. *Εἰς τὴν πόρων ἐλευθέραν.* In ms. codice Henrici Savilii et in editione Basiliensi aliter scribitur hic locus, hoc scilicet modo, εἰς τὴν ἄπονον καὶ ἐλευθέραν βιοτήν, quod magis placet.

Τῶν ἐν τέλει καὶ ἀξιώμασι. Codex Savilii et Basiliensis editio hic quoque scriptum habent καὶ ἀξιωμάτων. Sæpius in hac voce a librariis peccatum esse jam supra observavi; ἀξιωμάτων vero positum est pro ἀξιωματικῶν.

In caput XXI.

Pag. 176. *Καλλίστων ἐφοδίων.* Magis placet scriptura codicis Saviliani, in quo legitur φορτίων, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus.

Pag. 177. *Πάντοθεν παρ' ὑμῶν.* Codex Savilii scriptum habet πανταχόθεν quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus. Et Paulo post ubi legitur κυλινδούμενοι, idem codex et editio Sirmundi præferunt καλινδούμενοι.

In caput XXII.

Pag. 178. *Λόγων ἐνίκων ἀσέλγειαν.* Codex Savilii scriptum habet ἀσέβειαν. Epiphanius tamen Scholasticus vulgatam lectionem tuetur.

Ὡς ἀπὸ κρουνοῦ. Nescio quid sibi voluerit Sirmundus, hunc locum ita vertens : *Strepitum insolentem de naribus velut e scatebra, ut ita dicam, fundentes.* Nec melius Christophorsonus qui sic vertit, *velut ex aquæ ductu, ut ita dicam, erumpentem.* Pessime vero Epiphanius Scholasticus interpretatus est hoc modo : *Et ut ita dicam fetorem veluti de quodam cuniculo profundentes.* Magis placet interpretatio Camerarii, qui sic vertit : *Obscenos per nares sonos, clarum et quasi, ut ita dicam, de aquæ fistulis ejaculantes,* κρουνοὶ enim proprie sunt tubi seu salientes, ex quibus aqua in subjectum canalem effunditur.

Digitized by Google

Τύπον ἀγίων ἀγγέλων. Postrema vox deest in cunctis exemplaribus, tam mss. quam impressis : primumque a Genevensibus typographis addita est ex conjectura Christophorsoni : quam confirmat Epiphanius Scholasticus. Sirmundus tamen cum eam a Græco textu expunxisset, in versione sua retinuit.

Γυμνὰς πᾶσαν τὴν πόλιν. Scribendum puto γυμνὰς ἀνὰ τὴν πόλιν ἐθριάμβευον. . .

Οὐδὲ τῇ ταφῇ παραδίδοσθαι. Codex Savilii scriptum habet οὐδὲ τῇ ὁσίᾳ παραδίδοσθαι. Quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus.

Pag. 179. *Στοιβῇ κατὰ τὸ γεγραμμένον.* Hunc locum feliciter mihi videor restituisse hoc modo, στιβίῳ καταγεγραμμένον τοὺς ὀφθαλμούς. Proprium olim erat cinædorum, oculos stibio delinire, quod Græci στιβίζειν dicunt uno verbo. Græci enim στίβην dicunt et στίμμιν. Hesychius in Lexico, *στίβη*, χρῶμα μεταλλικὸν μέλαν, Jon in Omphale.

Καὶ τὴν μέλαιναν στίμμιν ὀμματογράφον. Quare hoc loco στίβῃ scribi potest.

Τὴν ἄῤῥενα φύσιν ἐξαρνησαμένων. Cinædum intelligit. Sic enim cinædos designare Græci solent. Certe Polybius lib. IV, pag. 273. Babyrtam quemdam cinædum ita describit : Ἄνθρωπος ἀσυρὴς τῶν ἐξῃρνημένων τὸν ἄνδρα κατὰ πάντα τρόπον. Sic enim legendus est locus ille quem Casaubonus non intellexit.

Pag. 180. *Κομητατησίων δὲ λαργιτιόνων.* Thesauri principis qui vulgo sacræ largitiones dicebantur, alii erant per singulas diœceses, quibus præerant comites. Alii erant in comitatu una cum ipso principe, qui comitatenses largitiones dicebantur. His præerat comes largitionum comitatensium. Erant autem omnes isti comites sub dispositione viri illustris comitis sacrarum largitionum, ut docet notitia utriusque imperii. Hic comes largitionum comitatensium, officiales sub se habebat qui largitionales comitatenses dicebantur. Quorum mentio fit in lege 6, codice th. *De diversis officiis : De largitionalibus comitatensibus et officialibus rationalis rerum privatarum custodiri præcipimus*, etc. Sic enim scribendus est locus ille, qui vulgo corruptus est.

Πῶς οὐχ ὅπου γε. Codex regius cujus variantes lectiones edidit Stephanus, scriptum hic habet πῶς γὰρ οὐχί. Quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus, recte procul dubio.

Προσφάτῳ τολμᾷ σέβειν Θεῷ. Sirmundus ex eodem codice regio edidit πρόσφατον Θεόν. Sed nihil opus erat hac emendatione, cum utrumque dici possit. Recentem vero Deum Petrus hic appellat Christum, juxta sensum Arianorum, qui eum creaturam esse dicebant, non autem ab æterno Deum fuisse. Vide quæ sequuntur paulo post in Confessione presbyterorum Ecclesiæ catholicæ : ubi leguntur hæc verba, Ἡμεῖς οὔτε νέηλυν, οὔτε πρόσφατον σέβοντες Θεόν, etc. Sic enim legendum est ex codice Savilii et ex editione Basiliensi.

Pag. 182. *Ἀπάτορες.* Hunc locum feliciter mihi videor vertisse. Nam cum reliqui interpretes, Epiphanius scilicet, Christophorsonus ac Sirmundus patre carentes interpretati sint, ego Græcam vocem uno Latino vocabulo expressi, spurios vertens. Atque ita etiam ante nos vertit Joachimus Camerarius hoc modo. *Nostri igitur totius orbis Patres, a quibus alienati isti spurii sunt.* Certe Plutarchus in Quæstionibus romanis diserte testatur, τοὺς ἀπάτορας a Romanis vulgo appellari *spurios* vel *spurii filios.*

Ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας. In ms. codice Henrici Savilii et in editione Basiliensi legitur ἐκ τῆς αὐτοῦ οὐσίας, quemadmodum legisse videtur Epiphanius Scholasticus. Nos tamen nihil mutare voluimus, propterea quod utrobique idem sensus est.

Ἀθλητὰς θεασαμένη. In editione Basiliensi scriptum inveni θεασάμενοι, non male. Mallem tamen scribere θεασόμενοι vel θεασομένη, ut legit Epiphanius.

Δι' ἀπειλῶν καὶ ἀπάτης. In variis lectionibus quas ex altero codice regio collegit Stephanus, legitur δι' ἀπειλῶν καὶ βασάνων, quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus. Paulo post ubi legitur, Τῇ προφανεῖ δυσσεβείᾳ τῶν ἀρειομανιτῶν, Sirmundus ex eodem codice regio edidit, Τῇ προφανεῖ αἱρέσει, quod minus probo.

Pag. 183. *Σωρὸν τοῖς κύμασι.* Primam vocem Sirmundus in editione sua delevit ut superfluam. Exstat tamen in omnibus nostris codicibus. Ego levi mutatione locum ita restituendum puto : Αἱ τῶν ἁπάντων βοαὶ, τῆς ἐπαφριζούσης θαλάσσης τῶν προσρησσομένων ὀρῶν τοῖς κύμασι κτύπον ἐκάλυπτον. Posset etiam scribi τῶν προσρησσομένων ἀνέμων· sic enim supra locutus est Petrus de Magno comite largitionum, κἂν προσρήσσῃς ὡς ἄνεμος βιαῖος. Cæterum in codice Savilii et in editione Basiliensi scribitur τῷ κύματι.

Σαιρόμενοι. Basiliensis editio habet ξεόμενοι. Et paulo post, ubi legitur προικονησίοις scriptum habet προκονησίοις, ut et codex Savilii. Utrumque tamen dici potest, ut testatur auctor Etymologici.

Pag. 184. *Παρὰ τοῦ ἀγαπητοῦ ἡμῶν Δαμάσου.* Mortuo Athanasio, cum Petrus in ejus locum successisset, statim litteras synodicas, seu communicatorias scripsit ad Damasum Romanæ urbis episcopum, quibus et ordinationem suam ei significabat ex more, et persecutiones Arianorum ac gentilium quibus vexabatur narrabat. His litteris respondens Damasus, litteras communicatorias simul et consolatorias misit ad Petrum per quemdam diaconum urbis Romæ, ut testatur Petrus in hac epistola. Ex quo apparet, inter ordinationem Petri ac fugam, satis longum temporis spatium intercessisse. Nec probabilis videtur Baronii sententia, qui ordinationem ac fugam Petri in eumdem annum contulit Christi, scilicet 372. Quanquam Socrates mortem Athanasii ac Petri ordinationem anno citius refert.

Ὃς φονέων βασάνοις ἐπέκεινα κοινωνήσας. Interpretes hæc verba sic construunt, ut φονέων referatur ad ἐπέκεινα. Nam Camerarius ita vertit : *Qui magis quam ullus homicida tortus.* Nec aliter Christophorsonus et Sirmundus. Verum si ita construxeris, quomodo ferri poterit hæc locutio κοινωνήσας βασάνοις? Quare magis placet versio Epiphanii qui sic transtulit : *Et homicidarum verberibus coæquandus.* Vox igitur ἐπέκεινα transponenda est hoc modo, φονέων βασάνοις κοινωνήσας, ἐπέκεινα λίθοις, etc.

Τοὺς κατὰ φέννησον μετάλλοις. In altero codice regio, cujus variantes lectiones edidit Stephanus, scriptum est καταφέννης una voce, quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus. Malim tamen legere κατὰ φέννον. De his metallis Eusebius in libro *De locis Hebraicis*, ita scribit : Φινῶν ἦν κατῳκησεν Ἰσραὴλ ἐπὶ τῆς ἐρήμου· ἦν δὲ καὶ πόλις Ἐδὼμ. Αὕτη ἐστὶ Φαινών, ἔνθα τὰ μέταλλα τοῦ χαλκοῦ, μεταξὺ κειμένη πέτρας πόλεως καὶ ζοὼρ.

Τινὲς μὲν παρ' αὐτὰ μεμενήκασιν. Interpretes vocem τινὲς interpretati sunt de pueris qui mortui remanserunt sepulturæ expertes. Malim tamen de officialibus præsidis intelligere, qui custodes appositi erant cadaveribus mortuorum, ne quis ea sepulturæ mandaret.

Pag. 185. *Παρὰ πάντων ἀπορούμενοι.* Epiphanius Scholasticus hæc verba in interpretatione sua prætermisit. Camerarius autem ita vertit : *Sed cum omnino illos conatos erga cunctos sui frustrarentur.* Christophorsonus vero sic intrepretatur : *Atqui cum in eo quod conabantur, ab omnibus se destitutos viderent.* Jacobus autem Sirmundus Camerarium secutus ita transtulit : *In universum ergo cum omnia frustra conarentur.* Ego vero scribendum puto ἀποχρουόμενοι, quam lectionem in versione mea secutus sum. Id autem optime convenit cum præceden-

Digitized by Google

tibus. Ait enim Petrus Arianos instar diaboli circumeuntes, quæsivisse quem seducerent ac devorarent. Sed cum ab omnibus repellerentur, in aliquot episcopos et clericos iram suam vertisse et rabiem effudisse.

Οἰκήσαντας. Post hoc verbum integram pericopen adjecimus ex variis lectionibus, quas Robertus Stephanus ad Calcem editionis suæ descripsit ex altero codice bibliothecæ Regiæ, quæ sic habet καὶ λόγῳ καὶ πράξει τὰς ἡδονὰς ὑποτάξαντας. Ita certe in suo codice legerat Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit : *Viros pene ab infantia usque ad senectutem eremum incolentes, verboque superantes et actu libidinem.* Ita quoque edidit Jacobus Sirmundus.

Εἰσδεξάμενοι ῥόσον. In manuscripto codice Henrici Savilii scriptum est εἰσδεξάμενοι λύτταν, quomodo etiam legitur in codice Regio, cujus variantes lectiones edidit Stephanus. Ita quoque in suo codice legerat Epiphanius, ut ex ejus interpretatione colligitur, quæ sic habet : *Hi namque rabie coarmati blasphemiæ.*

In caput XXIII.

Pag. 186. *Τῇ Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ.* Miror interpretes non animadvertisse vitium hujus loci. Neque enim vicinas Romano imperio regiones populabantur Saraceni, sed ipsas imperii Romani provincias sibi vicinas vastabant. Legendum igitur est hoc loco τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας, ut scriptum est in exemplari Regio cujus variantes lectiones edidit Stephanus.

Ἐκείνη γὰρ μᾶλλον ἐπέλαζεν. Henricus Savilius ad latus sui codicis adnotavit, scribendum videri ἐκείνῃ in dativo. Quod mihi non displicet.

Ὁ δὲ φορέων ἦκουε. Hunc locum correxi ex duobus mss. codicibus, Regio et Saviliano, in quibus legitur φονῶν, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. Quod autem sequitur τὸν παυσάμενον πόλεμον, de bello inter Romanos et Saracenos intelligendum est.

In caput XXV.

Pag. 187. *Καθάπερ τινὲς πρόβολοι.* Epiphanius vertit *propugnacula*, Camerarius, *turres*. Sed magis placet Christophorsoni ac Sirmundi interpretatio, qui *rupes* verterunt. Harpocratio in lexico Πρόβολοι, inquit, αἱ εἰς θάλασσαν ἐγκείμεναι πέτραι, καὶ οἷον ἀκταί τινες. Ubi scribendum puto ἄκραι τινές. Utitur hac voce Demosthenes in oratione *Περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ*, et in Philippica 10, sub finem Ἀλλ' ἀνάγκη τούτοις ὥσπερ προβόλοις προσπταίοντας ὑστερίζειν ἐκείνων. Idem Demosthenes in orat. 1, *Contra Aristogitonem* in fine eadem voce utitur, Μὴ δὴ πρὸς οὓς αὐτὸς ἔχωσας λιμένας καὶ προβόλων ἐνέπλησας, πρὸς τούτους προσορμίζου· ubi vides hanc vocem in malam partem sumi, ad noxam potius quam ad tutelam. Utuntur hac voce etiam Aristides in *Panathenaico*, Libanius in *Basilico*, et Heliodorus in fine libri VIII. Sed et moles in mare projectas, quas nos vulgo digas vocamus, Græci ita appellabant, ut docet Procopius in lib. IV, *De ædificiis* : Πρὸς δὲ θάλατταν προβόλους τεκτηνάμενοι βραχεῖς, οὕσπερ καλεῖν νενομίκασι μώλους.

Pag. 188. *Κρεμάσαι.* Hic Sirmundus aliquot voces inseruit ex codice Regio, hoc modo : Ἐπὶ ταῖς ἰτέαις κρεμάσαι, etc. Quod non displicet.

Εἰς τὸ πολεμικὸν γυμνάσιον. Hunc locum non intellexerunt interpretes, qui hæc per metaphoram dici existimarunt. Atqui Theodoretus nulla hic metaphora utitur, sed intelligit locum extra urbem, in quo milites exerceri solebant. Qui locus vulgo *campus* dicebatur : unde *campiductores* et *campigenæ* dicti teste Vegetio. Sane Antiochiæ locus fuit ita dictus extra portam Romanensem, in quo milites Romani exercebantur quotidie. Ejus loci fit mentio in libello quem Ariani porrexerunt imperatori Joviano adversus Athanasium, cum imperator per hanc portam iret ad campum. Exstat hic libellus in tomo II Operum Athanasii : Πρώτη ἐντυχία ἦν ἐποιήσαντο, ἀπερχομένου τοῦ βασιλέως εἰς κάμπον ἐν τῇ Ῥωμανησίᾳ πύλῃ. Et paulo post : Ἀκούσας ὁ βασιλεὺς ἐπτέρνισε τὸν ἵππον, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὸν κάμπον.

Τὴν ἀνδρείαν προσέφερε. Vox ἀνδρείαν prorsus aliena est ab hoc loco. Comparat enim Theodoretus Diodorum vasto cuidam fluvio, qui suos quidem irrigabat, hostes vero submergebat. Itaque Sirmundus pro ἀνδρείαν, hoc loco substituit ἀρδείαν, parum felici conjectura ut equidem sentio. Neque enim puto ἀρδείαν Græce dici, sed potius ἄρδευσιν. Mallem igitur ὑδρείαν rescribere. Sed de hoc studiosi pro arbitrio suo judicabunt. Porro in editione Basiliensi scriptum inveni τοῖς μὲν οἰκείαν τὴν ἀνδρείαν προσέφερε, quod non probo.

Τὰ βέλη προέφερεν. In manuscripto codice Savilii et in editione Basiliensi scriptum inveni προσέφερεν, quod magis placet.

In caput XXVI.

Pag. 189. *Εἰς τὸ πολεμικὸν ἀπῆει γυμνάσιον.* Campum intelligit in quo milites Romani a campidoctoribus exercebantur. Illic enim orthodoxi cum ex urbicis ecclesiis pulsi essent, sub Flaviano ac Diodoro collectas agebant, ut supra narravit Theodoretus. Vide quæ notavi ad caput superius. Ex quo discimus portam illam urbis Antiochiæ, cujus hic fit mentio, dictam esse Romanensem.

Κατὰ τὸν μοναδικὸν νόμον. Magis placet scriptura codicis Saviliani, in quo legitur μοναχικόν.

Ὁ δὲ ἀπειλήσας ἐσίγησεν. Verbum ἀπειλήσας delendum videtur. Neque enim Valens quidquam minatus est Aphraatæ. Vide Theodoretum in *Philotheo*, p. 816.

In caput XXVII.

Pag. 190. *Πᾶν τὸ τῆς πόλεως πλῆθος.* Interpretes hæc verba de conversione totius populi acceperunt. Malim tamen intelligere de populi multitudine quæ Juliani videndi causa in ecclesiam confluxerat. Sententiam nostram confirmat Joannes Chrysostomus in homilia 21, in Epistolam Pauli ad Ephesios; ubi scribit de hoc Juliano monacho, eo in aliquam urbem ingrediente tantum fuisse hominum concursum, quantus nunquam antea visus esset, ne in imperatorum quidem adventu : Τούτου εἰς τὰς πόλεις ἐμβάλλοντος. Σπανιάκις δὲ τοῦτο ἐγίνετο, οὔτε ῥητόρων, οὔτε σοφιστῶν, οὔτε ἄλλου τινὸς εἰσελαύνοντος τοιαύτη τις ἐγίνετο συστροφή· τί δὲ λέγω, οὐχὶ πάντων βασιλέων. Sic enim locus ille distinguendus et exponendus est.

In caput XXVIII.

Pag. 191. *Τραϊανὸς ὁ στρατηγός.* Optime Epiphanius Scholasticus Trajanum magistrum militum interpretatus est. Is est Trajanus, de quo sæpius loquitur Ammianus Marcellinus in rebus Valentis Augusti.

Καὶ τὸ ὄρος δέ. Montem Casium intelligit, qui proximus erat urbi Antiochiæ, quam Theodoretus μεγίστην πόλιν appellat hoc loco et in superiori capite.

In caput XXIX.

Pag. 192. *Τούς τε πολυσχεδεῖς.* Mallem scribere πολυσχιδεῖς, id est multifidos errores, Suidas et Hesychius πολυσχιδὴς interpretantur πολυμερής, εἰς πολλὰ μεμερισμένος.

Οὐ μόνον τὰ γράμματα. Id est, sacræ Scripturæ non litteralem modo, sed allegoricum etiam sensum perdidicit. In codice Regio cujus varias lectiones edidit Stephanus, scriptum est τὰ ῥήματα.

In caput XXXI.

Pag. 193. *Πρὸς τὸν ἀδελφόν.* Errat hic Theodo-

Digitized by Google

retus. Nam Valentinianus imperator, frater Valentis Augusti jam e vivis excesserat, tunc cum Gothi, trajecto Danubio, Thraciam vastarunt, et imperator Valens, relicta Antiochia, Constantinopolim venire compulsus est. Itaque pro Valentiniano Gratianum dicere debuerat Theodoretus, et ἀδελφιδοῦν ponere pro ἀδελφόν.

In caput XXXIII.

Pag. 194. *Διανέμων τὸν πόλεμον.* Christophorsonus nescio quos codices secutus, δειμαίνων legit. Atque ita etiam edidit Jacobus Sirmundus, vertitque *bellum reformidans*. Nostri tamen codices nihil mutant; et Epiphanius Scholasticus vulgatam lectionem tuetur. Sic enim vertit : *Primum quidem Constantinopoli commoratus est, præparans bellum.*

Ἀλλὰ σὺ προῆει. Rectius in altero codice Regio legitur πρόη duabus syllabis, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. Regulariter tamen dicendum esset πρόης.

Ἀληθείαν συνεζευγμένοις. In ms. codice Henrici Savilii scriptum est συνεζευγμένην, quemadmodum edidit Sirmundus. Sed cum nullus in hac lectione sit sensus, istum locum malim ita scribere : Μὴ χαλεπαίνειν παρήνεσαν ἐπ' ἐλέγχοις τῇ ἀληθείᾳ συνεζευγμένοις. Nihil clarius est hac lectione, nihil certius.

HENRICI VALESII

ADNOTATIONES

IN LIBRUM QUINTUM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ THEODORETI.

In caput II.

Pag. 199. *Νόμον γὰρ ἔγραψε.* Exstat ea lex Gratiani in lib. XVI Codicis Theodosiani, titulo *De fide catholica*. Quanquam in Codice Theodosii, ea lex non Gratiano tribuitur, sed Theodosio, et Thessalonicæ data esse scribitur Gratiano Augusto V et Theodosio coss.; lex autem Gratiani, cujus hic meminit Theodoretus, lata erat ante principatum Theodosii. Etenim Sapor magister militum a Gratiano missus est in Orientem, ut hanc legem executioni mandaret, quemadmodum scribit Theodoretus. Quod certe nunquam a Gratiano præsumptum fuisset, si tunc temporis Theodosius Orientis imperium obtinuisset. Porro lex Theodosii qua basilicas ademit hæreticis, memoratur a Marcellino in libello Precum quem obtulit Theodosio, pag. 82.

Μετὰ Λιβέριον γάρ. In codice Savilii scribitur μετὰ Λιβέριον δὲ, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus.

Pag. 200. *Ἔρις ἀνήφθη.* In codice Saviliano, et in editione Basiliensi scriptum inveni ἔρις ἐγένετο, quod magis probo. Hæc enim controversia non tunc primum exorta est, sed jam diu ante excitata fuerat; quo tempore Paulinus a Lucifero ordinatus erat episcopus.

In caput III.

Pag. 201. *Μία τῆς σαρκὸς καὶ τῆς θεότητος φύσις.* Hæresim Eutychetis intelligit, quam ex Apollinare prognatam esse dicit, quod testatur etiam Liberatus diaconus et alii.

Τὸ τῇ θεότητι τοῦ Μονογενοῦς προσάπτειν τὸ πάθος. Theopaschitas intelligit, seu Deipassianos, qui sub imperatore Anastasio ingentes tumultus in Ecclesia excitarunt, ut refert Marcellinus in Chronico, Zonaras, Theophanes, et alii. Hic autem tumultus ex hac occasione ortus est. Simul atque sacerdos ad altare accesserat, hieropsaltes ex pulpito hymnum quemdam cantabat quem τρισάγιον vocabant : Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος. Quem hymnum Proclus Constantinopolitanus episcopus ab angelis per revelationem didicerat, ut scribit Jovius monachus in lib. VI, cap. 25, apud Photium in *Bibliotheca*. Huic hymno Orientales hanc appendicem subjiciebant ; Ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, ad Jesum Christum referentes. Sed Constantinopolitani et Occidentales illud additamentum rejiciebant, ne qua passio Trinitati consubstantiali attribueretur. Itaque pro appendice illa, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, accinebant ista, ἡ ἁγία Τριὰς, ἐλέησον ἡμᾶς, ut testatur Ephræmius patriarcha Antiochenus apud Photium.

Σὺ δὲ ἀντικρυς τῶν ὑποστάσεων. In Antiochena Ecclesia inter Catholicos partis Meletii et partis Paulini ingens fuit controversia de vocabulo *Hypostasis :* cum alii tres hypostases assererent in Trinitate, Meletiani scilicet ; alii vero, Eusthatiani scilicet, unicam dicerent hypostasim, hoc nomine substantiam intelligentes. Itaque cum de nomine tantum dissentirent, in re autem ipsa ambo inter se convenirent, Athanasius in Alexandrino concilio eos inter se conciliaverat, decernens ut sola fidei Nicænæ professio exigeretur, suppressa Hypostaseon mentione, ut videre est in epistola synodica Athanasii ad Antiochenos. Post hujus tamen concilii decretum, mansit hæc controversia in Ecclesia Antiochena, ut testatur Hieronymus epistola 57 *ad* Damasum, his verbis : *Post Nicænam fidem, post Alexandrinum juncto pariter Occidente decretum, trium hypostaseon ab Arianorum præsule et Campensibus, novellum a me homine Romano, non exigitur*, etc. Ubi per Arianorum præsulem Hieronymus designat Meletium, eo quod ab Arianis fuerat ordinatus. Per Campenses autem, vel Meletii sectatores intelligit, vel certe Apollinaris ac Vitalis sectatores, qui extra urbem in campo collectas agebant. Ex iis apparet verum esse quod hic scribit Theodoretus, Paulinum scilicet tres hypostases negasse, nec tamen eum dissensisse a Damaso. Paulinus enim perpetuo communionem cum Damaso retinuit, ut docet epistola Aquileiensis concilii a Sirmundo edita. Sed hypostasis nomine substantiam intelligebat, teste Hieronymo in epistola supradicta.

Pag. 202. *Ὁ δὲ Παυλῖνος οὐκ ἐστερξεν.* Non assentior Theodoreto, qui hanc conditionem quam Meletius Paulino obtulerat, repudiatam esse dicit a Paulino. Sed contra est Socrates atque Sozomenus, qui id ex compacto convenisse scribunt inter Meletium ac Paulinum, ut altero ipsorum decedente nullus in locum mortui subrogaretur. Idem etiam scribitur in epistola concilii Aquileiensis ad Theodosium imperatorem his verbis : *Oblatas pietati vestræ opinamur preces nostras, quibus juxta pactum* (*ita enim scribendum est*) *poposcimus,*

Digitized by Google

ut altero decedente, penes superstitem Ecclesiæ permanerent, nec aliqua superordinatio attentaretur. Et iterum in epistola 5 concilii Italiæ ad eumdem Theodosium ita scriptum est: *Scripseramus dudum ut, quoniam Antiochena civitas duos haberet episcopos Paulinum atque Melitium, quos fidei concinere putabamus, aut inter ipsos pax et concordia salvo ordine ecclesiastico conveniret, aut certe si quis eorum altero superstite decessisset, nulla subrogatio in defuncti locum superstite altero gigneretur.* Falsum est igitur quod his scribit Theodoretus Paulinum hanc conditionem non admisisse. Quare merito Theodoretus reprehenditur a Baronio ad annum Christi 378, quod Meletio et Flaviano nimis addictus, Paulinum temere ac falso insimulaverit.

Ὁ δὲ στρατηγὸς Μελετίῳ τὰς ἐκκλησίας παρέδωκεν. Id sic intelligendum puto, non ut Paulinus Ecclesia sua spoliatus sit quam habebat Antiochiæ: sed ut Ecclesiæ quas Euzoius Arianorum episcopus Antiochiæ obtinuerat, traditæ fuerint Meletio juxta Gratiani rescriptum. Cæterum merito Baronius hic reprehendit Theodoritum, quod concilii Antiocheni, quod hoc anno, Christi scilicet 378 celebratum est, nullam prorsus mentionem fecerit: et quod disputationem quidem episcoporum Antiochiæ coram Sapore habitam diligenter exponat: quæ autem ab episcopis in Antiocheno concilio tum decreta sunt, tacitus prætereat. Porro in hac synodo Antiochena quid gestum sit, recte observavit Baronius. Primo enim decretum est ex partium consensu, ut ex duobus episcopis Paulino ac Meletio, altero decedente, nullus subrogaretur episcopus. Deinde exposita est regula fidei catholicæ, et damnata hæresis Apollinaris atque aliorum. Postremo decretæ sunt legationes episcoporum in diversas provincias. Hæc sunt quæ in illa synodo gesta esse Baronius observavit. Lectus est præterea in ea synodo tomus Occidentalium, epistola scilicet synodica Damasi papæ, cui subscripserunt episcopi Orientales numero 146, ut legitur in collectione Romana Lucæ Holstenii, pag. 177: ubi post epistolam Damasi ad Orientales, hæc adduntur: *Explicit hæc epistola vel expositio synodi Romanæ, habita sub Damaso papa et transmissa ad Orientem, in qua omnis Orientalis Ecclesia, facta synodo apud Antiochiam, consona fide credentes et omnes ita consentientes eidem super expositæ fidei, singuli sua subscriptione confirmant. Meletius episcopus Antiochenus consentio omnibus supra scriptis*, etc. Ex quibus apparet legatos Damasi papæ huic Antiochenæ synodo interfuisse, qui etiam subscriptiones Orientalium episcoporum retulerunt ad Damasum. Idem quoque dicitur in canone quinto concilii CP., qui sic habet: *De tomo Occidentalium, etiam eos suscepimus qui Antiochiæ unam confitentur Patris et Filii et Spiritus sancti deitatem.* Nam tomus Occidentalium nihil aliud est quam epistola synodica concilii Romani, cui Orientales episcopi apud Antiochiam congregati subscripserant. Cum igitur Antiochena synodus hunc tomum seu libellum Occidentalium suscepisset, fidemque in eo expositam confirmasset, Constantinopolitana quoque synodus eumdem postea comprobavit. Denique in eadem synodo Antiochena, scripta est epistola synodica ad omnes episcopos Italiæ et Galliæ, quæ habetur inter epistolas Basilii, num. 69. Certe in fine ejus epistolæ diserte affirmant Orientales, consensisse se synodico libello, Occidentalium scilicet tomo. Sic enim vertenda sunt hæc verba: Συνθέμενοι καὶ αὐτῇ καὶ πᾶσι ἐν τῷ συνοδικῷ γράμματι κανονικῶς καὶ ἐνθέσμως δεδογματισμένοις.

In caput IV.

Ἀπολλινάριος δέ. In cunctis quidem exemplaribus, tam mss. quam editis, caput inchoatur ab his verbis, melius tamen inciperet ab his quæ leguntur infra, pag. 203, ὁ δὲ μέγας Εὐσέβιος.

Ταρσέων κατέστησε ποιμένα. Diodorus anno Christi 378, episcopus jam erat Tharsensis Ecclesiæ. Subscripsit enim epistolæ synodi Romanæ, sive tomo Occidentalium, in synodo Antiochena ut legitur in collectione Romana quam supra citavimus.

Ἰωάννῃ. Hic Joannes Antiochenæ Ecclesiæ archipresbyter diutissime fuerat sub Meletio, filius Publiæ illius abbatissæ, quæ temporibus Juliani maxime inclaruit, ut scribit Theodoretus in lib. III *Historiæ*, cap. 19.

Pag. 203. Ἀκάκιον ἐν Βεροίᾳ κεχειροτόνηκεν. Dubitare quis merito potest, quo jure Eusebius Samosatensis episcopus in aliena provincia episcopos ordinaverit. Erat quidem ipse episcopus provinciæ Euphratensis. Nam Samosata urbs erat Euphratensis provinciæ, cujus metropolis erat Hierapolis. Ac proinde ordinare non poterat suffraganeos episcopos, Hierapolitanum scilicet, Germanicensem, Cyrensem, Dolichensem. Istæ enim urbes erant provinciæ Euphratensis, ut discimus ex subscriptionibus concilii Chalcedonensis. In quo tamen Hierapolis ponitur metropolis provinciæ August. Euphratensis, sic enim scribendum est. Et secunda urbs ejus provinciæ ponitur Samosata. Quod quidem confirmat Ammianus Marcellinus in lib. XIV, ubi provincias Orientis describit. Ait enim Euphratensem provinciam civitatibus Hierapoli et Samosata illustrem esse. Hierocles tamen in notitia provinciarum imperii Romani Samosata tertiam urbem ponit Euphratensis provinciæ. Sic enim scribit: Ἐπαρχία Εὐφρατησίας ὑπὸ ἡγεμόνα πόλεις ιβ' Ἱεράπολις. Κύρος, Σαμόσατα, Δολίχη, Ζεῦγμα, Γερμανίκια, Περρή, etc. Cum igitur Eusebius iste de quo hic sermo est, non fuerit metropolitanus episcopus, quo jure ordinationes, episcoporum facere potuit, tum in sua provincia, Euphratensi scilicet, tum in Cœle-syria et Osdroena. Hanc difficultatem ita solvit Baronius ad annum Christi 378, ut dicat Eusebium id fecisse vi atque auctoritate legationis quæ ipsi mandata fuerat a synodo Antiochena. Ait enim in ea synodo decretas fuisse legationes episcoporum in diversas provincias ad componendum Ecclesiarum statum. Sed primo legationes istæ valde incertæ sunt. Nam quod de Gregorii Nysseni legatione illic scribit Baronius, concedamus, si placet, eam a synodo Antiochena decretam fuisse: cum ipse Gregorius se a concilio missum fuisse in Arabiam testetur. De Eusebio vero Samosatensi episcopo, cum nihil ejusmodi proditum sit ab antiquis, id affirmanti Baronio concedere nec possumus, nec debemus. Quis enim credat synodum Antiochenam dedisse potestatem Eusebio, non in una duntaxat provincia, sed in pluribus, adeoque in Syria-Cœle quæ diœcesis erat Meletii, episcopos ordinandi. Nonne id contumeliosum fuisset Meletio, qui tamen ei synodo præfuit, ut discimus ex Collectione Romana. Existimo igitur Eusebium Samosatenum, Spiritu divino impulsum, ut Ecclesiæ laboranti succurreret quæ tunc ab Arianis oppugnabatur, extra ordinem hæc præstitisse; et Meletium Antiochenum episcopum, cujus id jus pontificiumque erat, ordinationes ab illo factas postea comprobasse. Multa enim similia in ecclesiastica historia occurrunt, contra vigorem canonum gesta, persecutionum tempore, ut jam supra observavi, ad caput 13 libri IV. Ex quo discimus, Eusebium Samosatensem episcopum diu antea idem præstitisse, et Valentis Augusti temporibus presbyteros, diaconos et episcopos in alienis provinciis ordinasse. Quemadmodum ergo tunc temporis nulla legatione fretus id gessit, sic etiam nunc post reditum ab exsilio, nulla legatione opus habuit ut idem perpetraret. Porro notandum est Eusebium istum maximam inter episcopos Orientis auctoritatem habuisse. Nam et in synodo Antiochena quæ facta est hoc anno, primus post Meletium subscripsit. Et in epistola synodica ejusdem Meletii quæ habetur inter epistolas Basilii numero 69, primus post Meletium nominatur.

Digitized by Google

Καὶ Εὐλόγιον ἐκεῖνον. Hic Eulogius Edessenus episcopus interfuit synodo Antiochenæ, et tomo Occidentalium una cum reliquis episcopis subscripsit, ut legitur in Collectione Romana.

Βάρσης γὰρ ὁ θεσπέσιος. De hoc Barse Theodoretus multa habet in lib. IV *Historiæ ecclesiasticæ*. Ad eumdem exstat epistola Basilii Magni. Ejusdem mentio fit in epistola synodica Meletii, Antiochensis episcopi ad episcopos Italiæ et Galliæ, quæ legitur inter Epistolas Basilii, num. 69. Sed ejus nomen illic depravatum est. Narses enim scribitur pro Βάρσης.

In caput VII.

Pag. 206. *Τούτου δὴ ἕνεκα.* Non assentior Theodoreto. Non enim idcirco solos Orientis episcopos ad Constantinop. synodum evocavit Theodosius, quod solæ Orientis provinciæ hæretica labe infectæ essent : sed eo quod cum ipse imperator esset Orientis, Occidentales episcopos ad suam synodum convocare non poterat, quippe qui sub ipsius imperio ac ditione constituti non essent.

In caput VII.

Ναζιανζὸν τὰ τελευταῖα ποιμᾶναι. Cave credas episcopum Nazianzi his verbis designari. Neque enim Gregorius, priusquam ad Constantinopolitanæ Ecclesiæ episcopatum promoveretur, Nazianzi episcopus fuit, sed tantum coadjutor patris in episcopatu Nazianzeno, sine ullo successionis vinculo. Itaque post mortem patris sui, ex oppido Nazianzo discessit, ut ipse testatur in Carmine de vita sua. Fuit quidem hic error Rufini, qui in lib. XI *Historiæ ecclesiasticæ*. cap. 9, scribit Gregorium in locum patris sui episcopum Nazianzi subrogatum, ac deinde Constantinopolitanum episcopum factum fuisse. Sed eum errorem confutat Gregorius ipse, ut jam dixi. Quare hoc loco ποιμᾶναι non pro episcopo, sed pro adjutore episcopalis officii accipiendum est. Nisi malimus hæc verba τὰ τελευταῖα exponere non de tempore quod præcessit episcopatum Constantinopolitanum Gregorii, sed de extremo illius vitæ tempore. Nam Gregorius cum se episcopatu CP. abdicasset, sub extrema vitæ tempora Nazianzi episcopus fuit. Atque hic sensus magis placet. Melius enim convenire videtur verbis Theodoriti.

Τὸν κανόνα γεγραφότων. Intelligit can. 15 concilii Nicæni, qui vetat episcopos, presbyteros ac diaconos ex una Ecclesia in aliam transferri. Contra hunc canonem Gregorius Nazianzenus, ab episcopatu Sasimorum translatus fuerat ad episcopatum Constantinopoleos. Quare irrita ejus ordinatio, ut definiunt canones Nicæni. Certe Occidentales episcopi eam improbarunt, ut docet epistola concilii Aquileiensis. Eam tamen defendere conatur Theodoritus non absurde.

Τελειωθεὶς εὐφημίαις. Sic etiam edidit Jacobus Sirmundus, male ut apparet. Nos ex ms. codice Henrici Savilii et ex editione Basiliensi restituimus ταπεινωθεὶς. Qua emendatione nihil certius. Porro ex tot orationibus quæ in funere magni Meletii dictæ sunt, unica hodie superest oratio Gregorii Nysseni : in cujus initio mentionem facit aliorum qui ante ipsum in Ecclesia peroraverant de laudibus ejusdem Meletii.

Τιμόθεος δέ. Fallitur hic Theodoretus. Non enim Timotheus Maximum Cynicum ordinavit episcopum Constantinopoleos, sed Petrus, ut testis est Gregorius Nazianzenus in Carmine iambico de vita sua, qui tres episcopos ex Ægypto misit ad eam ordinationem peragendam, quemadmodum docet epistola 5 episcoporum Italiæ ad Theodosium imp. quam edidit Jacobus Sirmundus. Baronius quidem ad annum Christi 379, cap. 25, ait Petrum Alexandrinum episcopum septem episcopos Ægypti ad id perficiendum legasse. Quorum nomina hæc erant, Ammon, Apammon, Arpocras, Sippas, Rhodon, Anubis et Hermanubis. Verum graviter hallucinatur. Hi enim septem, non episcopi erant, sed nautæ seu potius gubernatores classis Alexandrinæ, ut testatur Gregorius in Carminibus iambicis δύστηνα ναυταρίδια, etc. Exstat oratio Gregorii Nazianzeni in eorum adventum. Ex qua discimus etiam eos non episcopos fuisse sed laicos : nautas scilicet Alexandrinos, qui frumentum ex Ægypto Constantinopolim advexerant. Quo maxime argumento convincitur, eos episcopos non fuisse. Neque enim episcopali dignitati convenit frumenti advectio. Denique Gregorius in tota illa oratione eos nunquam episcopos, semper vero laicos appellat, cum dicit toties λαὸς ἐμὸς et λαὸς θεοῦ. Postremo verba illa Gregorii : *Verum posteaquam Cæsari, quæ sunt Cæsaris contulistis, Deo etiam quæ Dei sunt tribuistis : illi nempe vectigal, huic timorem. Et postquam cibis vestris populum aluistis, ipsi quoque, ut a nobis alamini, huc acceditis.* Hæc, inquam, verba an non aperte laicos designant, et nautas qui frumentum seu canonem urbis CP. advexerant.

Pag. 207. *Συνοδικὴν ἐπιστολὴν τῶν τῆς ἑσπέρας.* Exstat hæc epistola synodica episcoporum Italiæ ad Theodosium imperatorem scripta, quam edidit Jacobus Sirmundus in Appendice Theodosiani Codicis, pag. 104. In ea epistola episcopi Italiæ postulant, ut Nectarius qui in synodo CP., deposito Maximo, episcopus fuerat ordinatus, loco cedat ; aut certe Romæ generale concilium habeatur, in quo de ordinatione Maximi ac Nectarii judicium feratur. Sic enim aiunt episcopi Italiæ : *Nec videmus eam posse aliter convenire, nisi aut is reddatur Constantinopoli, qui prior est ordinatus. Aut certe super duorum ordinatione sit in urbe Roma nostrum Orientaliumque concilium. Neque enim indignum videtur, Augustæ, ut Romanæ Ecclesiæ antistitis finitimorumque et Italorum episcoporum debeant subire tractatum, qui unius Acholii episcopi ita exspectandum putaverunt esse judicium, ut de Occidentalibus partibus Constantinopolim evocandum putarent.* Ejusdem epistolæ mentio fit in epistola synodica concilii CP., quam sequenti capite refert Theodoretus. Utrum porro præter hanc epistolam ad imperatorem Theodosium, episcopi Italiæ aliam synodicam scripserint ad episcopos Constantinopoli congregatos, mihi quidem incompertum est. Id tamen ab illis factum non puto. Nam in epistola synodica Patres concilii CP. solam mentionem faciunt epistolæ imperatoris super ea re ad ipsos scriptæ : quam scilicet imp. Theodosius ad ipsos scripserat rogatu episcoporum Italiæ. Id enim ab illo poposcerant episcopi Italiæ, admoniti ab imp. Gratiano, ut docet eorum epistola jam citata.

In caput IX.

Pag. 208. *Ἀσχολίῳ.* Hic superiore anno, qui fuit Christi 381, Constantinopolitanæ synodo interfuerat, solus ex Occidentalibus episcopis, ut supra observavi. Quare non mirum est, si cum esset Occidentalium partium episcopus, ad synodum Romanam venit, quæ anno Christi 382 celebrata est, sed sub finem superioris anni a Damaso Rom. pontifice fuerat indicta. Anemius vero qui post Ascholium hic nominatur, Sirmiensis erat episcopus, qui Aquileiensi concilio interfuit. Britto autem cujusnam urbis fuerit episcopus, equidem nescio. Suspicor tamen episcopum Capuæ fuisse.

Μεγάλῃ πόλει Ῥώμῃ. Rectius in codice Basiliensi scribitur μεγαλοπόλει hic et paulo post ubi Constantinopolis fit mentio. Certe Roma a Græcis μεγαλόπολις dicta est, ut observavi in adnotationibus Eusebianis. Constantinopolim quoque ita nominat Eusebius in libris *De vita Constantini*, et Joannes Chrysostomus aliique.

Digitized by Google

Τῶν παθῶν τὸ πλῆθος. In manuscripto codice Henrici Savilii legitur τῶν παθημάτων quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus.

Καὶ προτιμήσεις πόλεων. Henricus Savilius in suo codice priorem vocem lineola subnotavit, et orucem signavit ad marginem, ut hanc vocem corruptam esse indicaret. Camerarius quidem et Sirmundus multas civitatum interpretati sunt, quod non probo. Neque enim προτίμησις multationem significat. Dicendum enim esset προστιμήματα, aut ἐπιτίμια. Nec melius Christophorsonus vertit amissiones civitatum quas incolebant. Ego mutationes urbium malim vertere. Qui enim persecutionem patitur, vertere solum cogitur, et extraneas civitates patriæ suæ præponere, quod est προτίμησις. Posset etiam ea vox aliter exponi; de civitatibus quæ ob catholicæ fidei defensionem gravi pecunia multatæ sunt ab imperatoribus. Primum enim loquuntur episcopi de civitatibus quæ persecutionis procella quassatæ sunt: deinde de singulis civibus. Itaque verba illa, Χρημάτων δὲ ζημίας καὶ προτιμήσεις τῶν πόλεων, uno spiritu legenda sunt. Atque hæc explicatio mihi nunc magis placet. Tantum προστιμήσεις scribendum erit.

Pag. 209. *Ἐκ τῶν πέρυσι γραμμάτων.* Intelligo epistolam concilii Italiæ ad Theodosium imperatorem, de qua supra locuti sumus. Scripta autem est hæc epistola post concilium Aquileiense, ut docent Patres synodi CP, ab episcopis scilicet qui post concilium Aquileiæ celebratum anno Christi 381, mense Septembri, Aquileiæ substiterant.

Pag. 210. *Ἁγίων θεοφόρων.* Duo hæc vocabula desunt apud Nicephorum, nec habentur in versione Epiphanii Scholastici. Est tamen solemne Epitheton quo recentiores Græci designare solent episcopos concilii Nicæni.

Ταῦτα γάρ. Hæc in editione Basiliensi scribuntur a capite. Cæterum pro ταῦτα, in codice Savilii et apud Nicephorum legitur ταύτην, quam lectionem secutus est Jacobus Sirmundus.

Ἦν μόλις ποτέ. Henricus Savilius in suo codice ita notavit, *Oratio imperfecta.* Jacobus autem Sirmundus, nescio quem codicem secutus, audacter expunxit hæc verba, cum tamen in omnibus nostris exemplaribus habeantur et in editione Basiliensi, nec non apud Nicephorum et Epiphanium. Quod si Savilius ac Sirmundus totius orationis vestigia attentius consectati essent, vidissent profecto hic subaudiendum esse verbum σώζομεν, quod post longum verborum circuitum subjicitur hoc modo: Καὶ τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως δὲ τοῦ Κυρίου λόγον ἀδιάστροφον σώζομεν.

Τελείαις ὑποστάσεσιν. Apud Nicephorum legitur τελειοτάταις· quomodo etiam legit Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit, *in tribus perfectissimis subsistentiis.*

Pag. 211. *Τῷ τε ἐν Ἀντιοχείᾳ τόμῳ παρὰ τῆς ἐκεῖ συνόδου.* Intelligit synodum Antiochenam quæ facta est anno Christi 378, de qua superius plura observavi. In ea synodo condita fuerat formula fidei, cui deinde subjecti erant anathematismi diversarum hæreseon ex more. Sic in synodo Nicæna, post expositionem fidei subjiciuntur anathematismi. In eadem synodo Antiochena lectus et confirmatus fuerat tomus Occidentalium, id est, epistola synodica Damasi papæ, ut superius demonstravi. hic enim ait canon 5 concilii CP. qui est: Περὶ τοῦ τόμου τῶν Δυτικῶν. Καὶ τοὺς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἀπεδεξάμεθα, τοὺς μίαν ὁμολογοῦντας Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος θεότητα. Intelligit enim episcopos qui Antiochiæ congregati fuerant ante triennium, et tomum Occidentalium quo una Patris et Filii et Spiritus sancti divinitas asseritur, subscriptione sua firmaverant, ut ex collectione Romana superius ostensum est. Male Baronius, Paulini ac Meletii sectatores eo canone intelligi existimavit.

Παρὰ τῆς οἰκουμενικῆς. Miror quomodo Orientales ad synodum Romanam scribentes, synodum suam οἰκουμενικήν, hoc est universalem seu generalem appellent. Fateor quidem CP. synodum tandem pro generali habitam fuisse, accedente scilicet consensu occidentalis Ecclesiæ. Verum eo tempore quo hanc epistolam scripserunt ad synodum Romanam, CP. synodus universalis dici non potuit. Universalem enim synodum eam demum intelligimus, ad quam ex universo orbe evocati convenerunt episcopi. Atqui ad CP. synodum ex Orientis duntaxat partibus episcopi convenerunt, uti supra ostendimus, cum Theodosius, qui eam congregavit, solius Orientis imperium obtineret. Dicet fortasse aliquis, Ascholium Occidentalium partium episcopum ei synodo interfuisse. Fateor id quidem. Verum Ascholius vices non gessit omnium Occidentalium, nec pro universis Occidentalibus ei synodo subscripsit. Sane Occidentales hanc synodum CP. diu non habuerunt pro œcumenica, ut docet epistola concilii Italiæ ad Theodosium imperatorem his verbis: *Nos igitur in synodo ea quæ totius orbis episcopis videbatur esse præscripta, nihil temere statuendum esse censuimus. At eo ipso tempore, qui generale concilium declinaverant, Constantinopoli quæ gessisse dicuntur? Nam cum cognovissent ad hoc partium venisse Maximum, ut causam in synodo ageret suam, quo etiamsi indictum concilium non fuisset,* etc. Vides ut generale concilium opponunt synodo CP. generale concilium appellantes illud quod Romæ indictum fuerat a Damaso anno Christi 380 ad causam Maximi Cynici examinandam. Quod cum Orientales episcopi detrectassent, iterum episcopi Italiæ anno Christi 381, post Aquileiense concilium Theodosium imp. rogarunt, ut Romæ generalis synodus Orientalium simul et Occidentalium cogeretur. Non habuerunt igitur synodum CP. pro œcumenica Occidentales episcopi, cum ejus acta improbaverint, ordinationem scilicet Flaviani atque Nectarii: cumque per eas ordinationes ruptam esse communionem inter se atque Orientales episcopos conquesti sint.

Ἀναδεδέχθαι τοὺς ἱερεῖς. Hunc locum correxi ex codice Savilii et ex Nicephoro, in quibus legitur ἀναδεδεῖχθαι. Atque ita etiam legit Christophorsonus et Sirmundus. Epiphanius quidem Scholasticus vulgatam scripturam tuetur. Verum ea quæ sequuntur, satis ostendunt ita scribendum esse ut dixi. Sequitur enim de episcopis Constantinopoleos, Antiochiæ et Hierosolymorum, qui in Constantinopolitana synodo ordinati fuerant aut confirmati. Alexandrini autem Timothei nulla fit mentio, propterea quod is in supradicta synodo nec ordinatus fuerat nec confirmatus.

In caput X.

Pag. 212. *Συνοδικὸν Δαμάσου.* Baronius hanc epistolam a Damaso scriptam esse ait anno Christi 373, in synodo Romana. Sed non dubito quin hæc synodica Damasi epistola diu post synodum illam Romanam quæ anno Christi 373 celebrata est, conscripta sit. Nam Damasus ipse in hac synodica diserte testatur, Apollinarem ac Timotheum ejus discipulum jamdudum a se damnatos ac depositos fuisse, præsente Petro Alexandrinæ urbis episcopo. Atqui Apollinaris primum a Damaso damnatus est in synodo Romana anno Christi 373, ut fatetur ipse Baronius. Cui synodo interfuit Petrus Alexandrinus, ut testatur etiam Sozomenus. Hanc igitur synodicam scriptam esse oportet diu post synodum illam Romanam, cum in hac synodica mentio fiat illius synodi in qua damnatus fuerat Apollinaris.

Ἑαυτοῖς τὸ πλεῖστον παρέχετε. Quisquis hanc Damasi synodicam in Græcum sermonem transtulit, hoc loco lapsus mihi videtur, cum in vitiosum codicem incidisset. Scripserat enim procul dubio Da-

Digitized by Google

masus : *Nobis plurimum tribuitis*, ut sensus et orationis series postulat. Ipse vero legit *vobis*, absque ullo sensu.

Pag. 213. *Ἤδη γὰρ ἄπαξ τύπον.* Intelligit, ut opinor, epistolam scriptam ad Paulinum Antiochensem episcopum, quæ hic subjicitur a Theodoreto.

In caput XI.

Πρὸς Παυλῖνον ἐπίσκοπον ἐν τῇ Μακεδονίᾳ. Camerarius et Christophorsonus Paulinum episcopum Thessalonicæ in Macedonia interpretati sunt. Quorum interpretationem secutus Baronius, graviter reprehendit Theodoretum, quod Paulinum ex Antiochense episcopo fecerit Thessalonicensem, eo consilio ut Paulini cum Damaso communionem occultaret. Verum non hoc dicit Theodoretus : sed tantum ait Damasum papam misisse confessionem fidei ad Paulinum, cum Paulinus esset Thessalonicæ in Macedonia. Recte ergo Jacobus Sirmundus hunc locum ita vertit : *Confessio fidei catholicæ, quam Damasus papa in Macedoniam misit ad Paulinum episcopum, cum esset Thessalonicæ.* Viderat hoc Baronius ipse, et Theodoretum immerito a se reprehensum esse agnoverat, cum error ille interpretibus assignandus sit, non autem Theodoreto, ut testatur Baronius ad annum 378, cap. 44. Exstat hæc Damasi epistola in tomis Conciliorum et in *Annalibus* Baronii, et novissime in Collectione Romana Lucæ Holstenii, cum hoc titulo : *Dilectissimo fratri Paulino Damasus.* Verum etsi non additum sit nomen civitatis cujus episcopus erat Paulinus, nomen tamen Vitalis cujus in ea fit mentio, satis indicat Antiochensem fuisse Paulinum.

Ὃς ἐγένετο ἐν Θεσσαλονίκῃ. Id est *cum Paulinus esset Thessalonicæ.* Sic enim recte vertit Baronius ac Sirmundus, ut supra notavi : melius itaque legeretur, ὅτε ἐγένετο, etc. Sed difficultas est, quandonam Paulinus Antiochensis episcopus Thessalonicam venerit. Baronius anno Christi 382, testatur Paulinum Romam venisse una cum Epiphanio et Hieronymo ad synodum Romanam, quæ eo anno celebrata est. Tunc igitur Damasus papa synodicam hanc epistolam ad eum misit, cum Paulinus Roma digressus una cum Ascholio qui eidem synodo interfuerat, Thessalonicæ substitisset. Quare hæc synodica scripta est anno Christi 382, paulo post synodum Romanam. Quod quidem optime consentit cum Theodoreto, qui hanc synodicam refert post synodum Constantinopolitanam, superstite adhuc Gratiano. Nec audiendus est Baronius, qui hanc epistolam Damasi ad Paulinum, refert ad synodum Romanam quæ anno Christi 373 celebrata est.

Ἐπειδὴ μετὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον. In Latino exemplari hujus epistolæ quædam adduntur non contemnenda, quæ interpres Græcus omisit. Sic igitur habet authenticum exemplar hujus epistolæ : *Post concilium itaque Nicænum, et quod in urbe Roma concilium congregatum est a catholicis episcopis, addiderunt : « De Spiritu sancto, »* etc. Quæ si genuina sunt, neque enim suspicione omni carent ; intelligitur synodus Romana, quam Silvester congregasse dicitur Romæ ad confirmationem synodi Nicænæ.

Pag. 214. *Τοὺς δὲ ἀπὸ ἐκκλησιῶν εἰς ἑτέρας.* Idem præceperat Damasus in epistola prima ad Acholium, Euridicum, Severum et alios, quam edidit Lucas Holstenius : *Illud præterea commoneo dilectionem vestram, ne patiamini aliquem contra statuta majorum nostrorum de civitate alia ad aliam transduci, et deserere plebem sibi commissam, et ad alium populum per ambitionem transire. Tunc enim contentiones oriuntur, tunc schismata graviora occipiunt, cum et illi qui amiserint sacerdotem, sine dolore animi esse non possunt; et illi qui alterius civitatis acceperint episcopum, etiamsi gaudeant, invidiosum sibi intelligunt fore, sub alieno se agere sacerdote.* Ideo autem Damasus tum in epistola ad Acholium, tum in synodica ad Paulinum, enixe id vetat, quod hujusmodi translationes in Orientis præcipue partibus invaluerant.

Εἴ τις μὴ εἴπῃ τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον παθόντα σαρκί. Hic anathematismus deest in Collectione Romana Lucæ Holstenii ; nec habetur in versione Epiphanii Scholastici.

Pag. 215. *Καὶ ἐσταυρωμένον σαρκί.* Hæc verba non leguntur in editione Basiliensi. Nec videntur admodum necessaria.

Καὶ Θεὸν Θεοῦ Λόγον. In Collectione Romana rectius legitur *et Deum verum.* Sed Græcus interpres legisse videtur *et Deum Verbum.*

Καὶ παντὸς τοῦ χῆς. Postrema vox deest in manuscripto codice Savilii, nec habetur in versione Epiphanii Scholastici, nec in Collectione Romana.

Τοῦ Υἱοῦ τοῦ σαρκωθέντος. Duo postrema vocabula non habentur in versione Epiphanii Scholastici, nec in Collectione Romana Lucæ Holstenii.

Εἰς ἀεὶ ζῶντα. In Latino exemplari ex quo hæc conversa sunt, legitur *æquales semper virentes.* Itaque in Græco scribendum videtur ἴσα ἀεὶ ζῶντα. Ita certe in suo codice legit Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet.

Πάντα σώζοντα. In Latino exemplari hujus epistolæ, plura leguntur hoc modo : *Omnia quæ sunt salvanda, salvantes.*

Θεὸν ἕνα ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν. Tres postremæ voces desunt in Latino exemplari, et in versione Epiphanii Scholastici.

Ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐνδείκνυται. Scribendum est, ἡμῖν ex Collectione Romana. Totusque locus ita restituendus, Οὐχὶ τῶν θεῶν ὄνομα· ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ ἡμῖν ἐνδείκνυται, etc.

In caput XIII.

Pag. 216. *Προσενεγκεῖν τὴν ἐξαπάτην.* Mallem scribere προενεγκεῖν.

Καθηγόμενος. Scribendum est θηγόμενος, *dempta* prima syllaba, ut legitur in manuscripto codice Henrici Savilii. Ita quoque edidit Jacobus Sirmundus.

In caput XVI.

Pag. 218. *Νεωστὶ δὲ κεχειροτόνητο.* Arcadius Augustus a Patre renuntiatus est, Meraubaude iterum et Saturnino coss. octo demum post annis Theodosius ex Italia digressus rediit Constantinopolim, in qua urbe Amphilochius Theodosium ita allocutus est. Quo quidem tempore Arcadius novellus imperator dici non potest.

Νόμον εὐθὺς ἔγραψε. Exstant multæ leges imp. Theodosii, adversus hæreticos latæ, quæ leguntur in libro XVI Codicis Theodosiani. Sed inter eas nullam reperio, quæ huic tempori possit convenire, quo Theodosius ab Italia Constantinopolim repetierat. Quare vereor ne Theodoretus hic temporum ordinem confuderit. Idem ante me observavit Baronius, qui Theodoreti errorem coarguens, iisdem plane argumentis quibus nos usi sumus, hoc Amphilochii factum confert in annum Christi 383, quo scilicet Arcadius a patre Augustus appellatus est.

In caput XVIII.

Pag. 220. *Ῥουφῖνος μάγιστρος.* Rufinus magister officiorum fuit Valentiniano Aug. quartum et Neoterio coss. anno Christi 390, ut docet lex tertia Codicis Theod. de Fabricensibus. Quo quidem anno contigit clades illa Thessalonicensis, ut recte Baronius observavit. Sed et Zosimus in lib. IV, Rufinum per hæc tempora magistrum officiorum fuisse testatur.

Pag. 221. *Τὸν θεῖον παραβήσεται νόμον.* Baronius ad annum Christi 390, hunc Theodoreti locum describens ita exponit : *Hæc idcirco dicebat*

Digitized by Google

Theodosius, quod sciret legem esse in Ecclesia ut nonnisi circa paschale tempus pœnitentes ab episcopo reconciliarentur. Nisi velis potius illum allusisse ad ecclesiasticam illam legem, qua cavetur ne voluntarius homicida, nisi in fine vitæ communicet. Sed pace ill. cardinalis dictum sit, neutra mihi expositio probatur. Neque enim ita astricti erant episcopi, ut ante paschale tempus reconciliare non possent pœnitentes. Divinam igitur legem vocat Theodoretus, ne pœnitentes ante peractam publice pœnitentiam ad pacem et communionem admitterentur. Nam Theodosius post admonitionem Ambrosii, ab ecclesiæ quidem ingressu abstinuerat; verum nullam exomologesin fecerat, nullum pœnitentiæ specimen ediderat. Nam nec in ordine pœnitentium steterat, nec veniam publice petierat: quasi id imperatoria majestate indignum esset. Lex igitur divina ea est, ut nonnisi sancti et qui puras manus habent, aut certe qui per pœnitentiam purgati sunt, ad sanctuarium accedant. Hanc expositionem confirmat Theodoretus paulo post, ubi dicit: Καὶ κατὰ τοῦ Θεοῦ μεμηνέναι τὸν Θεοδόσιον ἔλεγε, καὶ τοὺς ἐκείνου νόμους πατεῖν.

Τῷ ἀσπαστικῷ οἴκῳ. Josephus Scaliger in lib. II *Ausonianarum lectionum*, cap. 23, ait ἀσπαστικὸν οἶκον a Theodoreto vocari hospitium episcopale quo advenæ excipiebantur. Sed nos in adnotationibus ad lib. XV Ammiani Marcellini, pag. 87, docuimus, ἀσπαστικὸν οἶκον nihil aliud esse quam salutatorium, ut recte vertit Epiphanius Scholasticus, seu secretarium ecclesiæ, in quo episcopus cum presbyteris sedens, a fidelibus qui ad ecclesiam accedebant, salutari consueverat.

Pag. 222. *Καὶ τὰ δυσίατα θεραπεῦσαι.* Desunt hæc verba in optimo codice Henrici Savilii, nec habentur in versione Epiphanii Scholastici. Non immerito itaque Sirmundus ea in editione sua expunxit.

Γραφῆναί τε τὸν νόμον. Idem scribit Rufinus in lib. XI *Historiæ*, cap. 18, ita dicens: *Lege sanxit in posterum ut sententiæ principum super animadversione prolatæ, in diem tricesimum ab executoribus differantur.* Legem ipsam refert Cassiodorus in *Historia tripartita*. Exstatque in utroque Codice, tam Theodosii, quam Justiniani, sed præfixo Gratiani ac Valentiniani nomine, data Antonio et Siagrio coss., octo annis ante stragem Thessalonicensium. Quæ res in maximam difficultatem conjecit Baronium, ut videre est ad annum Christi 390. Quam quidem ipse ita solvere conatur, ut dicat titulum ac subscriptionem legis mutatam fuisse ab antiquariis in gratiam Theodosii, ut ejus facinus ea ratione occultaretur. Ego vero aliter censeo: hanc scilicet legem primum quidem latam fuisse a Gratiano, iis quos dixi coss.: postea vero occasione cædis Thessalonicensium, renovatam fuisse a Theodosio: priorem tamen titulum legis semper remansisse, qui Gratiani nomen præferebat.

In caput XIX.

Pag. 223. *Ἡ γὰρ τοῦ γάμου.* Vera quidem sunt quæ de Flaccillæ Augustæ virtutibus hic refert Theodoretus. Sed nihil pertinent ad hoc locum: Nam Flaccilla diu ante cladem Thessalonicensium ex hac luce migraverat, et post ejus obitum Theodosius Gallam uxorem duxerat.

In caput XX.

Pag. 224. *Τοῦ νόμου κωλύοντος ὃν Ἀμβρόσιος.* Longe hic fallitur Theodoretus, quasi seditio Antiochena post Thessalonicensem cladem contigerit. Atqui Antiochena illa seditio contigit anno Christi 388, ut scribit Baronius, Theodosio II et Cynegio coss., Thessalonicensis vero clades accidit anno 390.

Pag. 225. *Τῆς χλανίδος θατέρου ἀπτόμενος.* Chlamydem verti, secutus Epiphanium Scholasticum qui ita interpretatus est. Sane χλανίδα pro chlamyde a scriptoribus vel librariis sæpius poni observavi. Chlamys vero hic optime convenit Hellebico ac Cæsario, quorum ille magister militum erat, hic magister officiorum: quæ erat Palatina militia. Ad utrumque horum judicium, ad Hellebicum scilicet ac Cæsarium, qui a Theodosio missi fuerant Antiochiam, exstant orationes Libanii.

In caput XXI.

Συγγνώμην ἐζήτουν. Melius scriberetur ἐξῄτουν.

Κωνσταντῖνος μὲν γὰρ ὁ μέγας. Exstat oratio Libanii ad imp. Theodosium pro templis, in qua docet quomodo se gesserint imperatores Christiani erga paganos. Et Constantinum quidem Magnum ait, duntaxat spoliasse templa: Constantium vero ejus filium prohibuisse sacrificia: ejusque legem a secutis imperatoribus et ab ipsomet Theodosio esse observatam: reliqua vero permissa fuisse paganis, id est turificationem et publicas epulas.

Ὁ δὲ Οὐάλης. Hujus principatu permissa fuisse gentilium sacrificia docet Libanius in lib. IV, epist. 225 ad Aristonem.

Μετὰ τῶν αἰγίδων. Epiphanius Scholasticus et reliqui interpretes verterunt *cum scutis*. Ego vero vertere malui cum pellibus caprinis. Harum enim usus fuit in orgiis Bacchi. Αἰγὶς proprie est pellis capræ, ut νεβρὶς pellis cervi. Paulo post, ubi legitur τὴν διδασκάλου πανήγυριν, Epiphanius Scholasticus et Christophorsonus ac Sirmundus legunt πονηρίαν, quod non probo.

Pag. 227. *Τῆς ἑῴας ὕπαρχος.* Cynegius scilicet præfectus prætorio Orientis, qui ad occludenda deorum templa et ad prohibenda sacrificia missus est a Theodosio in Orientem et Ægyptum, ut testatur Zosimus in lib. IV *Historiæ*. De hoc Idatius in *Fastis*, ita scribit, Theodosio Aug. II et Cynegio coss.: *Hic universas provincias longi temporis labe defectas, in statum pristinum revocavit: et usque ad Ægyptum penetravit, et simulacra gentium evertit. Unde cum magno fletu totius populi civitatis deductum est corpus ejus ad apostolos die* XIV *Kal. April. et post annum transtulit eum matrona ejus Acanthia ad Hispanias pedestre.* Ex quo patet, vel ipsum Cynegium, vel uxorem ejus Acanthiam, ex Hispaniis oriundam fuisse.

Τοῦ Διός. De Jove qui colebatur Apameæ, loquitur Libanius in lib. IV, epist. 290 Ad Alexandrum: Ἐπέδης Ἀπαμείας εὖ ποιῶν, τῆς τοῦ Διὸς φίλης, ἣ τὸν Δία τιμῶσα διέμεινεν ὅτ' ἦσαν τιμωρίαι τοῦ τιμᾶν τοὺς θεούς.

Καὶ ἀντιγράφων ἐτύγχανε. Mallem scribere ἀντιγραφῶν accentu mutato. Nam ἀντιγραφή, responsum significat. Paulo post pro ἀνεδέξατο στέφανον, emendavi ἀνεδήσατο ut legitur in editione Basiliensi et in manuscripto codice Savilii.

In caput XXIII.

Pag. 229. *Προσήκει γενέσθαι ποιμένα.* Scribendum est προσήκειν, ut edidit Jacobus Sirmundus. Subauditur enim λέγων, quod præcessit. Porro de ordinatione Flaviani Antiochensis episcopi, nihil certius habemus, quam quod refertur in epistola synodica Constantinopolitani concilii ad synodum Romanam, licet Baronius testimonium illud refellere conetur.

Pag. 230. *Οὔτε γὰρ ἀνθ' ἑαυτοῦ.* Id nominatim prohibetur canone 23 concilii Antiocheni. Quod autem sequitur καὶ πάντας συγκαλεῖσθαι, designat canonem 19 ejusdem Antiocheni concilii.

Πάλιν δίχα τριῶν ἐπισκόπων. Intelligit canonem IV concilii Nicæni, in quo id diserte cavetur, ne nisi sub trium episcoporum præsentia ordinatio ullius episcopi celebretur, ita tamen ut reliqui provinciales episcopi per litteras ordinationi consentiant. Porro in editione Basiliensi ita legitur hic locus,

Digitized by Google

δίχα τριῶν ἐπισκόπων ἐπισκόπου χειροτονίαν ἀπαγορεύουσι γίνεσθαι, quod magis placet.

Οὐ μόνον ὁ θαυμάσιος Δάμασος. In ms. codice Henrici Savilii additur particula hoc modo. οὐ γὰρ μόνον, etc., quod profecto non displicet.

Ψῆφον δέξομαι. In altero codice Regio, cujus variantes lectiones edidit Stephanus, legitur ὑποίσω ψῆφον quam scripturam amplexus est Jacobus Sirmundus. Verum codex Savilii et Basiliensis editio vulgatam scripturam tuentur.

Σύνδικος γεγενῆσθαι. In editione Basiliensi scriptum inveni σύνδικος προβεβλῆσθαι. Quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. Quam scripturam magis probo.

Pag. 231. *Ἀκάκιος.* De hujus Acacii Berhœensis episcopi legatione atque adventu in urbem Romam, scribit Palladius in Vita Joannis Chrysostomi, Et Sozomenus in lib. VIII *Historiæ*. Et Sozomenus quidem hanc legationem Acacii refert sub exordium pontificatus Joannis Chrysostomi, id est anno Christi 398. Quod cum Theodoreti narratione nullatenus potest convenire, qui eam refert ad tempora Magni Theodosii. Verum Theodoretus noster nulla ratione excusari potest, qui Theodosium ab Anastasio Romano pontifice super ea re interpellatum esse dicit. Atqui Theodosius e vivis excesserat ante pontificatum Anastasii.

Δι' ἑπτακαίδεκα ἐτῶν. Baronius ad annum Christi 398, cap. 80, hic falli ait Theodoretum, qui Flavianum Antiochensem rediise dicat in gratiam cum Romano pontifice, post septemdecim annos a conflata inter eos discordia. Atqui hæc discordia cœperat principatu Juliani Apostatæ, ob electionem Paulini a Lucifero factam, ut vult Baronius. A quo tempore si septemdecim annos numeraveris, ad annum Christi 379, quo Theodosius imperare cœpit, referenda erit hæc legatio: quod est absurdissimum. Ego vero Baronium potius falli existimo, qui discordiam illam cujus hic meminit Theodoritus, repetit a temporibus Juliani. Atqui a Flaviani ordinatione, id est ab anno Christi 381, potius repetendi est. Nam antea per pactionem illam quæ inter Paulinum ac Meletium facta fuerat, dissensio sopita esse videbatur. Quam Flaviani electio postea suscitavit. Ab anno igitur 381, quo Flavianus Antiochensem episcopatum suscepit, ad annum Christi 398, quo Acacius legationem illam obiit, fiunt anni septemdecim.

In caput XXIV.

Pag. 233. *Ἀπαλλάξαντα βιοτῆς.* Jacobus Sirmundus edidit ἀπαλλαξείοντα, ex libris Christophorsoni; quod non displicet. In manuscripto codice Henrici Savilii legitur ἀπαλλάξειν, mendose, ut apparet.

In caput XXVIII.

Pag. 235. *Εἰς ἓξ δὲ αὖτη ἡγεμονίας.* Pessime Christophorsonus vertit *in sex episcopatus divisa est.* Nam longe plures episcopatus erant in Thracia. Rectius ergo Camerarius ac Sirmundus provincias verterunt. Sex enim erant provinciæ Thraciarum, ut docet Ammianus Marcellinus, et Notitia imperii Romani; erant autem omnes sub dispositione vicarii diœceseos Thraciarum. Pari errore Christophorsonus paulo post, ubi Asia regi dicitur a præsidibus undecim, *antistites* vertit. Atqui Asia multo plures habebat antistites sive episcopos. Rectores vero seu judices sæculares undecim tantum habuit. Tot enim erant provinciæ Asiæ, ut docet Hierocles in descriptione provinciarum et urbium imperii Orientalis: quarum Asia quidem proprie dicta et Hellespontus atque insulæ erant sub dispositione proconsulis Asiæ. Reliquæ autem octo, Pamphylia scilicet, Lydia, Caria, Lycia, Lycaonia, Pisidia, Phrygia Pacatiana, Phrygia Salutaris, singulæ quidem suum consularem habebant; omnes tamen erant sub dispositione vicarii diœceseos Asianæ.

Pag. 236. *Ἰσαρίθμους δὲ καὶ αὖτη.* Simili errore Christophorsonus Ponticæ diœcesi undecim tantum episcopos tribuit. Atqui Theodoretus non de episcopis hic loquitur, sed de judicibus seu rectoribus provinciarum. Fuerunt autem undecim provinciæ diœceseos Ponticæ, quarum singulæ suum rectorem habebant, ut videre est apud Hieroclem. Omnes vero erant sub dispositione vicarii Ponticæ diœceseos.

In caput XXXIII.

Ὑπήρτησέ τε προθύμως. Adverbium προθύμως, deest in manuscripto codice Henrici Savilii, et in editione Basiliensi, prorsusque inutile ac superfluum mihi videtur.

In caput XXXIV.

Pag. 239. *Ἱερεῦσι πιστεύσας.* Codex Savilii particulam addit hoc modo ὡς ἱερεῦσι. Atque ita etiam edidit Jacobus Sirmundus.

Κατέλαβεν ἱερόν. Hieron navale fuit celeberrimum, in ostio Ponti situm, ita dictum a duodecim deorum templo quod illic exstructum erat, ut ex Timosthene docet Harpocratio in voce ἐφ' ἱερόν. Meminit ejus loci Demosthenes in Oratione contra Leptinem, et in Oratione adversus Polyclem. Frequentabatur olim hic locus ab Atheniensibus, qui frumentum ex Bosporo coemere solebant, ut docet Demosthenes. Erat enim hic locus commodissimus, et quasi claustrum quoddam Ponti Euxini. Quare Bysantii cum maris illius dominatum affectarent, locum illum ingenti pecunia sibi comparaverat, ut docet Polybius in lib. IV. Certe Arianus in periplo Ponti Euxini, eum locum ἀφετήριον esse dicit eorum qui in Pontum navigant, id est claustrum seu transennam.

Λαμπάδας προάπτοντες. In codice Savilii et in editione Basiliensi scriptum inveni προσάπτοντες, quod magis placet.

Ὑπὸ βασιλέως ἐξελαθῆναι. Codex Henrici Savilii scriptum habet βασιλέων. Quæ si vera lectio est, Eudoxiam Augustam cum Arcadio intelligere debemus.

Pag. 240. *Εἰς ἐκεῖνο τὸ συνέδριον.* Jacobus Sirmundus edidit νησύδριον, contra fidem omnium librorum. Nam quod ex libris Christophorsoni profertur in editione Coloniensi, eam conjecturam potius esse existimo viri docti, quam scripti codicis lectionem. Nolim tamen damnare eam scripturam. Nam oppidum illud Pityus situm fuit *in insula*, ut testatur Ammianus Marcellinus in lib. XXII, his verbis: *Insulæque Arduæ, Trapezunta et Pityus continentes oppida non obscura.*

In caput XXXV.

Pag. 241. *Συμμαχοῦσαν ἔχων.* Pro συμμαχοῦσαν Nicephorus habet συμβαίνουσαν, quod mihi quidem magis placet.

Ἡ παραπλησίαν. Restituimus hoc loco genitivum pro dativo, suadente id Saviliano codice, et Basiliensi editione. Observavi enim Theodoretum fere pro dativis genitivum ponere. Sic in cap. 30 hujus libri dixit, ὁμογλώττους γὰρ ἐκείνων. Non ut vulgatæ editiones habent ἐκείνοις: et in cap. 28, de Pontica diœcesi loquens ita scribit, ἰσαρίθμους δὲ καὶ αὖτη ἔχει τῆς Ἀσίας τοὺς ἡγουμένους. Pro eo quod alii dicerent τῇ Ἀσίᾳ.

Καὶ τοὺς λοιπούς. Rectius in ms. codice Savilii scribitur Καὶ τοὺς πολλούς. Sic enim laicos appellare solet Theodoretus, ut videre est in lib. I *Historiæ*, cap. 22. Ita quoque edidit Jacobus Sirmundus.

In caput XXXVII.

Pag. 242. *Περί τινος δεδμένος.* In codice Savilii

Digitized by Google

scriptum est περὶ ἑαυτοῦ. Epiphanius tamen Scholasticus vulgatam lectionem tuetur. Sic enim vertit : *Quidam vir conversationis monachicæ adiit imperatorem, pro quadam causa rogans.* Nicephorus quoque eamdem lectionem retinuit. Sic enim habet περὶ του δεησόμενος..

Pag. 243. *Τῷ δεδωκότι.* Mallem scribere τῷ δεδεχότι. Sic certe legisse videtur Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet. Ita enim vertit : *Rogans ut juberet ei qui ligaverat, ut ipsius vincula solveret.* Porro hæc narratio in primis notanda est, multis de causis. Primum enim ex ea concludi potest, pœnitentiam non usquequaque abrogatam esse a Nectario. Videmus enim excommunicationem eo tempore usitatam fuisse, quam secuta est absolutio, quæ sine pœnitentia esse non potest. Præterea hæc narratio mirifice confirmat vulgarem illam regulam juris canonici, quæ dicit excommunicationem timendam esse, etiamsi injusta sit. Vides enim imperatorem sine causa excommunicatum, excommunicationem tamen non spernere. Denique hæc narratio id nos docet, ejusdem hominis esse solvere qui ligavit. Quamobrem imperator ligatus ab inferioris gradus clerico, absolutione pontificis sui contentus non fuit : sed ab eo ipso absolvi voluit qui ipsum vinxerat. Atque id imperatoris factum prædicat Theodoretus, quod in eo divinis legibus obsecutus sit. Ac Theodoretus quidem virum illum a quo excommunicatus fuerat Theodosius, presbyterum fuisse non dicit. Non dubito tamen quin presbyter fuerit. Quomodo enim jus excommunicandi et absolvendi usurpare potuisset, nisi in presbyterio constitutus? Hinc etiam est, quod imperator ad episcopum misit, rogans ut ei viro tanquam clerico suo præciperet, ut absolutionem ipsi impertiretur. Cæterum utrum simplex presbyter excommunicandi jus habeat, aliis disquirendum relinquo. Ex hac quidem narratione colligi videtur, id juris ei non competere, nisi mandatum fuerit ab episcopo.

Ῥοΐλος Σκυθῶν τῶν ρομάδων. Apud Nicephorum et Epiphanium Scholasticum Ῥοΐλας scribitur, rectius, ut opinor. Hic est, ut puto, Roas qui ante Attilam Hunnicis gentibus imperavit, ut scribit Priscus in *Historia Gothica*, et Jordanes. Apud Priscum Ῥούας dicitur.

In caput XXXVIII.

Pag. 244. *Ἰτόκέντιον δέ.* Ab iis verbis caput exorsi sumus. Quam quidem conjecturam nemo erit, ut opinor, qui non probet. Nam quæ præcedunt, ad superius caput pertinent.

Πραΰλιος ἀνὴρ φερώνυμος. Id est πρᾶος. Nam Praylius nomen est diminutivum. Hujus Praylii Hierosolymorum episcopi mentio fit in Vitâ Porphyrii Gazensis episcopi, eodemque tempore Joannes Cæsareæ Palæstinæ episcopus fuisse dicitur. A quo Porphyrius tanquam a metropolitano episcopus est ordinatus.

Διπαρηθείς. Hoc verbum active sumpsit Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit: *Rogans eos ut reliquo unirentur ovili.* Eumdem sensum secutus est Christophorsonus. Sed rectius Jacobus Sirmundus in passiva significatione accepit. Theodotum igitur a fidelibus rogatum esse intelligo, ut Apollinaristas qui admodum pauci erant, reliquo Ecclesiæ corpori adjungeret. Mirum est tamen, in hujus verbi interpretatione lapsum esse Camerarium qui sic vertit: *In summo eos cum Ecclesia conjungendi labore.*

In caput XXXIX.

Pag. 245. *Τοὺς τὰ στοιχεῖα θεοποιοῦντας.* Vocabulum στοιχεῖα hoc loco non significat quatuor elementa. Neque enim Magi apud Persas quatuor elementa adorabant, sed solum ignem et lunam ac solem, quemadmodum docet Epiphanius in Epilogo librorum adversus hæreses : Μαγουσαῖοι παρὰ Πέρσαις καλούμενοι, οἱ εἰδώλα μὲν βδελυττόμενοι, εἰδώλοις δὲ προσκυνοῦντες, περὶ καὶ σελήνῃ καὶ ἡλίῳ. Certe Græci solem ac lunam appellare solent στοιχεῖα. Sic enim Joannes Chrysostomus in Homilia 58 in Matthæum de lunaticis scribit : ὁ γὰρ δαίμων ἐπὶ διαβολῇ τοῦ στοιχείου καὶ ἐπιτίθεται τοῖς ἁλοῦσι, καὶ ἀνίησιν αὐτοὺς κατὰ τοὺς τῆς σελήνης δρόμους. Sed et Latini elementa interdum appellant solem ac lunam et reliquos planetas. Hieronymus in epistola ad Hedybiam, quæstione 4 : *Omnis hebdomada*, inquit, *in Sabbatum, et in primam, et in secundam, et tertiam, et 4, et 5, et sextam Sabbati dividitur, quas ethnici idolorum et elementorum nominibus appellant.* Nec aliter sumit hoc nomen Gregorius Nyssenus in Vita sanctæ Macrinæ, ubi ait tantam esse audaciam pictorum, ὡς καὶ αὐτῶν τῶν στοιχείων τὰς εἰκόνας διὰ τῆς μιμήσεως ἀνατυποῦσθαι. Quin et duodecim signa zodiaci ita vocarunt, ut observavi in Adnotationibus Eusebianis, pag. 54.

Pag. 246. *Καταχρήσαντες.* Restituimus καταχρίσαντες, ut habet codex Savilii. Atque ita etiam legit Christophorsonus : vertit enim *inungere.* Camerarius et Sirmundus *obturare.* Ego *oblinire* mallem interpretari, quod fit calce et gypso.

Pag. 248. *Εἶσω θῆναι.* Rectius in ms. codice Henrici Savilii scribitur una voce εἰσωθῆναι, quod idem est ac εἰσωθεῖσθαι. Sirmundus tamen edidit εἶσω θεῖναι contra fidem omnium codicum.

Ἄβρους καὶ ἀνημέρους. Hujus loci emendatio debetur codici Henrici Savilii, in quo diserte scribitur ἀνειμένους, optime sine dubio.

In caput XL.

Θεόδωρος ὁ Μοψουεστίας. Gregorius Papa in epistola 31, lib. VI ait ecclesiasticam Historiam Theodoreti ab Ecclesia Romana ideo non recipi, ob id præcipue quod Theodorum Mopsuestiæ nimium laudaverit, et usque ad diem obitus sui magnum Ecclesiæ doctorem fuisse pronuntiaverit. Scio quidem in supradicta epistola Gregorii, Sozomenum dici, non Theodoretum. Sed non dubito quin Gregorius memoriæ vitio lapsus sit, et pro Theodoreto Sozomenum posuerit. Baronius quidem, tum in Adnotationibus ad Martyrologium Romanum, tum in Annalibus ecclesiasticis ad annum Christi 427, Gregorium conatur ab errore defendere. Ait enim librum ultimum Historiæ Sozomeni mutilum ad nos pervenisse, et multa capita in eo desiderari. In illis igitur ait scriptum fuisse id quod a Gregorio dicitur de Theodoro Mopsuestiæ. Verum hoc nihil aliud est quam divinare. Etenim Gregorii magni temporibus, *Historia ecclesiastica* Sozomeni nihil amplius continebat, quam quod nunc habemus. Certe Cassiodorus qui diu ante Gregorium vixit, et qui *Historiam ecclesiasticam* Sozomeni Tripartitæ suæ intexuit, integriores Sozomeni codices non habuit. Unde igitur integriores Gregorius nancisci potuisset? Pro certo enim habeo, Gregorium magnum non alibi legisse Sozomenum, quam in *Historia Tripartita.* Porro in lib. X *Historiæ Tripartitæ*, cap. 34, ita scriptum est : *Eo autem tempore quo Theodotus sacratissimus Antiochenam regebat Ecclesiam, Theodorus* Μοψουεστίας *episcopus, sed totius doctor Ecclesiæ*, etc. Id cum legisset olim Gregorius, ex Sozomeno desumptum esse existimavit, eo quod nullius scriptoris nomen, nec hujus, nec multorum præcedentium capitum titulo sit præfixum. Hinc factum est, ut memoriæ vitio Sozomenum scripserit pro Theodoreto.

Πάσης μὲν Ἐκκλησίας διδάσκαλος. De Theodoro Mopsuestiæ episcopo varia fuerunt hominum judicia. Laudatus est enim a multis Ecclesiæ Patribus, Joanne Chrysostomo, Cyrillo et Iba Edesseno in epistola ad Marim Persam, et a Facundo Hermianense ; ut Theodoretum nostrum omittam. Alii vero ac præcipue Acephali, multa in ejus scriptis reprehenderunt, tria potissimum illi objicientes, quibus acriter respondet Facundus in lib. IX, pro defensione trium capitulorum. Damnati sunt tamen ejus libri

Digitized by Google

in synodo Constantinopolitana sub Justiniano : eique sententiæ universa tandem Ecclesia acquievit, ut docet Gregorius papa in epistola 31, lib. VI. Theodoretum vero nostrum ei favisse, non est adeo mirandum. Omnes enim Orientales una cum Joanne Antiochensi episcopo, impensissime faverunt Theodoro, ut discimus ex Liberati Breviario et ex Actis synodi V.

PAG. 249. *Πέντε μὲν καὶ ἑκατὸν ἐτῶν.* Baronius horum annorum quinque supra centum, quos Theodoretus Historiam suam complecti dicit, initium deducit ab anno Christi 323, quo Licinii cædem contigisse scribit. Ab eo, inquit, tempore si numerare incipias annorum centum et quinque periodum, ad hunc usque annum 427 perveniet, quo ait Theodoretus defunctum fuisse Theodotum de quo agimus, Antiochenum episcopum. Henricus autem Savilius ad oram editionis Roberti Stephani, hos quinque et centum annos aliter computat, ab anno scilicet 320, qui fuit 14 imperii Constantini, ad annum 425, qui fuit 18 Theodosii junioris. Cur vero ita numeraverit Savilius, causa hæc est, quod Arii blasphemiam ex qua horum annorum initium ducit Theodoretus, vulgo omnes existimant cœpisse anno Christi 320, annis quinque ante concilium Nicænum. Mihi tamen verior esse videtur Baronii sententia : Etenim Savilius Theodoti Antiochensis episcopi mortem confert in annum Christi 425. Atqui constat Theodotum adhuc superstitem fuisse anno Christi 426. Interfuit enim synodo Constantinopolitanæ quæ jussu Theodosii Junioris congregata est in ordinatione Sisinnii patriarchæ Constantinopolitani, ut docet Photius in *Bibliotheca*, cap. 52. Rectius ergo Baronius ejus obitum consignavit anno Christi 327. Verum in eo lapsus est, quod hos quinque et centum annos quos Historia Theodoreti complectitur, a Licinii cæde exorsus est : cum tamen Theodoretus ab Arii blasphemia, non a Licinii cæde Historiam suam exordiri se dixerit. Præterea Licinius non anno Christi 323, sed 325 cæsus est, ut scribitur in *Fastis* Idatii. Cæterum etsi Baronii sententiam magis probo, qui Theodoti mortem confert in annum Christi 427, nequaquam tamen in ea penitus acquiescendum puto. Nam Theodorus Mopsuestenus, quem Theodoto Antiochensem Ecclesiam regente mortuum esse scribit Theodoretus, adhuc in vivis erat anno Christi 428. Certe Nestorius qui hoc anno Constantinopolitanum episcopatum suscepit, Theodorum Mopsuestenum in itinere convenit, ut testatur Theodulus apud Evagrium in lib. I Historiæ.

Κατέλεξα δὲ κατὰ τὴν τάξιν. Tota hæc pericope deest in editione Basiliensi, una cum catalogo episcoporum qui in quatuor patriarchalibus Ecclesiis sederunt jam inde a temporibus Constantini. Et hunc quidem catalogum ante nos Jacobus Sirmundus in editione sua evulgavit ; sed mendosissimum. Nos ex ms. codice Henrici Savilii eum nunc emendatiorem damus. In hoc autem catalogo notandum est, quod post Romanos episcopos, Antiochensis Ecclesiæ antistites proxime recenset, ante episcopos Alexandriæ. Ex quo obiter colligi potest, catalogum hunc sive indicem patriarcharum, non esse opus subditilium, sed revera scriptum esse a Theodoreto, qui Antiochensibus episcopis, utpote patriarchis suis, primum locum tribuit post pontificem Romanum. Illud præterea observandum est, Constantinopolitanos antistites postremo loco recenseri, contra auctoritatem canonis Constantinopolitanæ synodi.

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

THEODORETUS CYRENSIS EPISCOPUS.

Præfatio 9
Ordo editionis Sirmondi et novæ. 23
COMMENTARIUS IN OMNES PAULI EPISTOLAS. 31
Præfatio Gentiani Herveti. 31
Præfatio Theodoreti in Epistolas Pauli 35
Interpretatio epistolæ ad Romanos. 43
Interpretatio epistolæ I ad Corinthios. 226
Interpretatio epistolæ II ad Corinthios 375
Interpretatio epistolæ ad Galatas. 459
Interpretatio epistolæ ad Ephesios. 506
Interpretatio epistolæ ad Philippenses. 558
Interpretatio epistolæ ad Colossenses. 591
Interpretatio epistolæ I ad Thessalonicenses 627
Interpretatio epistolæ II ad Thessalonicenses 658
Interpretatio epistolæ ad Hebræos. 674
Interpretatio epistolæ I ad Timotheum. 787
Interpretatio epistolæ II ad Timotheum. 831
Interpretatio epistolæ ad Titum. 858
Interpretatio epistolæ ad Philemonem. 871

HISTORIA ECCLESIASTICA.

Testimonia de Historia ecclesiastica. 879
Prælatio. — Historiæ scopus. 882
LIBER PRIMUS. 885
CAPUT PRIMUM. — Unde cœperit Arianorum hæresis. 885
CAP. II — Primariorum episcoporum enumeratio. 886
CAP. III. — Alexandri episcopi Alexandrini ad Alexandrum episcopum Constantinopolitanum epistola. 887
CAP. IV. — Arii epistola ad Eusebium Nicomediensem episcopum. 910
CAP. V. — Eusebii episcopi Nicomediensis epistola ad Paulinum episcopum Tyri. 914
CAP. VI. — Quæ gesta sint in magno concilio Nicæno. 915
CAP. VII. — Arianorum ex Eustathii et Athanasii libris reprehensio. 919
CAP. VIII. — Quæ contra Meletium Ægyptium acta fuerint, a quo Meletiani schismatici ad hunc usque diem permanent ; et synodica de illo epistola. 927
CAP. IX. — Imperatoris Constantini ad absentes episcopos epistola de iis quæ statuta fuerunt in synodo. 931
CAP. X. — De annona ecclesiis attributa, et aliis imperatoris virtutibus. 938
CAP. XI — Eusebii Cæsariensis epistola de fide Nicæne exposita. 939
CAP. XII. — Confutatio Arianorum nunc obtrectantium, e libris Eusebii Cæsariensis episcopi. 946
CAP. XIII. — De Arii morte ex epistola Athanasii. 950
CAP. XIV. — Epistola Constantini imperatoris de ecclesiarum exstructione. 915
CAP. XV. — Alia ejusdem epistola, de parandis sacrarum Scripturarum codicibus. 954
CAP. XVI. — Alia ejusdem epistola ad Macarium Hierosolymitanum episcopum, de Dei templo exstruendo. 955
CAP. XVII. — De Helena imperatoris Constantini matre, et studio in divini templi exstructione. 958

Digitized by Google

CAP. XVIII. — De illegitima Eusebii Niccmediensis translatione. 962
CAP. XIX. — Epistola Constantini imperatoris adversus Eusebium et Theogonium, ad Nicomedienses. 962
CAP. XX. — De Eusebii sociorumque ejus fraudulento consilio adversus sanctum Eustathium episcopum Antiochenum. 966
CAP. XXI. — De episcopis hæreticis Antiochiæ post sancti Eustathii discessum creatis. 967
CAP. XXII. — De Indorum fide. 970
CAP. XXIII. — De Iberorum ad fidem traductione. 971
CAP. XXIV. — Constantini imperatoris ad Saporem Persarum regem epistola, de ipsius providentia erga Dei populum. 974
CAP. XXV. — De structis contra sanctum Athanasium insidiis. 979
CAP. XXVI — Altera in Athanasium structa fraus. 982
CAP. XXVII. — Constantini imperatoris ad Tyrium synodum epistola. 982
CAP. XXVIII. — De concilio Tyri celebrato. 983
CAP. XXIX. — De encæniis Hierosolymis factis, et de exsilio sancti Athanasii. 987
CAP. XXX. — De magni Constantini imperatoris testamento. 990
CAP. XXXI. — Imperatoris defensio. 990
CAP. XXXII. — De imperatoris obitu. 990

LIBER SECUNDUS. 991

CAPUT PRIMUM. — De reditu sancti Athanasii. 991
CAP. II. — Quomodo Constantius imperator a recta fide abductus fuerit. 994
CAP. III — De secunda beati Athanasii relegatione, Gregoriique tum ordinatione tum morte. 995
CAP. IV. — De Paulo Constantinopolitanæ urbis episcopo. 998
CAP. V. — De Macedonio et hæresi ab eo introducta. 998
CAP. VI. — De synodo Sardicensi. 998
CAP. VII. — De Euphrata et Vincentio, et dolosa in eos apud Antiochiam machinatione. 1018
CAP. VIII. — De Stephani depositione. 1022
CAP. IX. — De secundo reditu sancti Athanasii. 1022
CAP. X. — De tertio ejusdem exsilio et fuga. 1023
CAP. XI. — De Georgio, et nefariis ejus Alexandriæ facinoribus. 1026
CAP. XII. — De concilio Mediolanensi. 1030
CAP. XIII. — Colloquium Constantii imperatoris et Liberii papæ Romæ. 1034
CAP. XIV. — De exsilio et reditu sancti Liberii. 1039
CAP. XV. — De concilio Ariminensi. 1042
CAP. XVI. — De concilio apud Nicam Thraciæ habito, et expositio fidei illic conscripta. 1050
CAP. XVII. — Synodica Damasi episcopi Romæ, et occidentalium episcoporum, ad Illyrici episcopos scripta de concilio Ariminensi. 1051
CAP. XVIII. — Athanasii episcopi Alexandriæ de eodem concilio epistola. 1055
CAP. XIX. — De Leontii episcopi Antiocheni versutia, et de Flaviani et Diodori fiducia ac libertate. 1058
CAP. XX. — De Eudoxii Germaniciensis novitate, et de Basilii Ancyræ atque Eustathii Sebastiæ contra illum contentione. 1062
CAP. XXI. — De concilio Nicææ iterum convocato. 1062
CAP. XXII. — De concilio apud Seleuciam Isauriæ habito. 1063
CAP. XXIII. — De iis quæ Constantinopoli orthodoxis episcopis contigerunt. 1066
CAP. XXIV. — Epistola synodica contra Aetium scripta. 1070
CAP. XXV. — Quæ causa Eunomianos ab Arianis diremerit. 1074
CAP. XXVI. — De Nisibis urbis obsidione, et apostolica vita Jacobi episcopi. 1075
CAP. XXVII. — De synodo Antiochena, et quæ ibi gesta sunt contra sanctum Meletium. 1079
CAP. XXVIII. — De Eusebio episcopo Samosatensi. 1083

LIBER TERTIUS. 1086

CAPUT PRIMUM. — De Juliani imperio, quod a puero in pietate educatus ad impietatem delapsus est : et quomodo impietatem principio tegens, eam postea patefecerit. 1086
CAP. II. — De reditu episcoporum, et ordinatione Paulini. 1087
CAP. III. — Quæ et quanta in Christianos ausi sint gentiles, accepta ab eo potestate. 109
CAP. IV. — Quas adversus Christianos leges tulerit. 1093
CAP. V. — De quarto exsilio et fuga sancti Athanasii. 1095
CAP. VI. — De Apolline Daphnæo, et sancto Babila. 1098
CAP. VII. — De Theodoro confessore. 1098
CAP. VIII. — De sacris vasis fisco vindicatis, et frumenti erogatione sublata. 1099
CAP. IX. — Quas pœnas impietatis suæ dederint Julianus avunculus imperatoris, et Felix. 1102
CAP. X. — De filio sacerdotis. 1102
CAP. XI. — De Juventino et Maximino, sanctis martyribus. 1103
CAP. XII. — De Valentiniano, qui postea imperio potitus est. 1106
CAP. XIII. — De aliis confessoribus. 1107
CAP. XIV. — De Artemio duce, et Publia diaconissa, divinaque ejus libertate. 1110
CAP. XV. — De iis quæ Judæis templi ædificationem aggressis acciderunt, et de plagis iisdem divinitus inflictis. 1111
CAP. XVI. — De expeditione in Persas. 1114
CAP. XVII. — De nobilis civis Berœensis libertate. 1115
CAP. XVIII. — De prædictione pædagogi. 1115
CAP. XIX. — De prophetia sancti Juliani monachi. 1118
CAP. XX. — De Juliani imperatoris cæde in Perside. 1118
CAP. XXI. — De præstigiis apud Carras post ejus mortem deprehensis. 1119
CAP. XXII. — De capitibus Antiochiæ inventis in palatio, et publicis tripudiis ob Juliani mortem. 1119

LIBER QUARTUS. 1122

CAPUT PRIMUM. — De Joviani imperio et pietate. 1122
CAP. II. — De reditu sancti Athanasii. 1123
CAP. III. — Epistola synodica de fide ad Jovianum imperatorem. 1123
CAP. IV. — De restituta ecclesiis annona, et obitu imperatoris. 1130
CAP. V. — De imperio Valentiniani, et quomodo Valentem fratrem imperii consortem fecerit. 1130
CAP. VI. — De ordinatione Ambrosii episcopi Mediolanensis. 1131
CAP. VII. — Epistola imperatorum Valentiniani et Valentis ad diœcesim Asianam scripta de consubstantiali. 1134
CAP. VIII. — Epistola synodica synodi in Illyrico habitæ, de fide. 1138
CAP. IX. — De Audianorum hæresi. 1142
CAP. X. — De Messalianorum hæresi. 1142
CAP. XI. — Quo pacto Valens in hæresim deflexerit. 1146
CAP. XII. — Quomodo virtute præstantes episcopos in exsilium egerit. 1147
CAP. XIII. — De Eusebio episcopo Samosatensi, et aliis. 1147
CAP. XIV. — De sancto Barse Edesseno episcopo, et clericis cum eo una relegatis. 1154
CAP. XV. — De persecutione Edessæ concitata, et de Eulogio et Protogene presbyteris Edessenis. 1154
CAP. XVI. — De sancto Basilio Cæsariensi episcopo, rebusque contra eum gestis a Valente, et Modesto præfecto. 1159
CAP. XVII. — De magni Athanasii obitu, et Petri successione. 1165
CAP. XVIII. — De ejectione Petri, et Lucii Ariani introductione. 1165
CAP. XIX. — Ex epistola Petri episcopi Alexandrini, narratio eorum quæ Alexandriæ sub Lucio Ariano contigerunt. 1167
CAP. XX. — De Mavia Saracenorum regina, et Mosis monachi ordinatione. 1182
CAP. XXI. — De rebus atrociter gestis Constantinopoli. 1182
CAP. XXII. — Quo pacto Flavianus et Diodorus orthodoxorum conventus agebant Antiochiæ. 1185
CAP. XXIII. — De sancto Aphraate monacho. 1186
CAP. XXIV. — De sancto Juliano monacho. 1187
CAP. XXV. — Quinam alii monachi hoc tempore claruerint. 1190
CAP. XXVI. — De Didymo Alexandrino et Ephræmo Syro. 1190
CAP. XXVII. — Quinam hoc tempore in Asiana et Pontica illustres fuerint episcopi. 1191
CAP. XXVIII. — De litteris a Valente de bello scriptis ad magnum Valentinianum, et de pio hujus responso. 1191
CAP. XXIX. — De Terentii comitis pietate. 1191
CAP. XXX. — De libera voce Trajani, magistri militum. 1194

Digitized by Google

CAP. XXXI. — De Isaacio monacho Consantinopolitano et Bretanione episcopo Scythiæ. 1194
CAP. XXXII. — De Valentis expeditione in Gothos, et quomodo in ea pœnas luerit. 1195
CAP. XXXIII. — Unde Gothi Arianam hæresim contraxerint. 1195

LIBER QUINTUS. 1198

CAPUT PRIMUM. — De Gratiani imperatoris pietate. 1198
CAP. II. — De reditu episcoporum. 1198
CAP. III. — De Paulini contentione, et Apollinarii Laodicensis novatione et de Meletii virtute ac pietate. 1199
CAP. IV. — De Eusebio episcopo Samosatensi. 1202
CAP. V. — De Theodosio magistro militum. 1206
CAP. VI. — De ejusdem imperio, et viso per somnium. 1206
CAP. VII. — Quinam insignes fuerint Arianæ factionis antistites. 1207
CAP. VIII. — De coacto Constantinopoli concilio. 1210
CAP. IX. — Epistola synodica concilii Constantinopolitani. 1211
CAP. X. — Damasi episcopi Romæ synodica adversus Apollinarem et Timotheum scripta. 1219
CAP. XI. — Confessio fidei catholicæ, quam Damasus papa in Macedoniam misit, ad Paulinum episcopum, cum esset Thessalonicæ. 1222
CAP. XII. — De morte Gratiani, et Maximi tyrannide. 1226
CAP. XIII. — De Justina uxore Valentiniani, et insidiis contra Ambrosium comparatis. 1226
CAP. XIV. — De iis quæ Maximus tyrannus Valentiniano Juniori significavit. 1227
CAP. XV. — De iis quæ a Theodosio imperatore de eadem re scripta sunt. 1227
CAP. XVI. — De Amphilochio Iconii episcopo. 1230
CAP. XVII. — De cæde Thessalonicensi, et de Ambrosii episcopi libertate, ac pietate imperatoris. 1231
CAP. XVIII. — De Placilla imperatrice. 1238
CAP. XIX. — De seditione facta Antiochiæ. 1239
CAP. XX. — De templis idolorum ubique terrarum destructis. 1242
CAP. XXI. — De Marcello Apameorum episcopo, et fano Jovis per eum diruto. 1243
CAP. XXII. — De Theophilo episcopo Alexandrino, et quæ illic in idolorum demolitione gesta sunt. 1246
CAP. XXIII. — De Flaviano episcopo Antiocheno, et Occidenta ium Paulini causa seditione. 1247
CAP. XXIV. — De Eugenii tyrannide, et Theodosii imperatoris ob fidem victoria. 1252
CAP. XXV. — De Theodosii imperatoris obitu. 1254
CAP. XXVI. — De Honorio imperatore, et Telemacho monacho. 1255
CAP. XXVII. — De Arcadii imperatoris pietate et ordinatione Joannis Chrysostomi. 1255
CAP. XXVIII. — De divina hujus episcopi libertate. 1255
CAP. XXIX. — De fanis idolorum ab eodem in Phœnicia dejectis. 1258
CAP. XXX. — De Gothorum Ecclesia. 1258
CAP. XXXI. — De eadem erga Scythas providentia, zeloque adversus Marcionistas. 1258
CAP. XXXII. — De Gainæ postulatione, et Joannis Chrysostomi responsione. 1259
CAP. XXXIII. — De ejus ad Gainam legatione. 1262
CAP. XXXIV. — De iis quæ propter Chrysostomum evenerunt. 1262
CAP. XXXV. — De Alexandro episcopo Antiochiæ. 1266
CAP. XXXVI. — De reliquiarum Joannis relatione, et de pietate Theodosii ac ejus sororum. 1266
CAP. XXXVII. — De Theodoto episcopo Antiochiæ 1270
CAP. XXXVIII. — De persecutione in Perside excitata, et qui illic martyrium perpessi sunt. 1271
CAP. XXXIX. — De Theodoro episcopo Mopsuestiæ. 1278
Indiculus episcoporum qui magnis urbibus præfuerunt. 1278

HISTORIA RELIGIOSA.

Præfatio Gentiani Herveti. 1279
Testimonia de Historia religiosa. 1282
Præfatio. 1285
I. — Jacobus. 1294
II. — Julianus. 1506
III. — Marcianus. 1523
IV. — Eusebius. 1559
V. — Publius. 1551
VI. — Symeones Priscus. 1558
VII. — Palladius. 1565
VIII. — Aphraates. 1567
IX. — Petrus. 1578
X. — Theodosius. 1587
XI. — Romanus. 1594
XII. — Zeno. 1595
XIII. — Macedonius. 1599
XIV. — Malsymas. 1611
XV. — Acepsimas. 1614
XVI. — Maro. 1618
XVII. — Abraames. 1619
XVIII. — Eusebius. 1626
XIX. — Salamanes. 1627
XX. — Maris. 1630
XXI. — Jacobus. 1631
XXII. — Thalassius aut Limnæus. 1631
XXIII. — Joannes. 1635
XXIV. — Zebinus aut Polychronius. 1638
XXV. — Asclepius. 1665
XXVI. — Symeones. 1665
XXVII. — Baradatus. 1685
XXVIII. — Thalelæus. 1687
XXIX. — Marana et Cyra. 1690
XXX. — Domnina. 1691

ORATIO DE DIVINA ET SANCTA CHARITATE 1698
Annotationes Henrici Valesii. 1722

FINIS TOMI OCTOGESIMI SECUNDI.

xx-1-17

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

3 2044 020 703 054

THIS VOLUME
DOES NOT CIRCULATE
OUTSIDE THE LIBRARY

Digitized by Google

Digitized by Google